



**In hoc opusculo contentae introductiones in terminos, in artium divisionem, in suppositiones, in praedicabilia, in divisiones, in praedicamenta, in librum de enuntiatione, in primum priorum, in secundum priorum, in libros posteriorum, in locos dialecticos, in fallacias, in obligationes, in insolubilia.**

<https://hdl.handle.net/1874/399868>

8

2

● IN HOC OPVSCVLO  
CONTENTAE  
INTRODVCTIONES

- In terminos.
- In artium diuisionem.
- In suppositiones.
- In prædicabilia.
- In diuisiones.
- In prædicamenta.
- In librum de enuntiatione.
- In primum priorum.
- In secundum priorum.
- In libros posteriorum.
- In locos dialecticos.
- In fallacias.
- In obligationes.
- In insolubilia.

PARISIIS

Apud Petrum Gaudoul, in via sancti  
Hylarii, sub signo Scutis Britannici.

M. D. XXXIII.

SOIVDOCVS CLICHTO  
ueus Neoportuenſis, adoleſcen  
tibus bonarum artium ſtudioſis.



Radit Ariſtoteles in phyſi  
cis, omnem rem naturalem  
quantitate determinatã eſſe,  
vt neque in immenſum ex  
crescere poſſit, neque quan  
tulũcunq; decreſcere, ſed maximo ac mini  
mo certis quidẽ limitibus definitã ſubſiſte  
re. Sic & cuiq; ſcientiã ſui ſunt fines, vltra  
quos citraq; non p̄greditur: vtpote maxi  
mum quod cõſiderat & minimũ. Qd̄ ipſa  
grammatica ſatis oſtendit, cuius maximum  
eſt oratio latina: nã maius quicquã oratio  
ne nõ differit. Eius vero minimũ, eſt litera:  
cũ minus literis illa non tradat. Et quẽad  
modũ natura, exiguã molis rem primo p̄  
ducit, quã paulatim maiorẽ reddit, quouſq;  
perfectum aſſecuta fuerit incrementũ: ita  
ſanẽ omnis diſciplina nature æmula, à mini  
mis in ea ſuũ ſumit exordiũ: & deinde ad  
maiora ſenſim p̄cedit. Vt grãmatica à lite  
ris prima iacit fundamẽta: & demũ ad ora  
tionis cõtextũ perducit. Logicę autẽ mini

ma, termini sunt & dictiones: citra quę dia-  
 lecticus resolutionē nō molitur. Nō enim  
 in literas diducit aut syllabas, neq; de eis pe-  
 tractat. Quocirca operę pretiū ac utile mi-  
 hi uisum est, nōnulla de terminis breuiuscu-  
 la introductione perstringere, quę pregu-  
 stata, ad apertiorē logicę intelligētiam uisā  
 parent ac aditum. Adieci insuper de artiū,  
 scientiarumq; diuisione introductionē uinculā,  
 omnes cum mechanicę, tum doctrinalis ar-  
 tis species complectentem: quōd in princi-  
 pio institutionis dialecticę illę plerunq;  
 tradi soleant. Ex qua quid utilitatis & dis-  
 dignitatis habet unaquęque scientia, prōptū  
 erit dignoscere, quod ad pulchra literarū  
 studia non medio cre præbet incitamentū.  
 Nec superuacuum putauī literę & textui  
 faciles quasdam annotationes subnectere:  
 quo oīa sint intellectui magis peruisa. Hoc  
 itaque opusculum iuuenes bonarum artiū  
 amantissimi, uestrę utilitatis habita ratione  
 duntaxat emissum, benigni suscipite: & ex  
 ipso, uel rudem terminorum descriptionē,  
 artiūq; nomina, & quam determinant ma-  
 teriam cognoscite. Valete.

**¶ IN TERMINORVM COGNITIONEM** Introductio Iudoci Clichtrouei Neoportuenſis adiectis eiufdem nonnullis annotatiuiculis, familiariter declarata.

¶ Terminus,	Communis,
Rei.	Singularis,
Propositionis.	¶ Communis,
¶ Terminus propoſitionis,	Primę intentionis.
Terminus uocalis.	Secundę intentionis,
Scriptus.	¶ Secundę intentionis,
Mentalis.	Logicus.
¶ Terminus uocalis,	Non logicus.
Vniuocus.	¶ Logicus,
Aequiuocus.	Diuiſio.
¶ Vniuocus,	Diuiſum.
Categorematicus.	Mēbra diuidentia,
Mixtus.	Diffinitio.
¶ Categorematicus,	Diffinitum.
Materialis.	Argumentatio.
Personalis.	Antecedens.
¶ Personalis,	Conſequens.
Incomplexus.	Maior.
Complexus.	Minor.
¶ Incomplexus,	Concedere.
Absolutus.	Negare.
Connotatiuus.	Diftinguere.
¶ Absolutus,	



Erminus, est qđ aliqd claud  
dit & terminat.

Terminus rei, est cuiuslibet  
rei finis ac ultimum.

¶ Termin<sup>9</sup> ppositionis, est  
ppositionis extremum.

¶ Præfens introductio, ut & aliæ solēt, tria cōtinet. Primo di  
uisiones termini, deinde diffinitiones eorū que in diuisione po  
sita sunt: & tertio, regulas. Diuisiones quidē, hæc formula cō  
plectitur: in qua dictio cui præponitur paragraphus, est diui  
sum: & dictiones sine paragrapho, adiecto suppositæ, sūt mē  
bra diuidētia: in quibus semper intelligēdū est diuisum, quia  
ad uitandā prolixitatē nō exprimitur. Itaq; in oibus & diuis  
sis & mēbris diuidētib; intelligi debet ista dictio terminus:  
quousq; ad extremū paragraphum deuentū fuerit: cui post  
positæ dictiones per se & sine alicuius adiectione sumendæ  
sunt. Exēpli gratia: termin<sup>9</sup>, primo diuiditur in terminū rei  
& in terminū propositionis. Deinde terminus propositionis,  
& in terminū uocalē, terminū scriptū, & terminū  
mentalē. Postea terminus uocalis in terminū uniuocū, & ter  
minum æquiuocū, & ita deinceps usq; ad ultimum paragra  
phum. Et quis unum mēbrorum diuidētium solū ulterius di  
uidatur: alia ramen mēbra condiuidētia in plerisq; diuisioni  
bus intelligenda sunt cōsimiliter debere diuidi: ut terminus  
scriptus & mētalīs, eodē modo diuiduntur, quo uocalis: & cō  
plexus sicut incōplexus: & cōnotatiuus sicut absolutus, & ita  
in alijs. Post ultimū autē paragraphū, proprie non est diuisio  
sed numeratio terminorū logicorū, non quidē omniū sed eo  
rum duntaxat qui ad aliquātulam diuisionis, diffinitionis &  
argumētationis (que tria præcipue in logica tradunt) cogni  
tionem sunt necessarī. Nam tres primæ dictiones, scilicet di  
uisio, diuisum, & mēbra diuidētia, ad naturam diuisionis in  
telligēdam pertinent. Deinde duæ sequētes, ad diffinitionem  
spectant. Quinq; aliæ ad argumētationē. Et deniq; tres ul  
timæ, ad respondēdum in argumētationibus & disputationi  
bus. Horū enim rudis cognitio necessaria est iuuenibus dial  
eticā audientibus: sicut quid adiectiuū, substantiuū, suppositum  
& appositū, cognoscere debet qui grammaticā discit. ¶ Con

sequēter, seruatō eodē prorsus ordine qui in diuisione est ha-  
bitus, ad faciliōrē memoriā, diffiniūtur omnia prius numera-  
ta. Et primo terminus cōmuniter & generaliter accept<sup>o</sup> dis-  
finitur, q̄ est ens, aliquid claudēs & terminans, ut extremitas  
ligni, nam claudit, hoc est finit & terminat aliquid, scilicet li-  
gnum. Similiter ista dictio homo, est terminus, nā claudit &  
terminat aliquid scilicet propositionem cuius est extremū:  
ut hanc, homo est animal. ¶ In diffinitione autē termini rei:  
particula cuiuslibet, nō uniuersaliter sed particulariter acci-  
pirur: ut idem sit quod alicuius, Nā signa uniuersalia in diffi-  
nitionib<sup>o</sup> posita, particulariter accipiūtur. Et res nō cōmuni-  
ter sumitur pro ente: sed proprie pro eo quod non est signū  
siue (ut uulgato utar nomine) pro re ad extra. Finis autē &  
indifferēter pro illo à quo aliquid incipit, ut caput hominis:  
uel in quod aliquid desinit, ut pes hominis. ¶ De termino pro-  
positionis, exemplū, ut homo: nam est extremum, ppositio-  
nis: ut huius, homo est animal, aut alteri<sup>o</sup>, similiter & aial.

¶ **Propositio, est oratio indicatiua, uerum  
uel falsum significans.**

**Oratio indicatiua, est quę ex uerbo indica-  
tiuo constituitur.**

**Extremum, est subiectū uel p̄dicatum.**

**Subiectum est extremum, copulam uer-  
balem p̄cedens.**

**P̄dicatum uero, sequens.**

**Copula uerbalis, est uerbū substātiuū, ppo-  
sitionis extrema copulans.**

**Termin<sup>o</sup> uocalis, ē termin<sup>o</sup> q̄ ore p̄fertur.  
Scriptus, qui scribitur.**

**Mentalis uero, qui mente concipitur.**

**Termin<sup>o</sup> uniuocus, est q̄ unica ratiōe signi-  
ficatione q̄ sua significata significat.**

**Aequiuocus, qui diuersis.**

**Aequiuocus, homonymus.**

¶ Quia prius diffinitus est terminus propositionis, esse propositionis extremum, ideo ne ex ignotis detur diffinitio, quid sit propositio, & quid extremum, subiungitur. De propositione ne, exemplum, ut homo est animal. nam est oratio indicatiua (cum ex uerbo indicatiui modi constituitur) uerum uel falsum significans: nam significat uerum, & sicut res se habet. Similiter homo est lapis, est propositio: nam est oratio indicatiua, uerum uel falsum significans. significat enim falsum, & aliter res se habet. Et quia coniunctio disiunctiua in diffinitione posita, denotat aliquam diuisionem diffiniti: ex disiunctione praedicta innuitur haec diuisio, Propositionum, aliqua est uera, & aliqua est falsa. cuius quidem diuisionis membra posterius declarabuntur. ¶ Deinde diffinitur extremum propositionis, quod est subiectum propositionis uel praedicatum: ut in hac propositione, homo est animal: terminus homo, est extremum quia subiectum, cum praecedat copulam uerbalem. Etiam animal est extremum, quia praedicatum: sequitur enim copulam uerbalem. Verbum autem substantiuum est, est copula, nam copulat extrema datae propositionis quae interdum copula & praedicatum includuntur in aliquo uerbo, illud resoluendum est in uerbum substantiuum eiusdem temporis, & suum participium praesentis temporis: & tunc manifeste conspicietur copula & praedicatum, ut currit, est currēs. legit est legens. Nam regula est. Ad propositionem implicitam ne respondeas, priusquam explicueris illam. Et quamuis diffinitio praedicati in litera uideatur incompleta, ne fiat crebra & inepta eiusdem repetitio: ex diffinitione tamen subiecti ita perficienda est. Praedicatum, est extremum copulam uerbalem sequens. Et ita, quoties diffinitio imperfecta ponitur, ex praecedenti est perficienda. ¶ Et ut ex grammaticis iam cognitum fiat ad logica intelligenda manu ductio: quae plurimum rudibus adhuc adulescentulis conducit: oratio ex supposito & apposito constituta in grammatica, est propositio logica. Quod uocatur suppositum in grammatica, est subiectum in logica. Et nominatiuus post uerbum rectus, est praedicatum. Verbum autem subiectiuum, est copula. ¶ De termino uocali exemplum, ut ista uox homo, nam est terminus propositionis, qui ab ore profertur, ¶ De termino scripto, ut haec scriptura homo: nam est terminus qui scribitur, non quidem in presenti tempore, sed aptus est scribi.



Et uerba in definitionibus posita, nō actū, sed aptitudinē im-  
portāt. Neq; hic scribi, capis solū ut significet calamo literas  
in papyro formari: sed cōmuniter, ut significet literas effigia-  
ri in qualibet materia, siue in lapide, siue in ligno & quocūque  
instrumēto. De termino mētali: ut iste terminus homo in ani-  
mo alicuius existens. ¶ Neque hic quisq; exigat materiā cōce-  
ptuū, & notionē animi declarari. Nā hęc difficiliora sunt, q̄  
ut ā teneris adhuc adolescentū animis intelligātur: & suo lo-  
co declaranda reseruari debēt. Non uero collocāda sunt pri-  
ma fundamēta logicæ intelligētiæ: quę nihil nisi captu facillī-  
ma requirūt. Nō etiā sophisticis captiōib⁹ enitēdū est tene-  
la adhuc ingenia obtundere, & rectā eorū quę dicūtur intel-  
ligentiā subuertere. Quis quo modo illæ solui debeāt, adiectæ  
ad literā explanatiōes satis declarant. Sed distortū in primis  
recta expeti debet intelligentia. Qua habita, facile quis obie-  
ctiōnes formare & eas dissoluere sciet: imō recti⁹ & prōprius  
q̄ qui solū sophisticis imbuuntur. Nā qui cognoscit rectū, co-  
gnoscit & obliquū: sicut qui scit formare orationē cōgruam,  
scit etiā formare incōgruā, sed non ediuerso. Nā rectū est in-  
dex sui & obliqui. ¶ De termino uniuoco exēplum, ut homo  
ad hominē uiuū. nā unica significatiōe, sua significata, scili-  
cet omnes homines significat. Neq; ibi ista dictio significata,  
designat significatiōum pluralitatem: sed rerū significato-  
rū multitudinem: & indifferēter secundum numerū accipit,  
ut tantū ualet sicut unū significatū uel plura. Nam uocabula  
in diffinitionibus posita, indifferēter secundū numerum acci-  
piuntur. De termino æquiuoco exēplū, ut homo ad homi-  
nem uiuū & pictū. Nam diuersis rationib⁹ significatiō-  
nibusq; sua significata significat. Neq; inconueniens putetur  
eundem esse terminū uniuocū & æquiuocum respectu diuer-  
sorum significatorū. Terminus autē æquiuocus & terminus  
homonymus, idem sunt: hoc græcum, illud latinum.

¶ Terminus categorematic⁹, est qui aliqd  
significat: & syncategorema nō includit.  
Significare, est præter seipsum, intellectui  
quicquam repræsentare.

Terminus categorematicus, termin⁹ signifi-  
catiuus, categorema, idem.

**Terminus mixtus, est q̄ terminū catēgore  
maticū simul & syncatēgorema includit.**

**Syncatēgorema, est quod per se nihil signi  
ficat; alijs tamen dictionibus in oratione  
adiungitur.**

**Syncatēgorema, consignificatiuum, idem.**

**Terminus materialis, est qui pro sola uo  
ce, cum eam ex impositione non signifi  
cet, accipitur.**

**Terminus materialis, terminus materiali  
ter acceptus, idem.**

**Terminus personalis, est qui pro re ipsa  
quā ex impositione designat, sumitur.**

**Terminus personalis, terminus personali  
ter acceptus, terminus significatiue acce  
ptus, idem.**

**¶** Ut terminus sic simpliciter & pure catēgorematicus qualis  
hic diffinit: primo requiritur q̄ per se & solitarie sumpt<sup>o</sup> ali  
quid significet, ut homo per se prolatus, omnes homines: per  
quod excluditur syncatēgoremata. Secūdo requiritur q̄ non  
includat syncatēgorema, neq; resoluatur aut exponatur per  
illud: ut homo nullū prorsus in se syncatēgorema continet.  
per quod excluditur termini mixti. **¶** Ut autē quid significa  
re dicatur: oportet q̄ aliquid uel aliqua intellectui repræsen  
tet ultra seipsum: ut iris, significat pluuiā. & circulus pendēs  
ante tabernā, uinū uenale. Sic uox homo, ubi auditu percepta  
fuerit, apud intellectū repræsentat oēs homines: q̄ si aliquid  
solū seipsum significaret ut buf, nō idcirco diceretur signifi  
care, nisi seipsum ex impositione importaret: ut ista dictio,  
hæc uox (demonstrata per p̄nomen ipsamet uoce) solū seipm  
repræsentat, & tñ significat: q̄ seipsum ex impositione impor  
tat. Deinde ponitur inrerpretatio termini catēgorematici.  
Est autē inrerpretatio nominis minus noti per nomen totius

cōuertibilis explicatio: & cum diffinitione magnā habet affi-  
 nitatē. Vt in pposito, terminus categorematicus siue catego-  
 rema, est terminus minus notus & græcus: terminus uero si-  
 gnificatiuus siue significatiuus, est terminus notior. Et uni-  
 uersaliter quā plures, uirgulis distinctæ ponitur dictiōes qui-  
 bus postponit hoc pronomen, idem ibi est interpretatio ex-  
 plicita. Aliquā uero pronomen omittitur, & est interpretatio  
 implicita. ¶ De termino mixto exemplum ut nihil, includit  
 enim terminū categorematicū scilicet ens: & syncategorema  
 scilicet nullum. Ita nemo, id est nullus homo, nunquā, id est  
 nullo tēpore, semper, id est omni tēpore. De syncategorema-  
 te exemplū, ut omnis, nullus, nō, & uel. Nam quodlibet eorū  
 per se solitarie sumptum, nihil significat: alijs tamen dictio-  
 nibus significatiuis in oratione notū est adiungi: ut omnis ho-  
 mo est animal. Suntq; similia fruticibus qui per se subsiste-  
 re non possunt: solidioribus autem innixi: ut uinæ stipitibus  
 aut ulmis alligatę, bene subsistunt. Et quod Græci dicūt syn-  
 categorema, Latini uocant cōsignificatiuus. Vnde syncatego-  
 rema non est terminus: cum nō possit esse totum propositio-  
 nis extremū. ¶ De termino materiali exemplū: ut i hac pro-  
 positione uocali, homo est nomen: ista uox homo, est termi-  
 nus materialis. nam accipitur pro sola uoce quam tamen ex  
 impositione non significat. q̄ si dictio aliqua sumeretur pro  
 uoce & eam ex impositione significaret: ut subiecta harum  
 propositionum, omnis uox ore profertur, omnis sonus audi-  
 tur, non acciperet materialiter sed significatiue. Et sub uoce  
 hic cōprehēdunt scriptura & cōceptus: quæ dictio exclusiua  
 ibi posita nō excludit: sed solū secludit tē ex impositione si-  
 gnificatam: pro qua dictio materialiter accepta nō supponit.  
 ¶ De termino personali exemplum, ut in hac propositione,  
 omnis homo est animal: iste terminus homo capitur significa-  
 tiue, q̄a sumitur pro re ipsa quā ex institutione primi impo-  
 sitoris significat. Et in diffinitione termini psonalis, ista dictio  
 res, generaliter accipit pro ente, ut etiā extēdat se ad signa.

¶ **Terminus incomplexus, est simplex ter-  
 minus, & ex pluribus dictionibus mini-  
 me constitutus.**

**Complexus uero, qui ex multis constitui-  
 tur dictionibus,**

Terminus absolutus est qui solū illud pro quo in propositione supponit, significat.

Connotatiuus autē, qui vltra id ipsum aliud importat. Et hic præterea concretum dicitur, & denominatiuum.

Substantiuū autē, ei voce & significato respondēs, abstractū eius est, & denominās.

Terminus cōmunis, est qui natus est prædicari de pluribus.

Prædicari, est vere & affirmatiue de aliquo enuntiari.

Termin⁹ cōis, vniuersale, prædicabile, idem.

Terminus singularis, est q̄ de plurib⁹ prædicari non potest.

Terminus singularis, terminus discretus, singulare, indiuiduum, idem.

¶ De termino incompleto exemplū: ut homo & unusquisq; terminus per se sumptus: nam est terminus simplex, non quia partes non habeat & sit indiuisibilis: sed quia ex pluribus dictionibus non constituitur. De termino complexo, ut homo albus, & omnis oratio ex adiectiuo & substantiuo, aut dictione regente & dictione recta constituta: nam ex pluribus constituitur dictionibus non facientibus unum uocabulum & integram dictionem. Quod ad excludendum nomen compositæ figuræ adiectum est: nam licet ipsum ex pluribus constituitur dictionibus, illæ tamen faciunt unum uocabulum, & ergo nomen compositæ figuræ non est dictio composita. ¶ De termino absoluto exemplum: ut homo: quia solum significat illud pro quo in propositione supponit, scilicet omnes homines. Album autem est terminus connotatiuus, quia vltra id ipsum pro quo in propositione supponit, aliud importat. supponit enim pro re alba, & præterea importat albedinem. ¶ Terminus autem pro illo in proposi-

tione supponit: de quo uerificatur mediante copula suæ (in q̄  
 supponit) propositionis. hoc est quando mediãte eadẽ copula  
 uerificatur de pronomine, eã rem p̄ qua supponit, demonstrã  
 te. ut in hac propositione, homo est animal, iste terminus ho-  
 mo, supponit pro Sorte: quia eo demonstrato uerum est dice-  
 re, hoc est homo. Etiam iste terminus animal, supponit p̄ Sor-  
 te: quia demonstrato Sorte, uerum est dicere, hoc est animal.  
 Itaque terminus connotatiuus supponit pro subiecto in q̄ est  
 accidens: & ultra hoc, adhuc significat accidẽs quod est in il-  
 lo subiecto, & explicatur per nomen abstractum. Vt album  
 supponit pro re alba: & insuper significat albedinem. Calidũ  
 supponit pro re calida: & præterea designat caliditatem. Vo-  
 catur autem terminus connotatiuus, alio nomine concretum  
 siue denominatiuum. substantiuum uero ab eo formatum, &  
 ei uoce respondens, sic quod conueniat cum eo in principio  
 & differat in fine: insuper eidem in significato respõdens, sic  
 quod idem significet accidens sicut ipsum concretum: dicitur  
 eius abstractum siue eius denominans. Vt album, concretum  
 est & denominatiuum: albedo uero, eius est abstractum & de-  
 nominans. ¶ De termino communi exemplum, ut homo: quia  
 natus est prædicari de plurib⁹: dicendo, Sortes est homo, Pla-  
 to est homo. ¶ Et diffinitur hic terminus, nomine & re, com-  
 munitatis, qui scilicet habet rationem significandi communem  
 & plures res significatas: ut homo, animal, lapis. Non autem  
 diffinitur terminus communis nomine tantum, qui scilicet  
 rationem significandi habet communem, sed rem significa-  
 tam, unicam & singularem, ut sol, luna. Nam talis non potest  
 prædicari de pluribus diuersis ob defectum rei. Et ergo hu-  
 iusmodi terminus quodam modo medius est inter terminũ  
 communem nomine & re, & terminum singularem. cum uo-  
 cem quidem habeat communem, & rem singularẽ. Neq; hic  
 capitur prædicari large & communiter, ut idem sit quod esse  
 se prædicatum in quacunque propositione, sed proprie & spe-  
 cialiter, ut sit idem quod esse prædicatum in propositione ue-  
 ra & affirmatiua, ut homo est animal. Quare terminus q̄ præ-  
 dicatur in propositione affirmatiua, sed falsa, aut uera sed ne-  
 gatiua, aut falsa & negatiua: non dicitur in proposito prædi-  
 cari, ut prædicatum harum propositionum, lapis est animal,  
 lapis non est animal, homo non est animal. Terminus autem  
 communis, alio nomine dicitur uniuersale, siue prædicabile:  
 quæ tria omnino sunt idem: cum eandem habeant diffinitio-

nem, scilicet prædicari de pluribus. Terminus singularis, est qui non est natus prædicari de pluribus, supponentibus quidem pro diuersis. Quod postremum in diffinitione eius intelligendū est: quia non est incōueniens terminum singulare prædicari de pluribus terminis acceptis, p̄ eodem. ut hic homo est Sortes, homo est Sortes, animal est Sortes. Terminus aut̄ cōmunis bene prædicat̄ de pluribus diuersis: ut Sortes est homo, Plato est homo. Itaq; quod in grammatica dicitur, nomen appellatiuum, est in logica terminus cōmunis. Et qđ in gr̄matica nomen, ppriū, est in logica terminus singularis.

¶ Terminus primæ intentionis, est qui significat res quæ non sunt signa.

Terminus primæ int̄tionis, terminus primæ impositionis, terminus prime int̄tionis naturaliter sumptus, idem.

Terminus secundæ intentionis, est qui solum signa significat.

Signa, signa doctrinalia.

Terminus secundæ int̄tionis, terminus secundæ impositionis, terminus secundæ int̄tionaliter acceptus, idem.

Signum, est quod præter seipsum, alicuius est significatiuum.

Quod qđ si res sit quæ neq; est vox, neq; scriptura, neq; cōceptus, signū reale dicit̄.

Si vero tale signū terminus est, aut ex terminis compositum, & ad doctrinam accommodatum, signum est doctrinale.

Vox, scriptura, conceptus.

Terminus logicus, est terminus secundæ int̄tionis qui logicæ est determinationis.

Non logicus, qui ad alterius disciplinæ rationalis considerationem spectat.

Disciplina rationalis, est quæ præcipuam sermonis curam, peculiaremque determinationem agit.

Grammatica, logica, rhetorica.

Congruum, verum, ornatum.

Disciplina rationalis, disciplina sermocinialis, idem.

¶ De termino primæ intentionis exemplū, ut homo. Significat enim res quæ non sunt signa, scilicet omnes homines, quæ neque sunt uoces, neque scripturæ, neque conceptus. Et quamuis nonnulli termini primæ intentionis significant signa: ut sonus, qualitas, ens: cum hoc tamen etiam significant res quæ non sunt signa: quod sufficit ad hoc quod aliquis sit terminus primæ intentionis. ¶ De termino secundæ intentionis exemplum: ut nomen, subiectum, oppositio. Nam dati termini, solum signa significant, non quælibet cuncta, sed doctrinalia. Ut enim sequens diffinitionem interpretatio ostendit, terminus secundæ intentionis solum debet significare signa doctrinalia, hoc est uoces, scripturas aut conceptus. Quare isti termini imago, effigies, simulacrum, statua, non sunt termini secundæ intentionis: quia solum significant signa realia & non doctrinalia. De signo exemplum, ut iris est signum pluriæ: circulus ad tabernaculum suspensus, uini uenialis, & unusquisque terminus, est signum rei significatæ: quia ultra se ipsum illam repræsentat. Et est duplex: signum scilicet reale & doctrinale. Signum reale, est signum quod est res & non uox, scriptura uel conceptus, ut imago Sortis, est signum Sortis reale, & statua Herculis ipsius Herculis. Signum doctrinale, est signum quod est terminus aut ex terminis compositum, & ad doctrinam accommodatum, ut homo, lapis, homo albus, lapis est substantia. Et ipsum est triplex, ut innumerabilia uocata uox, scriptura, conceptus post eius diffinitionem in littera posita: scilicet uocale, scriptum & mentale. Signum uocale, est signum doctrinale quod ab ore profertur: ut ista uox homo. Signum scriptum, est quod scribi natum est: ut iste terminus scriptus, homo. Signum mentale, est quod mente concipitur: ut iste terminus

mentalís homo, & quælibet oratio mentalís. ¶ De termino logico exemplū ut uerum, falsum, affirmatiuum, negatiuum, & similes. Nā hi, logicæ sunt determinationis. De termino non logico, ut adiectiuum, substantiuum, suppositum, appositum & cæteri grammaticæ, uel rhetoricæ termini. Nam sunt termini secundæ intentionis, qui ad alterius ð logica disciplinæ rationalis scilicet grammaticæ, uel rhetoricæ considerationem spectant. Est autem disciplina rationalis, ð principaliter de sermone tāquā subiecto attributionis determinat: & ergo alio nomine disciplina sermocinalis dicitur. Et est triplex ut in nouē tria uocabula: eius diffinitioni postposita, scilicet grammatica, logica, & rhetorica. Grammatica quædam determinat de sermone congruo, logica de uero, & rhetorica de ornatō: quod denotant tria nomina congruum, uerum, ornatum, sermocinalis disciplinæ speciebus supposita. Sub quibus comprehendunt eorum opposita scilicet incongruum, falsum, & inornatum. Nā in disciplinis, unū oppositorum per alterā intelligitur.

¶ **Diuisio**, est termini communioris in plures terminos minus communes diductio.

**Diductio**, partitio, sectio, distributio, idem.

**Terminus communior**, est qui altero plura significat.

**Minus communis**, qui pauciora.

**Diuisum**, est terminus cōmunior quæ diuidit.

**Membra diuidentia**, sunt termini minus communes qui diuidunt.

**Diffinitio**, est oratio quid sit diffinitum cōuertibiliter explicans.

**Diffinitum**, est dictio quæ a diffinitione cōuersim explicatur.

**Conuersim**, conuertibiliter, idem.

**Ea conuertibiliter dicuntur**, quæ uniuersaliter de se inuicem & mutuo uerificantur.



¶ Diffinit in litera diuifio logicalis, q̄ fit diductio ſiue parti-  
tio termini cōmunioris, ſcilicet diuiſi, in plures terminos mī-  
nus cōmunes, ſcilicet mēbra diuidētia. Vt animalīū, aliud ho-  
mo, aliud brutum. Ibi em̄ eſt partitio termini cōmunioris, ſci-  
licet animal, in plures minus communes: ſcilicet hominem &  
brutum. Et q̄ animal ſit terminus cōmunior, patet, quia plu-  
ra ſignificat q̄ homo: plura itidem q̄ brutum. Quicquid enim  
ſignificat homo: id ſignificat animal, & adhuc amplius. Et e-  
diuerſo, homo terminus eſt minus communis q̄ animal, nam  
pauciora ſignificat. Quod ex p̄dicatiōe ſtatim eſt notum. Nā  
terminus communior p̄dicat de termino minus commu-  
ni uniuerſaliter ſumpto & non contrā. ut omnis homo eſt ani-  
mal, ſed non omne animal eſt homo. ¶ Et diuiſio logicalis fa-  
cile intelligit per analogiam diuiſionis realis: quæ eſt alicu-  
ius totius in partes minores diſſectio. ut diuiſio ligni. Nā ut  
in diuiſione reali eſt totum & maius quod diuidit: & p̄æte-  
rea partes minores in quas totum diuidit: ita in diuiſione lo-  
gicali, eſt diuiſum & membra diuidētia. Vt in ſupradicta di-  
uiſione, animal eſt diuiſum: quia eſt terminus cōmunior quā  
quodlibet membrorum diuidētiū ſigillatim ſumptum. Et  
homo & brutum, ſunt membra diuidētia: quia ſunt termini  
minus communes: non q̄dem ſimul p̄ diſiunctionem ſumpti.  
Nam ſic ſunt æquæ communes ſicut diuiſum, & cum eo con-  
uertunt. ¶ Diſiunctū em̄ ex membris diuidētibz conuertit̄  
tur cum ſuo diuiſo: ut quicquid homo eſt uel brutum, eſt ani-  
mal: & omne animal eſt homo uel brutum. Quemadmodum  
partes ſimul ſumptæ æquant̄ ſuo toti: ut quatuor & duo ſunt  
ſex. Sed mēbra diuidētia ſunt termini min⁹ cōmunes quādo  
unūquodque eorū p̄ ſe & ſigillatim ſumit̄ & ad diuiſum cōpa-  
ratur. ut homo eſt termin⁹ minus cōmunis q̄ aīal: & etiā bru-  
tū. Sicut & quælibet pars p̄ ſe ſumpta eſt minor q̄ ſuū totū: &  
quaternarius minor ſenario & etiā binarius. Et diſſiniuntur  
mēbra diuidētia in plurali numero, quia ſemp̄ eiūſdē diuiſi  
debēt eſſe plura diuidētia, ad minus duo: nō tamē eſt incōue-  
niēs eſſe plura duobus ſicut totū reale ſemp̄ in multas diuidē-  
tur partes, ſaltē in duas & inter dū in plures. Quare uulgata  
propoſitio, omnis diuiſio debet eſſe bimēbris, ſi ita intelli-  
gatur: omnis diuiſio debet ad minus habere duo mēbra & non  
pauciora, uera eſt. Si uero hoc pacto exponatur: q̄ omnis di-  
uiſio debet ſolū habere duo mēbra diuidētia & non plura,  
eſt falſa. Sicut & falſum eſt omne totum reale ſolum debere

diuidi in duas partes & non plures. Neque laborandum est ut  
 omnis diuisio reducat ad bimembrem: tū quia id supuacuo  
 labore pluribus diuisionibus, p una fieri plerunq; deberet: tū  
 quia id interdū non minus difficile occurreret quā uitrū in  
 plurimas partes cōfractū ad duas reducere. ¶ De diffinitioe  
 exēplum. ut hęc oratio, animal rationale est diffinitio homi  
 nis. quia est oratio explicās quid est homo. Cōueniēter em re  
 spōdetur ad quæstiuū, quid, de homine. Vt quærēti quid est  
 homo: recta datur respōsio: est animal rationale. Præterea di  
 cta oratio explicat quid est homo cōuertibiliter, quia cōuer  
 titur cū homine. Omnis enim homo est animal rationale, &  
 omne animal rationale est homo. Iste autē terminus homo,  
 est eius diffinitū: quia est dictio quæ à sua diffinitione cōuer  
 tibiliter explicatur. Omnis enim diffinitio cū suo diffinito  
 cōuertitur: & de eo cōuertibiliter dicitur: quia & diffinitio  
 de diffinito uniuersaliter sumpto, & diffinitū contra de dif  
 finitione uniuersaliter sumpta uerificatur. quod si interdum  
 diffinitio uidetur esse cōmuniō diffinito, & alicui cōuenire  
 cui nō conuenit diffinitū: hoc eo uenit, quia nō rota diffinitio  
 fumitur, sed genus diffiniti omittitur: quod tamē addendū  
 erat. In cuiuslibet enim diffinitionis principio, exprimendū  
 est genus diffiniti, aut saltē intelligēdū. Quod cum exprimit,  
 diffinitio est secundū uocē completa: cum uero intelligit, est  
 imperfecta secundum uocem: nihilominus tamen semp per  
 fecta secundum mentem. Sicut in diuisione, diuisum debet  
 repeti cū membris diuidentibus: aut saltē in eis intelligi.  
 Quod cū expresse ponitur ad membra diuidentia: ipsa sunt  
 cōpleta secundum uocem. Cum uero solum intelligitur: sunt  
 imperfecta secundum uocem, tamen perfecta secundum in  
 telligentiam. Et hęc duæ regulæ sunt summopere notandæ.

¶ Argumētatio, est vnus ppositionis ex  
 alia per consequentiæ notam illatio.

Argumentatio, consequentiā: idem.

Nota cōsequentiæ, est coniūctio, vnam ex  
 altera propositionem sequi denotans.

Nota consequentiæ, nota illationis: idem.

Antecedens, est prima pars argumentatio

nis, & alteram propositionē inferens.  
 Antecedens, assumptum: idem.  
 Consequens, est argumētationis scđa pars,  
 & quę ex altera propositione infertur.  
 Consequens, conclusio: idem.  
 Maior, est prima pars antecedētis, & cōiū-  
 ctionē copulatiuā præcedens.  
 Minor, est antecedētis secūda pars, & con-  
 iunctionem copulatiuam aut eius æqui-  
 valentem sequens.

¶ Quid sit argumētatio, per analogiā, ppositionis hoc modo  
 intelligatur. Sicut in ppositione sunt tria, scilicet subiectū,  
 prædicatū & copula, ita in argumētatione sunt antecedēs, cō-  
 sequēs, & nota illationis. Antecedēs quidē in argumētatione  
 est ut subiectū in ppositione: utrūq; em̄ est prima pars. Con-  
 sequēs in argumētatione, est ut prædicatū in ppositione: quia  
 utrūq; est secūda pars. Et nota illationis in argumentatione,  
 est ut copula uerbalis in ppositione. Quia utrunq; sui totius  
 partes cōiungit. Huius tale sumatur exēplū, ut hæc est argu-  
 mētatio: homo est aīal, ergo homo est substātia. nā est illatio  
 unius ppositionis scilicet cōsequētis, homo est substātia, ex  
 altera scilicet antecedēte, homo est aīal, per notā cōsequētis  
 scilicet cōiunctionē, ergo. Et in hac diffinitione similiter &  
 cæteris sequētibus, termini indifferēter secūdū numerū acci-  
 piuntur ut sit sensus. Argumētatio, est illatio unius ppositio-  
 nis, aut plurīū, ex altera aut ex alijs pluribus. ¶ Nā sicut qua-  
 tuor modis potest uariari, ppositio penes extremitate in cōple-  
 xionē uel cōplexionē. Primo, potest subiectū esse incōplexū  
 & etiā prædicatū, ut homo est aīal. Secūdo, subiectū cōplexū  
 & prædicatū incōplexū, ut homo albus est aīal. Tertio, subie-  
 ctū incōplexū & prædicatū cōplexū, ut homo est aīal ratio-  
 nale. Quarto, tñ subiectū q̄ prædicatū cōplexū, ut homo ali-  
 bus est aīal rationale. Ita argumētatio quatuor modis potest  
 uariari penes antecedētis & cōsequētis simplicitatē & cōpo-  
 sitionē. Primo, antecedēs potest esse simplex & unica ppositio-  
 tio: similiter & consequens, ut homo est aīal, ergo homo est

substantia. Secundo, antecedens compositum & ex pluribus, propositionibus constitutum, consequens autem simplex, ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia. Tertio, antecedens simplex, & consequens compositum, ut homo est animal, ergo homo est sensibilis & homo est substantia. Quarto, antecedens compositum & consequens compositum, ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis, & omnis homo est substantia. Et primus modus consequentiae primo modo, propositionis respondet, secundus secundo, & ita deinceps. Vocabula artis sunt. Ex uno unum. Ex pluribus, unum. Ex uno, plura. Ex pluribus plura. ¶ Neg semper oportet consequens esse alterum ab antecedente secundum rem: sed interdum est solummodo alterum secundum rationem, ut in hac argumentatione, homo est animal, ergo homo est animal, consequens est re ipsa idem antecedenti, ratione tamen ab eo diuersum. Nam ista propositio, homo est animal, dicitur antecedens in quantum infert consequens, & preponitur notae illationis. Et dicitur consequens, quatenus infertur ex antecedente & postponitur notae illationis. Quoadmodum in propositione interdum predicatum est re ipsa diuersum a subiecto, ut in hac propositione, homo est animal. Interdum uero est re ipsa idem subiecto, & solum ratione ab eo diuersum, ut homo est homo. In qua propositione terminus homo quatenus preponitur copulae, dicitur subiectum, & quatenus postponitur, est predicatum. ¶ De antecedente exemplum, ut in hac argumentatione, homo est animal, ergo homo est substantia: ista propositio homo est animal, est antecedens: quia est prima pars argumentationis, & quae alteram infert propositionem scilicet consequens. Ista uero propositio, homo est substantia, est consequens, quia est secunda pars materialis argumentationis, & quae ex altera propositione infertur, scilicet ex antecedente. Et ista coniunctio ergo, est nota illationis: quia est coniunctio denotans unam propositionem scilicet consequens, inferri ex altera scilicet ex antecedente. Similiter & caeterae coniunctiones rationales, ut ideo, igitur, itaque & similes sunt notae illationis. In data autem argumentatione, non est maior aut minor: cum antecedens sit simplex & unica propositio. Cum autem antecedens est compositum & ex pluribus propositionibus conjunctione copulatiua aut aequivalente coniunctis, constitutum: tunc eius prima pars est maior, & secunda pars (quae scilicet coniunctionem sequitur) est minor. Vt in hac argumentatione, omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo

est substantia: ista propositio, omne animal est substantia, est maior: & ista, omnis homo est animal, est minor: & totum aggregatum ex maiore & minore constitutum, est antecedens.

¶ Aliquādo tamē altera partiū antecedētis & sēpius maior, speciali nomine dicitur sequela: cū scilicet ipsi adiungitur cōiunctio si, & uerbiū opratiuū denotās aliquā sequelā. Vt in hac argumentatione, si omne animal esset irrationale, sequeretur quod omnishomo esset irrationalis, sed hoc est falsū: ergo & illud ex quo sequitur. Maior, si omne animal esset irrationale, sequeretur quod ois homo esset irrationalis, uocat sequela. Diffinitio autē antecedētis, cōsequentis, maioris & minoris, intelligenda est de parte principali & propinqua: quæ scilicet solū est pars totius & nō pars partis. Et nō de parte min<sup>9</sup> principali & remota: quæ nō solū est pars totius, sed etiā pars partis. quomodo littera & syllaba, & terminus, bene est pars argumentationis autecedētis & cōsequentis: sed de hac non loquuntur authores.

¶ Concedere propositionem, est ipsam ueram esse admittere.

Propositio uera, est quæ ut res ē, ita significat.

Negare propositionem, est asserere ipsam esse falsam.

Propositio falsa, est quæ aliter quàm res se habet, significat.

Distinguere propositionem, est ipsam multiplicem in plures sensus dirimere.

Dirimere, diuidere.

Propositio multiplex, est propositio diuersos habens sensus.

Antecedens, consequens, maior, minor.

Cōcedere consequentiam, est datam argumentationem bonam esse admittere.

Bona cōsequētia, est cui<sup>9</sup> si antecedēs sit uerū, & cōsequēs simul uerū esse est necesse.

Negare consequentiam, est asserere datam  
argumentationem esse malam.

Mala consequentia, est cuius etsi antecede-  
dens sit verum, non oportet eius consequens  
simul esse verum.

Distinguere consequentiam, est ob aliquam di-  
uersitatem ei accidētem, ipsam modo bonam,  
& modo malam esse ostendere.

¶ Tunc propositio concedit, cum a concedente admittitur ipsa esse  
uera. ut homo est uiuus. Vnde quemadmodum circulus ante taber-  
nam pendens, dicitur esse uerum signum, cum in domo est uinum uenale, si-  
cut circulus representat: ita propositio dicitur esse uera, quando  
ita est in re sicut ipsa significat esse, ut homo est albus: uel non  
ita est in re sicut ipsa significat non esse, ut chimæra non est ho-  
mo, equus non est lapis. Sed hæc particula negatiua, comprehendit  
dicitur in litera sub particula affirmatiua per hæc regulam. Negatio  
sub affirmatione comprehenditur: & per affirmationem intel-  
ligitur negatio. Et sub temporis presentis uerbo, scilicet est, intel-  
ligitur & aliorum temporum copulæ scilicet fuit, erit, & potest ef-  
fe. Nam auctores sub uno simili, alia similia comprehendunt, & pau-  
ca exprimentes multa subintelligunt, ab his que recte intelligenti-  
a in primis quarunt, facile cognoscenda. Itaque propositio de pre-  
terito uera est que ut res fuit, ita significat fuisse: ut Adā fuit.  
& propositio de futuro uera est, que ut res erit ita significat fore:  
ut sol orientur cras, & ita de alijs per analogiam. Et hæc intelliguntur  
de propositionibus in quibus copula importat tempus. In his  
autem quarum copula absoluit a tempore, & nullam prorsus differen-  
tiam temporis designat propositio, uera est, que ut res nata est esse,  
ita significat, ut tonitruum est sonus: nullo etiam existente tonitruo.  
Nam ad huiusmodi propositionum ueritatem non requiritur rei signi-  
ficatae existentia: cum æque ueræ sint re non existente sicut existente  
te, sed sufficit naturalis rei aperiens. Et in hac diffinitione, ite-  
rum sub affirmatione intelligatur negatio. ¶ Propositio autem nega-  
tur: cum ipsa asserit esse falsa, ut nullus homo est uiuus. Vnde quem-  
admodum circulus ante tabernam suspensus dicitur falsum signum, cum  
in ea domo non est uinum uenale, & aliter est quam ipse representat:  
ita sane propositio dicitur esse falsa, quando significat aliter quam

est in re, ut nullus homo est albus. hoc est quod significat id esse quod non est, uel id non esse quod est: & ita de alijs particularibus: et est sub affirmatione negatione, & sub tempore presenti cetera tempora comprehendendo: ubi uero copula nullam temporis rationem importat: propositio falsa est quod aliter quam res nata est esse, significat: ut tonitruum non est sonus, homo non est animal. Et hae definitiones sumuntur ex hac propositione Aristotelis, Ab eo quod res est uel non est, oratio dicitur uera uel falsa. In qua Aristoteles aperte, facillime & uere ostendit, a quo sumenda est propositio ueritas aut falsitas, Cuius sententiam, quia nostra tempestate non sequitur, neque probet plerique qui dialecticam profitentur, idcirco ad opinionum uarietatem & graues conuersiones lapsi, in diuersa problemata inciderunt: a quibus facile liberaretur, si eam, quae uideatur Aristoteli, reciperet determinationem. ¶ Tunc autem propositio distinguitur, cum ipsa in plures sensus diuiditur, ut ista propositio: canis est animal, hoc modo distinguitur. Si eius subiectum capitur pro cane domestico, aut equo, ipsa est uera: si uero pro cane caelesti, est falsa. Et data propositio est multiplex: quia diuersos habet sensus, quod modo dictum est. Quatuor autem uocabula, uirgulis distincta, scilicet antecedens, consequens, maior, minor, in textu posita denotant quod ista tria uerba concedere, negare, distinguere possunt ad quodlibet ipsorum quatuor comparari. & sic lumen duodecim specialia definita, scilicet concedere antecedens, negare antecedens, concedere consequens, distinguere consequens: & ita de alijs. Et haec duodecim definita sunt per analogiam definitionum prius positarum: solum loco dictionis communioris, particularem ponendo, hoc modo. Concedere antecedens, est antecedens uerum esse admittere. Negare antecedens, est asserere antecedens esse falsum. Distinguere antecedens, est antecedens multiplex in plures sensus diuidere. & ita de alijs. Porro, consequentia concedit, cum ipsa admittit esse bona: ut homo est animal, ergo homo est substantia. Bona consequens simul falsum: ut ea quae ante data est. Non enim potest ista esse uera, homo est animal: & simul ista falsa, homo est substantia. ¶ Quod si quis obijciat. Potest ista esse uera, homo est animal, & simul ista non erit uera, homo est substantia, scilicet, si ipsa potest non esse, ergo non oportet si antecedens sit uerum, quod eius consequens sit uerum. ¶ Facilis est ad eam objectionem responsio: concedit antecedente negando consequens & consequentiam, quia si ista propositio homo est substantia, non sit: tunc non est consequens huius

propositionis, homo est animal, neq; hæc illius antecedens. Nā  
 antecedēs & cōsequens sūt relatiua a cō. quare non potest esse  
 quod denominat ab uno: quin simul sit quod denominat ab al  
 tero. Præterea diffinitiones cōsequētia horæ & malæ, intelli  
 gunt in sensu cōposito, hoc pacto. Necessē est si horæ cōsequē  
 tiæ antecedēs sit uerū: & ei<sup>9</sup> cōsequēs simul esse uerū. Siue, quod  
 in idē redit. Impossibile est antecedēs horæ cōsequētiæ esse ue  
 rū, & simul eius cōsequēs esse falsū. cap. i. do necesse & imposs  
 ibile, ut faciūt modales cōpositas. ¶ Negat aut cōsequētia, quā  
 do ipsa asserit esse mala, ut homo est sedens, ergo equ<sup>9</sup> est am  
 bulās. Mala aut cōsequentia est, cuius antecedens potest esse ue  
 rū, & cōsequens simul falsū. Quæ diffinitio, eiusdem est sentē  
 tiæ cū diffinitione posita in litera: ut prius data cōsequētia, cu  
 ius antecedēs, scilicet, homo seder, potest esse uerū: & cōsequēs  
 equus est ābulās, simul esse falsū, scilicet oī equo simul sedēte.  
 Nō em oportet si homo sedeat, plinius equū ābulare. ¶ Vnde  
 bonitas cōsequentij nō pēdet ex eo q̄ antecedens est uerū aut  
 cōsequens uerū: sed ex necessaria habitudine antecedentis ad  
 cōsequēs penes ueritatē. Potest em horæ cōsequentij antecedēs  
 esse uerū & consequens uerū, ut homo est aīal, ergo homo est  
 substātia. Potest & antecedens esse falsū, cōsequente existente  
 uero, ut homo est equ<sup>9</sup>, ergo homo est aīal. Deniq; potest an  
 tecedens esse falsū & cōsequens falsū, ut homo est equus, ergo  
 homo est irrationalis. Sed nunq̄ potest antecedens esse uerū &  
 cōsequens falsū. Ita ualiditas cōsequentia nō euenit ex falsi  
 tate antecedentis aut cōsequentis, sed ex eo quod nō est necē  
 saria antecedentis ad cōsequēs in ueritate habitudo. Potest em  
 malæ cōsequentij antecedens esse uerū & cōsequēs uerū: ut ho  
 mo est, ergo equ<sup>9</sup> est. Potest & antecedens esse uerū, cōsequēte  
 existente falso, ut homo est aīal, ergo homo est brutū. Præte  
 rea potest antecedens esse falsū & cōsequēs uerū, ut nullus ho  
 mo est, ergo equ<sup>9</sup> est. Deniq; potest antecedēs esse falsū & cōse  
 quēs falsū: ut nullus homo est, ergo null<sup>9</sup> equ<sup>9</sup> est. ¶ Et hæc dūq;  
 diffinitiones tantā habent ueritatis necessitatem, ut nō modo  
 uerissimæ sint, sed prima logicæ principia: neq; earum q̄ren  
 da est, p̄batio, cum nullas habent manifestiores p̄ quas ostēdi  
 possint. Obiectiones autem q̄ cōtra eas fiunt, sophisticæ sunt  
 & suis locis diluendę. De quibus nihil in presentiarum dicen  
 dum est. ¶ Distinguit autem cōsequentia, cum prop̄ aliq̄ uer  
 ritatem in ea existētē, ipsa ostendit aliquādo esse bona &  
 aliquādo mala, ut hæc cōsequentia, omne animal est sensibile



igitur canis est sensibilis: hoc modo est distinguenda. Si in cōsequente canis capitur pro cane domestico uel marino, ipsa est bona, & eius consequens uerū, sicut antecedens. Si uero in cōsequente canis sumitur p̄ sydere cælesti, ipsa est mala cū antecedens eius sit uerū & consequens falsum. Neq; idcirco cōcedendum est eandem consequentiā esse bonā & malam, nam illa nō est eadē secundum uocē & rem simul: sed secundū uocē tantū. Idem autē in tota logica sumitur pro eo quod idem est nomine & re simul. Quēadmodū ista propositio, canis est animal, in diuersis sensibus accepta aliquando est uera & aliquidādo falsa. Sed quia nō est eadē secundū rem & uocē simul: idcirco non sequitur eādē, p̄positionē simul esse uerā & falsam. Nā cōsequētia multiplex, ita se habet ad bonitatē aut inuāliditatē: sicut propositio multiplex ad ueritatē & falsitatē,

¶ Prima regula.

In disciplinis, æquiuocatio sūmopere fugienda est. ¶ Secunda regula.

In prædicationibus doctrinalibus, termini significatiue, & non materialiter, accipiuntur. ¶ Tertia regula.

Termini singulares, a disciplinarū cōsideratione sunt reiecti. ¶ Quarta regula.

Termini logici, in secūde intētionis significatiua sunt accipiēdi. ¶ Quinta regula.

In disciplinis, oīa expēdēda sūt secundū materiam subiectam. ¶ Sexta regula.

Dictio in genitiuo, partitionis notam præcedens, est diuisum: quę uero sequuntur, membra sunt diuidentia.

Nota partitionis, est dictio partitiua in diuisione posita: ut aliquis, alius, hic, ille.

¶ Prima regula, docet æquiuationē, & multiplicitatē ter-

minorū, à disciplinis esse remouēdā. Nā quærēda est unica si  
 gnificatio termini, quā auctores in loco intēdūt: & aliæ oēs  
 reſciēdæ. Vt em̄ diuerſitas multarū uiarū in unū cōcurrētū  
 uiatori aſſert ambiguitatē, p̄ quā potiffimū ſit eundū, nō autē  
 una ſola: ita diuerſitas & multitudo ſignificationū eiūſde ter  
 mini itellectū reddit ambiguū, de qua ſignificatione ꝑcipue  
 agitur ſermo. hinc qui nouas pro arbitrio dictionū ſignificā  
 tias imponūt & cōſingūt: ad ſophiſticā poti⁹ labi q̄ rectas tra  
 dere diſciplinas dignoſcūtur. ¶ Secūda regula oſtendit q̄ in  
 prædicationibus doct̄inalibus extrema nō accipiūtur mate  
 rialiter, ſed ſignificatiue. Sūt autē prædicationes doct̄inales,  
 ꝑpoſitiones in quibus diffinitio de diffinito, aut ſuperius de  
 inferiori prædicat, & ita de alijs quibus diſciplinæ utūtur: ut  
 ſubiectū eſt extremū ꝑpoſitionis, ſubiectū eſt extremū copu  
 lā præcedēs. In iſtis, extrema capiūtur perſonaliter. ¶ Tertia  
 regula dicit terminos ſingulares eſſe reiectos à diſciplinis: ſic  
 quod nō ſunt principalit̄ in eis cōſiderati, neq; ꝑcipiorū ne  
 q; cōcluſionū, aliarū uicē quarūlibet ꝑpoſitionū ad diſcipli  
 nas pertinētū extrema. Nō em̄ hę ꝑpoſitiones ꝑcipia ſūt  
 neq; cōcluſiones: Sortes eſt homo, Plato eſt animal. Nā diſci  
 plinæ infra ſpecialiſſima nunquā deſcēdunt. Nō tamē nega  
 uerim eos cōſiderari in diſciplinis tanquā exēpla & termino  
 rū doct̄inaliū ſignificata. ut cū diffiniſ termin⁹ ſingularis ſi  
 ue indiuiduū, dātur exēpla: Sortes, Plato, Petrus, Paulus, hic  
 homo. ¶ Quarta regula docet terminos logicos eſſe accipien  
 dos ſecūde int̄ionaliter. Et quāuis aliā habeāt ſi ſignificatio  
 nē in qua ſunt termini primæ int̄entionis, illa tamē nō cōſide  
 ratur in logica. ut terminus, ſubiectū, ꝑdicatū, gen⁹, ſpecies.  
 Et ratio eſt, quia logica principalit̄ de ſignis reſentatiuis de  
 terminat. quare & ſui termini ꝑcipue ſigna ſignificāt & ſunt  
 ſecūde int̄entionis. ¶ Quinta regula præcipit quæcūq; in diſci  
 plinis dicunt̄. intelligēda eſſe ſecundū ꝑpoſitum de q̄ ſit ſer  
 mo. ut in logicis oīa intelligēda logice: & in phyſicis phyſice  
 & in metaphyſicis metaphyſice. Quæ quidē regula, ſi (ut de  
 bet) bene obſeruet̄, nō fierēt tā extortæ & imptinētes ex  
 poſitiones, quales fieri cōſpiciunt̄ cū logica metaphyſice, phy  
 ſica logice, & metaphyſica nō metaphyſice explicant̄. Vnde  
 maxima in ſciēt̄ijs cōfuſio exorta eſt. ¶ Sextę regulę exēplū.  
 ut in hac diuiſione: Animalū, aliud homo, aliud brutū: geni  
 t̄iuus animalū, eſt diuiſum, & nominatiuū homo & brutū, ſūt  
 mēbra diuidētia: & dictio aliud, eſt nota partitionis, q̄a eſt di

Etio denotans fieri diuisionem. & r̄arum ibi ualet sicut, aliq̄s.  
 Apud autores etiā hæc p̄nomina, hic & ille, sunt notæ par-  
 titiois, & significant etiā idem quod aliquis. ut p̄positio-  
 num, hæc uera est, illa falsa: hoc est, p̄positionum, aliqua ue-  
 ra est & aliqua falsa. Et intelligitur hæc regula de modo di-  
 uidendi communi & usitato. nā possunt & alij diuidendi mo-  
 di fieri, in quibus non seruabitur hæc regula.

¶ Septima regula.

Quod ad q̄sitiuū, quid, de aliquo cōuenien-  
 ter respōdet, est diffinitio, & quod intro-  
 gat, est eius diffinitū. ¶ Octaua regula.

Cū diffinitum de aliquo per quæsiuū, qua-  
 re, interrogatur: protinus respōdenda est  
 eius diffinitio. ¶ Nona regula.

Omnis diffinitio, p̄ applicationem eius ad  
 varia exempla particulatim declarāda est  
 & intelligenda. ¶ Decima regula.

Propositio notæ illatiōis p̄posita, est argu-  
 mētationis antecedēs: postposita uero, cō-  
 sequens. ¶ Vndecima regula.

Ad argumētationē & q̄stionē ne respōde-  
 as pri<sup>o</sup> q̄ repetiueris illā. Nā p̄cept & im-  
 p̄meditata respōsio, carere uitio nō solet.

Quæstio, est cū nota interrogationis sum-  
 pta dubitabilis propositio.

Note interrogationis sūt: cur, quare, quid,  
 an, ne, utrum & similes.

¶ Septimæ regulæ exemplum: ut si quis interroget quid est  
 subiectum, & respōdeat, est extremum, copulā uerbalem p̄-  
 cedens. Ibi, quod in respōsione ponit, est diffinitio: & quod in

quæstione cum signo quæ sitiuo locatur, est diffinitum. Et ca-  
 pitur hic interrogatiuum quid, ut est quæ sitiuum diffinitio-  
 nis, & non ut est quæ sitiuum prædicabilis superioris, quia ad  
 interrogationem factam per quid, hoc secundo modo sume-  
 ptum, non respõdetur diffinitio, sed superius ad quæ sitiu: ut  
 si quæ ratur, quid est homo respõdetur, est animal. ¶ Octauæ  
 regulæ exemplum: ut si quis interroget quare homo est sub-  
 iectum istius propositionis, homo est animal, apta datur re-  
 sponso, quia est extremum, copulam uerbalem præcedens. Ibi  
 diffinitum, scilicet subiectum, quæritur de aliquo, scilicet de  
 isto termino homo, per quare: & ergo recte eius respõdetur  
 diffinitio. Et sicut ad diffinitum affirmatiue interrogatũ re-  
 spõdetur diffinitio affirmatiue: ita ad diffinitũ negatiue in-  
 terrogatũ respondenda est diffinitio negatiue, ut si quis quæ-  
 rat, quare data propositionis, homo est animal, iste terminus  
 animal non est subiectum: bona datur responsio, quia non est  
 extremum, copulam uerbalem præcedens. Est enim diffinitio  
 prima & præcipua causa quare diffinitũ alicui conuenit aut  
 discõuenit: & idcirco semper respondenda. ¶ Nonæ regulæ  
 exemplum, in omnium diffinitionum prius positarũ decla-  
 ratione ferme sumi potest: ut cum diffinitio propositiõis ex-  
 plicaretur, data est pro exemplo una oratio significãs uerũ,  
 & deinde altera significãs falsum: quo singulæ diffinitionis  
 particulæ fierent manifestæ. Hac itidẽ regula sæpius in ex-  
 planatione introductionũ logicaliũ uti sumus: ut modus cõ-  
 ueniens aperiat, quo õmnis diffinitio recte declaretur. Ni-  
 hil enim ad rectã diffinitionis intelligentiã magis conduce-  
 re puto, quã uariam exemplorum ad eam applicatiõem  
 per frequens exercitium. ¶ Decimæ regulæ exemplum: ut  
 in hac argumentatione homo est aial, ergo homo est substã-  
 tia: ista ppositio, homo est animal, est antecedens, quia præce-  
 dit notã illationis: ista uero, homo est substãria, est cõsequens,  
 quia sequitur illationis signum. Et intelligitur hæc regulã,  
 quando nota illationis est coniunctio rationalis, quæ solum  
 est nata interponi antecedenti & consequenti. Nã si illationis  
 nota fuerit cõiunctio cõdjtionalis si: tũc antecedens est ppositio  
 quæ immediate sequitur coniunctiõem si, consequens uero  
 propositio quæ non immediate sequitur dictã coniunctiõem:  
 sed aut præcedit: ut homo est substãtia si homo est animal:  
 aut mediate sequitur (quod frequẽtius fit) ut si homo est ani-  
 mal, homo est substãtia: in utraq; harum consequentiãrum

ista, ppositio, homo est animal, est ante eedēs. Et hęc, homo est  
 substantia, est cōsequēs: nō quidē scđm sūū, sed rōne inferendi.  
 ¶ Undecimę regulę ratio est, qā cū argumētatio aut quęstio  
 pposita resumit ā respōdēte, melius ab eo intelligit: & si in-  
 ter resumēdū respōdēs errauerit pperāq; itellexerit, dirigif  
 ab opponēre. Insup, interea cōcedit ei tps meditādi, excogi-  
 tādīq; argumētatiōis solutionē aut rectā quęstiois, ppositę re-  
 spōsionē. Quocirca, resumēdę argumētatiōis quęstioisq; cō-  
 suetudinē iuuenes assumere debēt. Nā opposita eueniūt ma-  
 la, si qs sine resumptiōe respōdere tentauerit. s. q̄ interdū nō  
 exacte intelligat, q̄ ā recta formatiōe aberret, q̄ solutionem  
 aptā assignare nō ualeat. ¶ Ad quęstionē aut doctrinalē (quę  
 sola hic diffinit) duo requirunt. primo q̄ ppositio quę iterro-  
 gatur sit dubitabilis, hoc est, nata dubitari, & nō sit ppositio  
 manifeste v̄a aut manifeste falsa. q̄re hęc nō est quęstio, utrū  
 totū est maius sua parte, utrū homo est lapis. Scđo requirunt q̄  
 hmōi, ppositio sumatur cū signo iterrigatiuo siue aduerbio  
 iterrigādi. q̄d si omitteretur, nō esset perfecta quęstio, cum  
 (sicut hic diffinitur) quęstio sit aggregatū ex signo quęstiuo  
 & ppositione iterrigata. ut utrū ois homo est susceptiu⁹ di-  
 sciplinā, utrum solus homo habet intellectum.

#### ¶ Duodecima regula.

¶ Proposita ab opponēte argumētatiōe, &  
 eadē a respōdēte semel repetita; ad singu-  
 las eius partes iterū sigillatim resumen-  
 das qua proponuntur serie, particularim  
 est respondendum.

Modi aut respōdēdi sunt tres: cōcedere, ne-  
 gare, distinguere. ¶ Decimatertia regula  
 ¶ Omnis ppositio ab opponēte proposita,  
 cū peculiari suę denominationis, vt āte-  
 cedētis, cōsequētis, maioris aut minoris  
 expressione, a respondente est conceden-  
 da, neganda, aut distinguenda.

Opponens, est qui alteri argumentū proponit, negatū probat, & datam solutionē sequenti obiectione impugnat.

Respondens, est qui argumentationem ab altero propositam diluit & dissoluit.

¶ Duodecima regula ostendit ordinē seruandū à respondēte in solutione alicuius argumenti, propositi. Debet enim primo argumentū integrū resumere: ut pcedēs regula admonuit. In qua repetitione maxime enitēdū est: ut in eadē forma repetat, qua ab opponēte est, propositū, nō mutata sentētia. Deinde quilibet pars singillatim ē repetēda & ad eā respondēdū. ut primo repetēda pars maior: & ad eā danda rñsio. deinde repetēda sola minor: & ad eā ferēda rñsio. postea resumēdū cōsequēs: & ad ipm respondēdū est. Deniq; ad cōsequentia adhibēda est responsio. Modi autē respondēdi quib; in argumentor; solutione utitur respondens, sunt tres. Nā oēm propositionē in argumentatione propositā aut debet cōcedere, aut negare, aut distinguere. ¶ Decimatertia regula docet respondētē nō debere cōcedere, negare, aut distinguere aliquā propositionē inter respondēdū, nisi adiecto & expōsio speciali noie suę denotatiōis, q̄ designat esse pars illius argumentatiōis. Vt si sit antecedēs, expōsio noie antecedētis: & si sit cōsequēs, adiecto ad dicta vba noie cōsequētis, & ita de alijs. Exēpli gratia. Si ad maiore habeat respondere, nō sufficit dicere, cōcedo, nego, aut distingo, nullo amplius addito: sed adiciēdū est maioris nomē ad p̄dicta vba sic, cōcedo maiore, nego maiore, distingo maiore. Et ita de ceteris argumentatiōis partib;. Sic enim rñdēs ostendit se cognoscere ad quā argumentatiōis partē respondet, tollitq; incertitudinē. ¶ Deinde ponit diffinitio opponētis in argumentatiua disputatiōe exprīmēs tria eius officia. Primū est, q̄ opponēs rñdētī argumentū, hoc est obiectionem, cōtra aliquā respondētis, propositionē, format. Scdm, q̄ opponēs propositionē suę obiectionis à respondēte negatā, pbat. Tertiu, q̄ opponēs solutionē pcedētis obiectionis à respondēte datā, ulteriori obiectione impugnat: q̄d vulgo replicare uocāt, & oppositū eius qd respondens in solutione asseruit, sequētī instātia, pbare nititur. Diffinitio autē respondētis, unicū eius officiu exprimit: scilicet soluedi obiectionē ab opponēte, propositā: sub quo comprehenduntur cetera

particularia officia: utpote cōcedendi, negandi & distinguēdi, quæ in respondendi officio includuntur.

¶ Decimaquarta regula.

¶ In disputatione, ppositio uera est cōcedēda: falsa, negāda: & multiplex, distinguēda. Itidem cōsequētia bona est cōcedēda: mala, neganda: & multiplex, distinguenda. Disputatio, est mutuæ exercitatiōis gratia de aliquo proposito duorum disceptatio.

¶ Decimaquinta regula.

¶ Cum argumētādi, respōdēdiq; pōptitudo potissimū usu ac exercitatiōe (quæ admodū ars omnis & doctrina) pariāt: ut à primis dialēcticæ rudimētis adolēscētes disputationi assuescant, curandum est.

¶ Exercitatio, est frequēs & assidu<sup>9</sup> vnius eiusdemq; rei usus.

¶ Decimæ quartæ regulæ exēplū: ut ppositio, homo est aīal. in disputatione assumpta, est cōcedēda: qā est uera. Et ppositio, homo est lapis, est negāda, qā falsa. Hęc uerō, canis est animal, est distinguēda, qā est multiplex. Ita hęc cōsequētia, homo est aīal, ergo homo est substātia: in disputatione est cōcedēda, qā est bona. Et hęc, homo est animal, ergo homo est sensens, est negāda, qā mala. Hęc uerō, omne animal sentit, ergo canis sentit, est distinguēda, qā est multiplex. Diffinitur deinde disputatio per triplicē causam. Primo per materiale, circa quā uersatur cū dicitur, de aliquo pposito. Nā, ppositū hic, est ppositio quā respondens uerā defendit, & opponēs impugnat: quā uulgo positionē uocār. Secūdo per causam efficientem, cū dicitur, duorū, scilicet, opponētis & respōdētis. Neq; ibi nomen, duorū, denotat numerū disputantiū: possent enim plures duobus, inter se disputare: sed exercitiū officia in disputatione, quæ solum sunt duo: scilicet officium opponens

tis & respondentis, & si quis apud seipsum disputet, ipse unus  
 est, re ipsa: sed duo, ratione: cum uicissim duorum fungatur of-  
 ficio: scilicet primo opponentis, & deinde respondentis. Ter-  
 tio, per causam finalem cum dicitur, mutuae exercitationis  
 gratia. Nam ad hunc finem potissimum adolescentum dispu-  
 tatio debet ordinari: ut ex mutua exercitatione euadant  
 promptiores. ¶ Decimaquinta regula, rationem redditur cur  
 adolescentes logicam audiant, frequenter disputationem ex-  
 ercere debeant: id est ut faciãt, admonet. Nam ex crebra dispu-  
 tatione, acquiritur in eis promptitudo opponendi pariter &  
 respondendi, quae non nisi assidua exercitatione haberi potest.  
 quandoquidem ars omnis & doctrina, frequenti usu paritur.  
 ut saepe scribendo, euadit quis scriptor: frequenter pingendo,  
 pictor: & crebro latine loquendo, grammaticus. Tolle usum, ex-  
 ercitationemque remoue: omnem pariter tollis artem & scien-  
 tiam, & ne unam quidem perfecte consequeris. hinc antiqui,  
 usum, doctrinae partem dixerunt: quae ex usu, exactissima quaeque  
 doctrina gignatur, & sine ea, nulla prorsus. Proinde saepius  
 admonendi sunt adolescentes, ut disputationis, & eorum quae  
 discunt exercitationem in primis habeant: si ad perfectam scien-  
 tiarum cognitionem peruenire uolunt. ¶ De exercitatione ex-  
 emplum, ut exercitatio scribendi, est frequens & assidua scriptio.  
 Exercitatio pingendi, est crebra, saepiusque iterata depictio.  
 Et exercitatio loquendi latine, est frequens & continua, scdm  
 grammaticae regulas, locutio, & ita de alijs.  
 ¶ Introductio in terminorum cognitionem, pariter & an-  
 notationum illi adiectarum, finis.

¶ Iudoci Clichtouei Neoportuensis, de ar-  
 tium scientiarumque diuisione introductio, ad facilio-  
 ris eiusdem explanationum uiculis, ad facilio-  
 rem literae intelligentiam.

¶ Ars,	Nemoraria,
Mechanica,	Militaris,
Doctrinalis,	Nautica,
¶ Mechanica,	Agricultura,
Lanificium,	Medicina,



Fabrilis.	Astronomia.
¶ Doctrinalis,	¶ Non liberalis,
Liberalis.	Moralis.
Non liberalis.	Naturalis.
¶ Liberalis,	Supernaturalis.
Sermocinalis,	¶ Moralis,
Mathematica.	Ethica.
¶ Sermocinalis.	Oeconomica.
Grammatica.	Politica.
Logica.	¶ Naturalis,
Rhetorica.	Physica.
¶ Mathematica,	Medicina.
Musica.	¶ Supernaturalis,
Arithmetica.	Metaphysica.
Geometria.	Theologia.

**A**RS, est recte quicquā faciēdi aut co-  
gnoscēdi, præceptione, vsu ac imita-  
tione acquisita promptitudo.

¶ In hac introductiōe (ut præcedēti) præmittit, eorum q̄ de-  
termināda sunt diuisio. In qua dictio, cui præponit paragra-  
phus, est diuisum: & q̄ sine paragraphi adiectione directe sup-  
ponunt, sunt mēbra diuidētia: quæ admodū etiā in præcedēt.  
Porro in præcipio ars, cōmunit & large sūpta, diuidit in artem  
mechanicā & doctrinalē. Secūdo, mechanica, in septē diuidit  
tur species: quarū nomina his uulgatis carminibus habētur,  
Lana, nemus, miles, & nautica, rus, medicina.

His ars fabrilis connumeranda uenit.

Et quod pleriq; secūdo carmine architectonicā nomināt hoc  
modo: his ars fabrilis architectonica subfit, nō id faciūt, octa-  
uā aliquā specie designātes. Nō em̄ architectonica, noua est  
artis species, sed nomē adiectiuū & artis fabrilis epithetū, si-  
gnificās in latino idē quod præcipua uel principalis. Medicina

añt, sexta artis mechanicę species, nõ hic, p ea sumit sciẽtia, q̄  
 humani corporis cõplexionẽ morbosq; cõsiderat (nã illa ars  
 doctrinalis est, & in nona diuisione sub arte naturali collocat)  
 sed, p illa que uulnera, & extreriores corporis lesiões curat. Et  
 hæ septẽ sunt artes mechanicę gñales, ad q̄s alię speciales ha  
 bẽt reduci, unaqueq; ad eã cũ qua maiorẽ habet cõuenientiã.  
 Numeroq; septenarius hic assignant, q; ab alijs totidẽ, & eo or  
 dine assignari soleãt. ¶ Tertio, ars doctrinalis diuidit in artẽ  
 liberalẽ, & nõ liberalẽ. Vocamusq; artẽ nõ liberalẽ, oẽm artẽ  
 doctrinalẽ, que nõ est una septẽ artium liberalium, q̄ fere ab oib; us  
 assignãtur, cũ apti<sup>9</sup> nomẽ nõ occurrat. ¶ Quarto, ars liberalis  
 diducit i fermocinalẽ, q̄ deide in tres spẽs subdiuidit, & i ma  
 thematicã q̄ sexta diuisione i quor mēba distribuit. Ceterũ ar  
 tis liberalis septẽ spẽs, suo ordie i hoc usirato carmie cõtinẽt.  
 Gra. loquitur, Dia. uera docet, R. he. uerba colorat:

Mu. canit, Ar. numerat, Geo. ponderat, Ast. colit astra.  
 Deinceps, ars nõ liberalis, in tres species diducit, quar; una  
 queq; in sua mēbra cõsequẽter dissecat, ut ipsa formula q̄ aper  
 tit i me ostendit. ¶ Postea, eo q̄ diuisa sunt ordine, diffiniuntur  
 oĩa: & primo ars. In cui<sup>9</sup> diffinitione per particulã, faciẽdi, in  
 nitur ars mechanica, que facere, hoc est circa materiã arte  
 riorẽ opari dicit. Et p particulã, cognoscẽdi, tãgitur ars do  
 ctrinalis, q̄ docet cognoscere. Cuiuslibet autẽ artis pprũ est,  
 ut ad recte & sine errore agentẽ dirigat, queadmodũ regula  
 plũbea dirigit ducentẽ lineã, ne in obliquũ, ptrahat. Propter  
 ea, dirigit ars ad agẽdũ prõptẽ, expeditẽq; & sine magna mo  
 ra, sine difficultate. Reddit em̄ ars hoiem, p̄mptissimũ: ut, cũ  
 uoluerit, sine negotio, id cuius artẽ caller, pagat. Tres autẽ  
 particule pceptiõe, usu, & imitatione: exprimũt tria, qbus ars  
 ois perfecte acquiratur: ut prima regula clarius ostendet.

¶ Ars mechanica, est ars expedite operãdi  
 ea que corpori humano sunt necessaria.

Ars mechanica, ars seruilis: idem.

Mechãica qdẽ, q; eor; sit operũ effectrix,  
 q̄ ingenio simul & manib; fiũt. *μηχανικὴ*  
 em̄ (unde hæc dictio deriuatur) molior,  
 machinor, iuenio & excogito significat.

Seruilis vero, q̄ ad ceteras artes eā seruet  
 habitudinē, quā seruus ad dominū, qualē  
 itidem corpus ad animum.

Quodq; natura seruis hominibus, & inge-  
 nua indole minime præditis accomodet̄.

Ars seruilis, seruus, corpus.

Ars doctrinalis, dominus, animus.

Ars doctrinalis, est ars prōpte cognoscēdi  
 ea q̄ animū pficiūt, sciētēq; reddunt.

¶ Ars mechanica, diffinit esse ea que ad humanę uitę necessi-  
 tatē, & ad corporis curā accomodata parat, ut lanificiū ho-  
 mini indumēta. Ars nemoria, ligna & c. ignis fomēta. Milita-  
 ris, suarū rerū defensionē. Nautica & Agricultura, alimenta.  
 Medicina, læsionū sanationē. Ars fabrīlis, edificia, & habita-  
 tionē. Et ab Aristotele uocat̄ alio noīe, ars seruilis. Veriusq;  
 aut̄ denotiationis reddit̄ in litera ratio. Nā huiusmodi ars, cir-  
 ca exteriorē materiā, suā operationē exercēs dicit̄ mechani-  
 ca: eo q̄ cū quadā animi solertia, tū etiā manib⁹, ceterisq; cor-  
 poris mēbris exercet̄: cui⁹ cōmodū hui⁹ artis totus est scop⁹.  
 Inde mechanicus, mechanicarū artium opifex uocat̄. Scribēq;  
 rectius hęc dictio ē simplici, citra diphthōgū: ut placet grę-  
 carū literarū nō ignaris. Eadē ars dicit̄ seruilis, duabus de cau-  
 sis. Prīa est, q̄ ipsa ad artes doctrinales eā habet p̄portionem  
 cōparationēq;, quā habet seru⁹ ad dñm, siue quā habet corp⁹  
 humanū ad aiūm. qñquidē ars seruilis corpori, doctrinalis ue-  
 ro, aiō curādo applicatur. Secūda causa est, q̄ dicta ars circa  
 extrinsecū opus intēta, hoīb⁹ aiō seruis, obtuso ingenio, hebe-  
 tata mēte, & fluxa memoria, exercenda destinat̄: q̄ natura eā  
 indolē nō sūt fortiti, ut ad literas addiscēdas sint idonei. Ars  
 aut̄ doctrinalis, h̄s natura designat, q̄ natura pulchras rerū  
 cōnitiōes nō iuidit, q̄bus acre ingeniū, clarā mēte, tenacēq;  
 memoriā, optimas dotes, bñficia cōtulit: q̄sq; ipsa ad bonarū li-  
 terarū studia destinasse uisa est. ¶ Sequētia aut̄ uocabula uirgu-  
 lis distincta, breui arte cōprehēdūt eas cōparatiōes q̄ factę sūt.  
 In q̄bus primū uocabulū supius primo sibi directē supposito  
 in hac analogia respōdet, & secūdū secūdo, & tertiu⁹ tertio.  
 Triplexy ex illis colligit̄ habitudo, In quarū prima cōfertur

primū ad primū, & secūdū ad secūdū, hoc modo. Ars seruilis, se habet ad artē doctrinalē, ut seru⁹ ad dñm. At seru⁹, lōge est inferior & indignior dño suo: igitur & ars seruilis arte doctrinali. In secūda, cōparat primū ad primū, & tertiu ad tertiu, hoc modo, Ars seruilis, se habet ad artē doctrinalem, sicut corp⁹, cui necessaria, puidet, ad animū. Sed corpus est impfectius q̄ animus, sicut caducū & mortale est multo ignobili⁹ q̄ pmanens & imortale: ergo & ars seruilis est ignobilior arte doctrinali. In t̄tia cōparat secūdū ad secūdū, & t̄tiu ad tertiu, hoc pacto. Sicut seruus se habet ad dñm, ita corpus ad animū. Atqui seru⁹, est multo mior & ignobilior dño suo: igitur & corpus aīo. Postremum, diffinit ars doctrinalis ea esse, quę aīum cognoscētem & scientē efficit, ut grāmatica, reddit hominem latine lingue peritū: logica, differēdi modum aperit: rhetorica, p̄suadendi. & ita de ceteris. ¶ Cū itaq; tāta sit artis doctrinalis supra seruilē, & animi supra corpus excellētia: uel strū omniū officiu est, q̄ generosi adolefcētes, literarū studio destinati, aīo puoluerē ad q̄ dignā, puinciā estis designari, ad quātā animi p̄fectionē uocati potius, q̄ ceteri q̄ solis artib⁹ mechanicis impēdūt operā suā. Et ex hac cōsideratiōe uos ipsos ad laborē i citate p̄ aīo excolēdo, p̄ artib⁹ doctrinalib⁹ cōsequēdis: q̄ animū tātopere p̄ficiūt. Si em̄ quāto dignius est q̄ tāto maior diligētia ad illud assequēdū est adhibēda: q̄s uigiliis & sudorē recusauerit ad cōparādā doctrinā: quādoq; uidemus eos q̄ artes mechanicas primū discunt, totōs dies & interdū noctes illis operā p̄stare, nullumq; labori tempus intermittere. Nolite obsecro illud cōmittere, ut ab illis assidue tate laboris uicamini, quos lōge uincere deberis. Neq; minus pro re digniori desudetis, quā illi, p̄ minus digna. Sane nihil turpius est, q̄ his q̄ mechanicas artes exercent labori intentis: uos ipsos otio torpescere, & tempus inani cōterere.

¶ Lanificium, est ars mechanica, lanā ad humani corporis usum p̄parans.

Nemoraria, est quę circa arborum cultū, lignorumq; ad humanam necessitatem apparatusa uersatur.

Militaris, ē q̄ militiā & bella gerēda tractat

Nautica, quę nauigationem.

**Agricultura**, est agros colendi ad fructus  
afferēdos industria.

**Medicīa**, est ars, uulnerū curationē pagēs.  
Et eadē, chirurgiā græco noīe dicit, id est  
manualis: q̄ exteriorē manuum applica-  
tione, officioq̄ exerceatur.

**Fabrilis**, est quę ferrū in hominū usus ex-  
cudit; aut ligna ad ædificiorum construc-  
tionem disponit.

Et hæc in ferrariā diducitur & lignariā.

**Ferraria**, est ars fabrilis, quę duris icudib⁹  
ferrū ad humanas functiones parat.

**Lignaria** uero, quę ad ædes extruēdas, ali-  
udue lignum opus componēdum, ligna  
accommodat.

¶ Diffiniunt hic artis mechanicę septē species. In quarū diffi-  
nitionib⁹, id obseruādū est: q̄ sub noīe materię in q̄libet diffi-  
nitione expressē cōprehēdunt & cetera cōsimilia, q̄ ad eūdē  
finē, idēq̄ opus applicātur. Vt noīe lanę, intelligūtur cetera  
ex q̄bus hoīm parātur idumēta: quēadmodū linū, tela, & filia  
Nā ad humani corpis idumēta parāda, p̄cipaliter lanificiū  
ordinatur. Ars autē memoria, ad memorię culturā & lignoriū  
alteriū sue materię, q̄ nutritur ignis, p̄parationē ordinatur: q̄  
hoīes frigora depellant, & cibaria decoquāt. Militarisa uero,  
instrumēta, q̄bus exerceat militia, ut equos, phaleras, hastas,  
& cetera armamenta, ipsamq̄ belloꝝ gerēdoꝝ, idustriā cō-  
plectitur, ad patrię & reipublicę, suiq̄ defensionem. Nautica  
uero, nauigationē, ad pisciū capturā, & mercii ab uno loco  
ad alterū deuectionē, cōmerciāq̄ inter distātes longo inter-  
stitio faciēda, p̄cipalr p̄tractat. Agricultura, agros colit ad  
alimēta homini subministrāda. Medicina (q̄ chirurgiā) uul-  
nera, ulcera & cetera id genus q̄bus humanū leditur corpus,  
p̄ferrī manuū officio sanat. Fabrilis uero, aut ferrū parat ad  
uarios hoīm usus: aut ligna ad cōstruēda ædificia. Noīe ædi-

ficioꝝ, cetera q̄ ex ligno fiūt machinamenta intelligendo, ut naues: carpēta & cōfilia. Et diffiūctio in eius diffinitioe posita, duas eius species innuit scilicet, ferrariā: q̄ p̄ primā intelligitur diffinitionis particulā: & lignariā, q̄ est p̄ scđam. Ars fabrilis ferraria, ea est q̄ ferrū aliūdue metallū, ut aurū, argētū, & stānū excudit, ex ipsiq; opus cōponit. Lignaria uero, q̄ ex ligno, aur aliq̄ uices ligni supplente ut lapide, marmore, domos ad hoīm habitatiōē construit. Hinc faber ferrarius dicitur, q̄ ferrū: lignarius, q̄ ligna ad opus accōmodat. Proinde de Dædalo ingeniosissimo architecto dicit Ouidius.

Dædalus ingenio fabrē celeberrimus artis. Neq; inficior, alio modo artes mechanicas assignari posse: ipsiq; aut aliā materiā, aut operationē, aut finem aliū ascribi, nec nō ostendī posse: q̄ modo tota artūū mechanicarū mētudo ad has septē reducitur. Sed cū hęc nihil aut parū utilitatis afferre putantur, illis qui uitā literariā amplectūtur, idcirco de ipsis pauca, uel intrāscursu dicta sufficere putauimus: ad alia magis accōmodata, eis qb̄ operā nostrā, p̄desse cupim⁹, festinātes.

¶ **Ars liberalis, est ars doctrinalis, quę circa sermonis aut quātitatis determinationem negotiatur.**

Et hoc dignū nomen sortitā est, quia liberorum requirit animum, liberosq; & ingeniosos homines decet.

Ars non liberalis, est ars doctrinalis, aliud quicq; à sermone, quātitateq; cōsiderās.

Et hęc æque aīm requirit ingenuū, liberalesq; ingenio p̄ditos hoīes decet atq; liberalis: cui etiā dignitate par est aut superior. Noīe tñ negatiuo nūcupat: q̄ nō eādē, quā uulgo libērales dictę materiā cōtēplat, q̄q; nomē affirmatiuū cōueniētius nō suppetit ad eā proprie denominandā.

Ars sermocinalis, est ars liberalis quę p̄ci-

quam sermonis determinationē agit.  
 Mathematica, quæ quantitatis.  
 Quantitas, numerus, magnitudo.

¶ Ars liberalis, ut gemias habet spes, ita duas sua ratione par-  
 ticulas cōplectit: quæ priā artē sermocinalē designat: ea em̄  
 circa sermōis determinationē uersat. Scda, artē mathematī  
 cā insinuat, cum ipsa circa q̄tutatis determinationē occupata  
 sit. ¶ Dicūt autē ars liberalis: q̄a requirit aīm liberū, hoc est  
 rerū externarū curis minime īpeditū, q̄ tot⁹ in cognitionē &  
 speculationē sit intentus. Nā ut oculus īstabīlī motu ad uaria  
 distractus, defixa acie nō intuet solē, ita q̄q; anim⁹ solitudīe  
 mūdi īplīcat⁹, ad hūmōi artium cognitionē nō est dispositus.  
 Præterea liberalis dicūt: q̄a deceat hoīes liberos, hoc est animī  
 p̄turbatiōib⁹ & affectiōib⁹ nō obnoxios, & suorū affectuū ser-  
 uicū minime subiectos, & īgenuos, id est gñosos & nobiles  
 aīo, qui sciētīā & literarū cognitionē uera animī bona existi-  
 māt, in ipsīsq; solā ei⁹ nobilitatē cōsistere, p̄suasū habēt. ¶ Ars  
 nō liberalis, est ars doctrinalis, neq; sermonē neq; q̄tutātē de-  
 terminās: sed aliq̄d aliud: ut physica, res naturales: ethica, ho-  
 minū mores cōsiderās. ¶ Et hęc uocat noīe negatiuo, nō q̄  
 minime reqrat aīm liberū, aut q̄a nō deceat hoīes liberos: cū  
 nō min⁹ & animī libertatē & generositatē exigat q̄ liberalis.  
 Neq; etiā uocat noīe negatiuo: q̄a sit īpfectior ars nō libera-  
 lis q̄ liberalis. Nā ars nō liberalis, aut æque p̄fecta est sicut li-  
 beralis: quēadmodū physica æque digna sicut geometria: aut  
 etiā p̄fectior, ut metaphysica. Sed hūmōi nomē negatiuū, ha-  
 bet ars nō liberalis. Priō, q̄a nō cōsiderat eādē materiā, scilicet  
 sermonē, aut q̄tutātē, quā ars liberalis. Scdo, q̄a deest no-  
 mē affirmatiuū ad significādū oēs artes doctrīales q̄ nō solēt  
 īter artes liberales nūerari: idcirco circūlo q̄m̄ur ipsū p̄  
 aggregatū ex noīe affirmatiuo, & negatiōe p̄posita. Nā cum  
 deest nomē unī⁹ mēbri diuidētis, loco ei⁹ circūlocutione ex  
 noīe alteri⁹ cū negatiōe sūpto, ut edū est. Ceterū cū hęc rationes  
 quīs sint cōueniētes, tū uideātur arbitrarię: q̄ aliā rationē as-  
 signauerit q̄re artes liberales dicātur aut nō liberales, etiā re-  
 cte dicet. Cū nō sit incōueniēs, eiusdē plures & eadē ueras  
 esse rationes. ¶ Deinde diffinit̄ ars sermocinalis ea esse, q̄ ser-  
 monē principaliter cōsiderat, aut cōgruū, ut grāmatica: aut  
 uerū, ut logica: aut ornatū, ut rhetorica. Et eadē in p̄cedēri  
 introductiōe dicta est disciplina ratiōalis. ¶ Ars autem ma

thematica, est q̄ precipuā q̄tatis determinationem agit: non quidem cuiuscunq̄: sed aut numeri ut musica & arithmetica (musica numeri harmonici: arithmetica nūeri simpliciter) aut magnitudinis ut geometria & astronomia: geometria, magnitudinis simplicit̄: astronomia, magnitudinis caelestis. Et hoc inuitur p̄ id qd̄ in arte subiūgitur in litera post diffinītionē mathematicę. Designatur em̄ q̄ quāritas, cuius determinationē agit mathematica, est uel nūerus uel magnitudo.

¶ Grammatica, est ars sermocinalis, cōgruū sermonis compositionem tradens.

Logica, ē q̄ verū à falso dijudicat: & ppriā argumētationis determinationē suscipit.

Logica, dialectica: idem.

Et hęc duę ad ceteras sciētias acgrēdas vsq̄ adeo necessariae, vt sine eis, alię minime haberi possint: p̄inde atq̄ alarū p̄sidio destituta, nō potest auis ī sublimē sustollī. His itaq̄, grāmatica dico & logica, q̄si geminis alis subnixi sint, oportet: qui ad ardua scientiarū fastigia puolare cōtēdūt. Nēpe ea de causa adminicularię dicūtur: q̄ alijs disciplinis cōsequēdis adiumētū pręstent & sint tanquā earū instrumēta.

Rhetorica, est ars sermocinalis, quę uenusta oratione persuadere docet.

Persuadere, est dicendo aliquem in suā sententiam inducere.

Et hęc tres artes sermociales simul sūptę, triuuiū dicūtur: q̄ trifido calle ī vnā metā, vtpote, sermonis cognitionem, tendant.



¶ Diffiniuntur hic tres artes sermocinales: quarum grammatica congruum ab incongruo discernit: & latine orationis contextum docet. literarum enim, syllabarum, dictionumque determinatione in hunc finem refert, ut orationem congruam latinam componat. Logica, verum a falso internoscit, & omnem argumentationis rationem modumque declarat: cetera omnia ut terminorum proprietates, propositionumque diuersas passiones ad argumentationis cognitionem ordinat. Et eadem alio nomine dialectica dicitur: non quidem capiendo dialecticam per ea parte logicae quae de locis dialecticis est, sed per tota logica. ¶ Deinde ipsi grammaticae & logicae necessitas pariter & utilitas ostenditur. Necessitas quidem, quae sine eis, aliae scientiae non possunt perfecte haberi. Utilitas uero quae earum praesidio, in ceteras scientias omnes, patet aditus. Nam per grammaticam, sermonem docet quo omnis disciplina traditur, & alteri communicatur. Logica uero, ratiocinationem, qua in omni scientiarum genere ueritas comprobatur. Quare grammaticam & logicam intertissima diligentia sibi comparare debet antequam ad ceteras perdiscendas se conferat, quae in altioribus disciplinis, perfectum & intelligentiam quaerunt. ¶ Denique rhetorica, uenustum ab inuenusto distinguit: & persuasionem docet. Est autem persuasio, cum quis dicendo, hoc est uenuste, & secundum leges rhetoricae orationem habendo, inducit alium quem in suam sententiam. Ut orator, & quisquis agit causas, tunc persuadet: cum sua oratione, iudicem, ad id quod intendit, inflexerit. ¶ Dicitur autem praedictae tres artes sermocinales simul sumptae triuium, nomine scilicet metaphorico, quasi tribus uisus in unum finem, scilicet sermonis notitiam, tendentes.

¶ Musica est ars liberalis, sonorum harmonias proportionemque diffiniens.

Arithmetica, est quae numeros, & eorum proprietates contemplatur.

Geometria, quae magnitudines.

Et sub hac, perspectiua continetur, quae circa lineam visuale, speculatur, & cetera id genus, quibus fit uisio, intenta est.

Astronomia, est quae corpora caelestia, & eorum motus speculatur.

Et haec quatuor simul acceptae, uocantur quadrivium

uū, q̄ quatuor methodis & vñs ī vnū termi  
nū, scilicet quātītatis notitiā, p̄grediātur.

¶ Diffiniūtur hic quatuor artes mathematica, quare musica cō  
sonātiās sonorū & numerū harmonicū cōsiderat. Arithmeti  
ca v̄o, numerū simpliciter, nō cōsiderādo cui⁹ rei sit, cōtēplā  
tur. Geometria, magnitudines simp̄r nō simul attēdendo in q̄  
subiecto existāt, earūq; p̄prietates docet. Sub qua cōphendit  
p̄spectiua, quē p̄cipaliter de radio uisuali (quā lineā uisualē  
dicūt) p̄tractat, & speciebus rerū uisibiliū, de uarijs speculorū  
gñibus: & sūmatim q̄ pacto fit uisio, demonstrat. Astronomia,  
magnitudines cælestes, earūq; motus & uertigines edocet.  
¶ Et hęc quatuor sciētię mathematicę simul sumptę, noīe trāslati  
tio dicūtur quadriuiū, q̄si quatuor uñs in unū finē, p̄cedētes, s. in  
quātītatis cōtēplationē. Quelibet autē earū separatim sūpra, dicit  
ars mathematica, quē ad modū unāq; sermocinaliū p̄ se sūpra  
dicitur ars sermocinalis, sed tres simul acceptę, dicūtur triuiū.

¶ Ars moralis, est ars hominū mores, quo  
bene beateq; uiuant, recte instituens.

Ars naturalis, est q̄ rerū naturaliū, humanis  
ue cōtēpamēti determinātionē sibi uēdicat.

Supernaturalis, quæ supramūdanorū, resq;  
naturales super eminentium.

Res naturales, sunt totæ substātię quæ in  
hoc mundo sensibili consistunt.

Supramundana: deus superbenedictus &  
intelligētię spiritusq; cælestes.

Ethica, est ars moralis, unūquēq; hoīem ho  
neste & secūdū uirtutem uiuere docens.

Et eadem, monastica dici potest: q̄ unū ho  
minem ad uitæ probitatem dirigat.

Oeconomica, est quæ domū, familiamq; gu  
bernandam curat.

Politica, quæ rempublicā & hominū multitudinem.

Oeconomica, familiaris, domestica: idem.

Politica, ciuilis: idem.

Et sub hac, ius canonicū (quod ecclesiasticum dirigit ordinem) & ius ciuile (quod ciuile hominū genus moderatur) cōprehēduntur.

Ius canonicum, ius pontificiū, ius diuinum, decreta.

Ius ciuile, ius cesareum, ius humanū, leges.

¶ Ars moralis, à cōponēdis hoim morib<sup>9</sup> nomē sumit. Et tripartita est: aut em̄ uni<sup>9</sup> hois mores istituit, & dicit ethica, aut multorū, unā domū & familiā cōstituētū, & uocat œconomica, aut multorū, rē publicā & ciuitatis & multitudinē cōponētū, & dicit politica. ¶ Ars naturalis, aut rerū naturalium determinatiōne agit, ut physica; aut hūanę cōplexiōis sanitatisq; ut medicina. Sūt autē res naturales, substātię cōpositę in hoc mūdo sensibili existētes: ut ignis, aer, equus, homo, & cætera quę generātur & corrūpūtur: de quibus i physica determinatiō suscipitur. ¶ Ars yō supnaturalis, supramūdanorū & res naturales dignitate supeminētū determinatiōne sibi uendicat. Sūt autē supramūdana, dignissima naturę entia, res sensibiles hoc in mūdo cōtētas pfectiōe & nobilitate lōge excedētia, ut deus semp̄ hñdicit<sup>9</sup> & spirit<sup>9</sup> angelici. ¶ Deinde tres artis moralis species diffiniūtur, & primo ethica. In cui<sup>9</sup> diffinitiōe, adiectū unū unūquęq; capit indifferēter scđm gen<sup>9</sup>, ut nō modo uiros, sed etiā mulieres i sua uniuersalitate complectat: sensusq; sit unūquęq; uirū, & unāquāq; mulierē honeste, hoc est scđm uirtutē uiuere docēs. Id em̄ in disciplinis fręqnter usu uenit, ut uocabula idifferēter scđm gen<sup>9</sup>, numerū aut psonā & familia accidētia sumant. Et eadē gręco noie, monastica dicit: quā unū hoim ad uirtutē moderat. Oeconomica autē, docet patrē familiās recte gubernare domū & familiā suā. s. uxorē, liberos, & seruos. Et latino noie dicit familiaris, à familia, uel domestica à domo regēda. Deniq; politica docet magistrat<sup>9</sup> & optimates gubernare rē publicā, regē moderari regnū, & impē

ratorē suū imperiū. Et latino noīe, ciuilib facultas siue discipli-  
na ciuilib dicit. ¶ Sub politica aut cōtinet ius canonicū qđ ec-  
clesiastici ordīs uiros dirigit, eorūq; uitā ac mores cōponit:  
decreta, sacrasq; sanctiōes, ad ecclesiasticā rē publicā moderā  
dā cōstituens. Et dicit alio noīe ius pōrificiū, qđ à summis pōti-  
fici<sup>9</sup> sit cōpositū. Præterea ius diuinū, qđ de rebus diuinis &  
sacris ptractet: postremo uulgato noīe dicunt decreta, qđ san-  
ctoꝝ patrū sint cōstitutiōes. ¶ Cōtinet insup sub politica ius  
ciuile, qđ ciuiliū, ecclesiasticę forti minime destinatoꝝ rē pu-  
blicā regit. Vocaturq; alio noīe, ius cæsareū, qđ à Cæsarib<sup>9</sup> &  
impatorib<sup>9</sup> Romanis sit cōditum. Dicit & ius humanū, qđ sit  
de reb<sup>9</sup> humanis, & ei<sup>9</sup> cōstitutiōes uulgariter leges dicunt.

¶ **Physica**, est ars, res naturales & earū mo-  
tus considerans.

**Medicina**, est quæ circa humani corporis  
sanitatem, cōtemperamentumq; insistit.

**Metaphysica**, est ars supnaturalis, quæ ex  
inferiorū scientiarū adminiculis ad cæle-  
stium contemplationem subuehit.

**Theologia** x̄o, q̄ sublimiore mō ex sacris  
eloquiis ad diuinorū cognitionē assurgit.

Oēs aut artes doctrinales suo ambitu philo-  
sophia cōplectitur, quæ definit esse pfe-  
cta rerū humanarū, diuinarūq; cognitio.

Et philosoph<sup>9</sup> dicit, qđ cōsummatā rerū hu-  
manarū diuinarūq; scientiā affecutus est.

Quo noīe, dignus Peripateticorū omniū  
iudicio, in primis habitus est Aristoteles.

¶ Diffiniuntur hic artis naturalis & supnaturalis species. &  
primo physica, qđ res naturales, earumq; mot<sup>9</sup> ut gnationem,  
corruptionem, augmētationem, diminutionē, alterationē, &  
scđm locū mutationē determinet. Deinde medicina diffinie-  
tur, qđ circa sanitatem & hoīs contemperamentum uerfetur.

Sub sanitate, egritudine & sub cōtēperamēto distēperamētū  
 cōprehēdēdo p hāc regulā. Negatio, sub affirmatione cōpre-  
 hendit, & p eam intelligit. In qua affirmatio capitur pro re  
 digniore & pfectiore: negatio uero p re min<sup>9</sup> digna, minusq;  
 pfecta, ut sanitas pfectior est, egritudo impfectior. Postea dif-  
 finit metaphysica, q̄ quāuis idē cōsideret quod theologia: nō  
 tū eodē modo, neq; eisdē medijs. Nā metaphysica ex inferio-  
 rū sciētiaz, ut liberaliū, moraliū, & naturaliū p̄sidijs ad cæle-  
 stia contēplanda pducit: ut ex magnitudine ipsius primi en-  
 tis, immēsam plenitudinē: ex multitudine, eius unitatem: ex  
 motu, eius semp fixā stabilitatē: ex tēpore, æternitatē: ex uir-  
 tutū pulchra imitatione, summā eius bonitatē. Theologia ue-  
 ro, altiore medio ex sacris literis, pphetarum oraculis, s̄ctis  
 simorū eloquijs, authoritate, ad ipsius dei & cælestiū cogni-  
 tionem tendit. Et hęc sanctissimorū apostolorū atq; ppheta-  
 scriptis est tradita. Illa uero, priorē & digne de deo sentien-  
 tiū philosophorū. Et hęc de cuiuslibet sciētije materia & noīe  
 generati adducta p̄senti introductioni sufficere putent: que  
 nihil nisi nomina sciētiaz cognoscenda, earumq; materiā  
 summatim aperiendā suscepit. Nā p̄pria unius cuiusq; sciētije,  
 exactaq; determinatio: eo in loco ubi ipsa peculiaritē tradit,  
 reqrenda est. Postremo, diffinit philosophia, q̄ in sua ratione  
 oēs artes doctrinales, scilicet liberales, morales, naturales, &  
 supnaturaes cōiuncti cōtinet: cū p se sine adiūcto sumit. Nā  
 quādo ei adiungit adiectiuū alicuius specialis sciētije: tūc ra-  
 tione adiectiōis, p illa solū sumit. ut moralis philosophia, p  
 arte morali: naturalis philosophia, pro physica: supnaturalis  
 philosophia, p metaphysica. Diffiniturq; esse pfecta cognitio  
 rez humanaz, ad denotādū disciplinas inferiores de rebus  
 humanis, & q̄ apud nos sūt, a nobisq; p̄sentium tractātes: qua-  
 les sūt artes liberales, morales & naturales. Dicit p̄terea esse  
 rez diuinaz cognitio, ppter disciplinas superiores, & de re-  
 bus diuinis determinātes. quales sunt metaphysica & theolo-  
 gia. Et philosophus, dicit q̄ ipsā philosophiā cū humanā tum  
 diuinā cōplete assecutus est. ¶ Quo qdem nomine, quāuis pri-  
 scorū sapientū multi fuerint insigniti, omnīū tū unus Aristo-  
 teles ate cæteros, huiusmodi titulo uisus est dignissimus, q̄ a-  
 lios & sciētiaz inuētione, earumq; ad omnīū utilitatē ædi-  
 tione lōge exuperauit. q̄ diuino quodā munere cōcessus est  
 mortalib<sup>9</sup>, ut eorū mētes ignoratię tenebris caligātes, clarissi-  
 mo doctrinę lumine p̄funderet, essetq; omnīū literaz studia

implectentium dux primarius. Qui solus etiam posteritati, & maxime Christianis est uisus accommodatissimus. que ipsi in literaria professione ut principem haberent: cuius doctrinam & philosophiam rationem, premissis alijs, sectarentur. nec ab re quidem. Est enim eius doctrina solida, & ueritati firmiter innixa, sine opinionum incertitudine, sine polematarum abagibus clarissima, rationibus que dissolui non possunt, firmata: breuibus uerbis copiosam sententiam comprehendens, animumque ueritatis amatorem reddens sine fluctuatione & uacillatione tranquillum. Quae omnia uix in altero quoquam usque adeo cumulata inuenias.

¶ Porro omnis ars doctrinalis, intellectum & scientiam ut precipuas partes suas continet.

Intellectus, est habitus principiorum.

Habitus, est ex assiduo usu acquisita quaequae operandi consuetudo.

Principia, sunt propositiones manifeste uerae: per quas in disciplinis aliae probantur.

Sic intellectus grammaticus, est principiorum grammaticorum habitus: & logicus logicorum. & ita de caeteris sub arte doctrinali contentis speciebus.

Scientia, est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus.

Conclusio, est quae per alias demonstrari nata est, ex principijs illata propositio.

Demonstratio, est ex principijs conclusio nem manifestans argumentatio.

¶ Ita scientia grammatica, est conclusionum grammaticarum habitus per demonstrationem grammaticam acquisitus: & logica, logicarum. Et hoc pacto deinceps per caeteras artis do-

## doctrinalis species procedendo.

¶ Quemadmodū tota argumētatio, cōtinet ātecedens, & cōsequēs, tanq̄ partes suas p̄cipuas & integrales: ita q̄libet ars doctrinalis, intellectū (q̄ est ātecedētis notitia) & sciētia (q̄ est cognitio cōsequētis) ut suas partes principales cōplectitur. Quare in analogia ipsa, tota ars est: ut tota argumētatio, intellectus ut ātecedēs, & sciētia ut cōsequens. Et qm̄ unū relatiue oppositorū eodē modo diuidit, ut reliquū: quē admodū ars doctrinalis pri<sup>o</sup> diuisa est, ita & intellectus diuidit & sciētia. Pri<sup>mū</sup> em̄ intellectus, diducit in intellectū liberalē & nō liberalē. Deinde liberalis, in intellectū sermocinalē & mathematicū. Intellect<sup>o</sup> sermocinalis, in grāmaticum, logicū, & rhetoricū. Mathematicus uero, in musicū, arithmetiū, geometricū, & astronomicū: & ita cōsequēt. Ita sciētia, diuidit in sciētia liberalē & nō liberalē. Sciētia liberalis, in sermocinalem & mathematicā. Sermocinalis, in sciētia grāmaticā, logicā, & rhetoricā: & ita p̄ cetera mēbra formulæ diuisionis in principio huius introductionis posite, p̄cedēdo. Deinde diffinitio intellectus esse habitus, hoc est firma & nō facile ab animo delibilis cognitio principiorū: ut notitia huius principij, omne totū est maius sua parte: aut huius, oīs pars est minor suo toto, firmū & tenacit̄ hērens aīo, est intellectus. Habitus aut̄, est cōsuetudo agendi aliquid, siue extrinsecū animo, siue intrinsecū, acq̄sita ex assiduo usu & exercitatione. Acq̄sīt em̄ oīs habit<sup>o</sup> ex operationib<sup>o</sup> frequent̄ iteratis. Nā sola una operatio, minime gignit habitū: ut una scriptio nō reddit quenq̄ scriptorem, nec una depictio hominē efficit pingendi peritū: quare debet habitus oīs acq̄siri frequenti usu: ut habitus pingendi assiduo pigendi usu: & habitus citharizādi, est cōsuetudo recte pulsādi citharā, acq̄sita p̄ assiduum usum. ¶ Postea diffiniuntur principia doctrinalia: quorū duplex in illa diffinitione ostendit̄, p̄prietas. Vna, q̄ sunt p̄positiones manifeste ueræ, hoc est p̄ se ipsas, & nō p̄ alias notæ: quē admodū sol p̄ se est lucidus: & ignis à se calidus. Secūda est, q̄ ipsa p̄cipia manifestāt & p̄bāt alias, p̄positiones nō à seipsis notas: sicut sol illuminat illa q̄ sua pte natura nō sunt lucida: & ignis ea calefacit q̄ de se nō sunt calida. De p̄cipijs exemplum: ut impossibile est idē esse, & simul nō esse. Quod est maius toto: etiā est maius illi<sup>o</sup> parte, & ita de alijs. Diuidunt aut̄ p̄cipia, eodē modo sicut intellectus. Nā primo aliqua sunt liberalia: alia nō liberalia. Liberalium, aliqua sunt sermocinalia, alia mathematica, Sermocina

naliū, q̄dā sunt principia grāmatica, q̄dā logica, q̄dā rhetorica, & ita de alijs. Principia grāmatica, sunt propositiones grāmaticæ manifeste ueræ: per quas in grāmatica alię phantur. Et principia logica, sunt ppositiones logicæ manifeste ueræ, p quas in logica aliæ probātur. & ita de cæteris. ¶ Postea diffinit scientia esse habitus, id est firma & nō facile mente abolibilis notitia cōclusionis, unius uel plurium: acq̄situs p demonstrationem unā uel plures. Nam uocabula in diffinitionibus indifferentē secundum numerum accipiunt. Ut habitus huius cōclusionis, terra mouet deorsum, acq̄sita p hęc uel similem demonstrationem. Omne graue mouet deorsum, terra autem est grauis, ergo terra mouetur deorsum: est scientia. ¶ Conclusio autem demonstrationis (nam ea sola hic diffinitur) duas habet cōditiones, oppositas conditionibus principiorū. Prima est: quod ipsa de se non est manifesta: sicut neq̄ aer de se est lumine clarus: neq̄ lapis de se calidus. Altera, q̄ ab alijs propositionibus, scilicet a principijs suæ ueritatis cognitionem accipit. sicut aer suscipit lumen a sole: & lapis calorem ab igne. & diuiditur prorsus eodē modo conclusio sicut scientia & ars doctrinalis. Estq̄ cōclusio grammatica: que per alias probari nata est ex principijs grammaticis illata, ppositio. Et cōclusio logica, est ppositio logica ex logicis principijs illata atq̄ probata. ¶ Demonstratio autem est tota argumentatio composita ex principijs positis in antecedente, & conclusionem quæ est cōsequens: ut hęc argumentatio. Quicquid progreditur habet pedes, cancer autem progreditur: ergo cancer habet pedes, est demonstratio: quia est argumentatio manifestans conclusionem illatam, ex principijs in antecedente assumptis. Diuiditurq̄ demonstratio in eadem penitus membra: in q̄ ars doctrinalis, secundum disciplinarū numerum & uarietatem. Et demonstratio grāmatica, est ex principijs grammaticis conclusionem grāmaticā manifestans argumentatio. & logica demonstratio, ex logicis logicam. ¶ Ex his, quid sit habitus intellectualis, & quid suarum specierum quælibet: nō difficile est deprehendere.

Habitus intellectualis, est habitus q̄ circa ueri cōsiderationē versat, intellectuq̄ perficit.



Intellectus, est animæ rationalis potentia  
qua intelligit.

Eius species sunt quinque: sciëntia, intellectus  
sapientia, ars, & prudentia.

Quid sciëntia sit & intellectus: modo, cum de par  
tibus artis doctrinalis sermo fieret, dictum est.  
Sapientia, est rerum diuinarum cognitio.

Quæ si ex humanis disciplinis ad celestia  
conscendat, metaphysica: si vero ex sacra  
tissimis & diuinitus reuelatis scripturis,  
theologia prius dicta est.

Ars, ars mechanica, quæ prius etiã diffinita est.

Prudentia, est habitus recte consultandi de iis  
quæ ab homine agenda vel fugienda sunt.

Consultare, est de dubiis & incertis a nobis  
operabilibus, quo pacto agenda sunt, per  
rationem inquirere.

Sed hæc summis (ut aiunt) labris delibata suf  
ficiant: quandoquidem exactior eorum des  
terminatio, alio loco requirenda est.

¶ Ut quis dicat habitus intellectualis: opus est in primis quod circa  
ca uerum ueretur. Quare opinio, suspicio, & error non sunt habi  
tus intellectuales secundum hanc rationem, quia plerumque sunt falsorum  
& non perficiunt intellectum, sed potius imperfectum reddunt. Hic si quis  
dicitur habitus intellectualis, per uirtute intellectualem sumitur, habitusque  
perficiens: & non generaliter, per quicumque habitum quod intellectus aliquid  
cognoscit. Versaturque habitus omnis intellectualis circa considerandum  
rationem ueri aut actiuam, ut ars & prudentia, quæ ordinantur ad agendum  
aut contemplatiuam, ut sciëntia, intellectus, & sapientia quæ sunt ad  
speculandum. Et in diffinitione habitus intellectualis, non capit in  
tellectus, per habitum principiorum, nam hoc modo est secunda ipsius spe

cies: sed p uirtute siue potētia intelligēdi, qua solus animalū, homo, prēdit<sup>9</sup> est, in qua sunt habit<sup>9</sup> intellectuales tāq̄ in subiecto. Deinde enumerātur ipsius intellectualis habit<sup>9</sup> quinque species, sub qbus aliā cōtinētur, ut sub intellectu cōtinetur intellect<sup>9</sup> grāmaticus, intellectus logicus: sub scientia, cōprehēditur grāmatica, logica & cæterę disciplinę: quę speciali noīe exp̄sā, ut eas diuisionis series cōtinet, deprehēditur esse quatuordecim, scilicet Grāmatica, Logica, Rhetorica, Musica, Arithmetica, Geometria, & Astronomia, Ethica, Oeconomica, Politica, Physica, Medicina, Metaphysica, Theologia. Ita sub arte cōtinētur oēs artes mechanicę. Ars autē doctrinalis collocat sub sciētia & intellectu cōiūctis: quā ex illis, ut suis partib<sup>9</sup>, cōponit. Ars yō gñaliter sumpta, ut est supremū in principio positę diuisionis, cōuertit cum habitu intellectuali, easdemq; species, s. has qnq; hic enumeratas, habet. Prius autē definita est sciētia & intellect<sup>9</sup>, cū fieret mētio de partib<sup>9</sup> artis doctrinalis. Quid etiā sit sapiētia, ex superiorib<sup>9</sup> satis cōstat, nā Metaphysicę & Theologię rōnē cōtinet, & ad diuersa cōsideratiōe habita, modo Metaphysica dicit<sup>9</sup>, & modo Theologia. Quarta deinde species scilicet Ars etiā diffinita est: nā ut cæteris annumerata speciebus quartū obtinet locū, p arte mechanica sumit. Postremo prudētia, diffinit esse habit<sup>9</sup> intellectualis, q̄ homo recte cōsultat & deliberat de agēdis a se ut fugiēdis. Et hic ad bene, beateq; uiuēdū perq̄ necessari<sup>9</sup> est, ostēdit em̄ quō faciēde sunt opatiōes humane: & eas ad rectitudinē dirigit: haud sec<sup>9</sup> ac oculus corpore<sup>9</sup>, pedes ad recte & sine offēstione ambulādū moderat. Cōsultare autē est ingere per ratiōnē, circūstāriarūq; actionis humane cōsideratiōnē, de duobus & incertis. Nā q̄ certa sunt ut p̄sentia, p̄terita, necessaria, nō ueniūt in cōsultatiōnē. Pręterea cōsultatio est de opabilibus a nobis, id est de his q̄ a nobis fieri possunt, si uolumus: & dimitti tridē si uolum<sup>9</sup>. Impossibiliū em̄, & eorū q̄ nō sunt in potestate nostra, nō est cōsultatio. Verū de his hacten<sup>9</sup>: nā ad morale philosophiā spectat accuratio eorū: declaratio.

### ¶ Prima regula.

Omis ars, tribus potissimū acquiritur: p̄ceptione, usu, & imitatione.  
Præceptio, est certa lex & regula, aliquid recte agere docens.

Vsus, est frequēs & assidua vnius, eiusdē  
que rei operatio.

Imitatio, est aliorū ad aliquid similiter agē  
dum æmulatio. ¶ Secūda regula.

¶ Artes doctrinales, eo maiore diligētia q̄  
mechanicę cōparādę sūt, q̄ his digniores  
habētur: animūq; suapte natura cognoscē  
di cupidū perfectiorem reddunt.

¶ Tertiā regula.

¶ Artes mechanicę, suā q̄q; materiā habēt  
& finē: quibus à se inuicē distinguūtur.

Materia artis, ē circa quā ei<sup>o</sup> opatio vsat.  
Finis artis, id est, ad quod ipsa ordinatur.

¶ Quarta regula.

¶ Artium doctrinalium, cuiq; suum est ge  
nus subiectū: quo vna ab altera discrimē  
habet, & suus author.

Genus subiectū, est quod præcipue in aliis  
qua scientia determinatur.

Genus subiectum, subiectum attributiōis,  
materia circa quam.

Author, est qui primus aliquam disciplinā  
inuenit: aut inuentam, sua opera comple  
tiorē reddidit.

¶ Prima regula intelligitur de arte quę altero docēte acq̄ri  
tur. nā quę per ppriā habetur inuentionem, præceptiōe ab al  
tero suscepta nō indiget, neq; imitatiōe: cū nullus eā artē ex  
ercuerit à q̄ p̄cepta artis accipiat, aut quē imitetur: sed solum  
regit usum. Ea v̄o quę ab altero per doctrinā suscipitur, ut  
perfecta habeatur, trib<sup>o</sup> indiget, exēpli gratia. Ars scribēdi,

primo regit certas regulas dirigētes discentē ad caracte-  
 rū literarię formationē: secūdo, usum & assiduā scriptionē:  
 tertio, imitationē, qua discēs, p uirib<sup>9</sup> nititur formare literas  
 ad similitudinē literarū docentis, q̄s tāq̄ exēplar ante oculos  
 ppositas habet, easq̄ artēti<sup>9</sup> cōsiderat, ut quātū possit, similes  
 efformet. Et horū triū, pceptio sola ab altero habetur. s. a do-  
 cente. V sus autē & imitatio, a seipō solū. Debet em̄ discens ex-  
 ercere frēq̄nter opationem, cui<sup>9</sup> artē uult assequi: neq̄ q̄cūq̄ p  
 eo id facere potest, cui<sup>9</sup> opatiōe euadat p̄optior & peritior.  
 Debet & imitari eū a q̄ discit artem, si ad illius pfectionē pue-  
 nire cōtendit: nō aliter q̄ si q̄s ad metā puenire cupit, quā ali<sup>9</sup>  
 assecut<sup>9</sup> est, debet eadē uia, p̄ficisci qua, p̄gress<sup>9</sup> est alter. ¶ Se-  
 cūda regula hortat ad diligētē operā artib<sup>9</sup> doctrinalib<sup>9</sup> cō-  
 parādis impendēdā duplici ratione. Prima, quāto aliquid di-  
 gni<sup>9</sup> est, tāto uigilātor cura ad illud obtinēdū est p̄stāda: sed  
 artes doctrinales sunt lōge digniores q̄ mechanicā, ut ex su-  
 periorib<sup>9</sup> apte cōstat: ergo maior uigilātia ad doctrinales q̄  
 mechanicas artes est adhibēda. Secūda, quāto aliqd̄ animū p-  
 fectiorē efficit, tāto maiore diligētia est q̄rendū: sed artes do-  
 ctrinales, animū lōge magis p̄ficiūt q̄ mechanicā: sūt em̄ do-  
 ctrinales ad animū: mechanicā uero ad corpus accommodatę:  
 igit̄ artes doctrinales maiore diligētia q̄ mechanicę sūt cōpa-  
 rāde. ¶ Quocirca, ingenui adolescētes, & q̄ degenerē nō estis  
 animo, nullo parcite labori, nullas uigilias recusate ad p̄rio-  
 ras animi diuitias, disciplinas dīcolib̄erales, & īgenua studia  
 & bona, gēmis & auro digniora cōsequēda. Memētote uos ip-  
 sos ad studia literarū, ut ad res p̄riosissimas mercuratū, de-  
 stinatos esse. Doctrina uobis p̄posita est cōparāda, p̄ qua la-  
 bor assiduus, & sudor exoluēdus est. Sine pecunia nō emūtur  
 opes & p̄riosę merces. Sine labore (q̄ p̄titiū est ad scienciā sibi  
 uēdicādā cōstitutū) nō acq̄rit̄ doctrina. Inq̄tati thesauri pos-  
 sessionē nolite paruipēdere: neq̄ inanes omnib<sup>9</sup> doctrinę ua-  
 cui torpescere. Quoniā ut dissipata inutilit̄ pecunia merca-  
 tor nullis cōparatis mercib<sup>9</sup>, donū reuersus, nō mediocri p-  
 bor est dignus. Ita si nihil doctrinę assecuti fueritis, cū tēpore  
 & opportunitas affuerit, p̄ditis impēsis & tēpore sine fructu  
 cōsūpto, cū sūmo dedecore, ignari, īglorij, & sera p̄nitūdi-  
 ne tristes, miserā trahetis uitā. Hęc alta mēte reponite, hęc se-  
 p̄t̄ aio puoluite, his quasi stimulis, torpentia corda ad studiū  
 excitare. ¶ Tertia regula, ostēdit q̄ artes mechanicę ab iuicē  
 distinguunt̄ p̄ duo. Primo, p̄ materiā circa q̄ uersantur, siue ex

qua earum opa fiunt, ut lanificiū, circa lanā: ars nemoraria, circa ligna: militaris, circa arma, ut istrumēta quibus exercet, interā est. Scđo, p̄ finē ad quē ordinantur: ut lanificiū, ad indumenta corporis: ars nemoraria, ad ignis, p̄ mortaliū necessitate, ut ū. Militaris ad suarū rerū defensionem: & ita per ceteras artes mechanicas p̄cedendo, ut hęc figura ostendit.

Artes mechan.	Earum materiæ	Earum fines.
Lanificium	Lana	Indumētū corpo.
Nemoraria	Arbores & lign.	Vsus ignis
Militaris	Arma & bella	Suarū rerū defēsiō
Nautica	Naui & uela	Alimētū & merca.
Agricultura	Agri & segetes	Nutrimētū homin
Medicina	Vulnera	Sanatio hominis
Ars fabrilis	Ferrū & ligna	Habitatio hoim.

¶ Quarta regula ostēdit unāquāq; artem doctrinalē habere propriā, quā determinat, materiā, qua ab alijs differt: pariter & authorem suum, a quo inuēta, aut cōsummatior facta fuerit, ut hęc figura monstrat.

Sciētiarū noia	Subiecta attribū.	Earum auctores
Grammatica	Sermo latinus	Priticianus
Logica	Argumentatio	Aristoteles
Rhetorica	Oratio psuadēs	Cicero
Musica	Nūer <sup>o</sup> harmōic <sup>o</sup>	Boetius
Arithmetica	Numerus	Pythagoras
Geometria	Magnitudo	Euclides
Astronomia	Magnitudo cæle.	Ptolemæus
Ethica	Bonum hominis	Aristoteles
Oeconomica	Bonum domus	Aristoteles
Politica	Bonū reipublicæ	Aristoteles
Phyica	Res naturalis	Aristoteles
Medicina	Bonū corporis hūa.	Hippocrates
Metaphysica	Primum ens	Aristoteles
Theologia	De <sup>o</sup> sup̄n̄dictus	Prophe. & aposto.

¶ Est autem subiectū attributionis, scientiæ circa quod principaliter scientia uersatur, ut grāmatica, præcipue considerat sermonem latinū: & logica, argumentationē: quare sermo latinus, grāmaticæ, & argumentatio logicæ subiectū est. Et alio nomine uocatur genus, subiectum, siue materia circum quam. Author autem dicitur, qui scientiam aliquā inuenit, ut Aristoteles logicā: aut scriptis suis perfectiorem reddit, ut Cicero rhetoricam.

¶ Quinta regula.

¶ Artes sermociales, præsertim grāmatica & logica, quæ cæteris scientiis habendis apud prime conducunt: ante alias summo conamine uindicandæ sunt.

¶ Sexta.

¶ Artes mathematicæ, acumen intellectui, & differendi celeritatē afferunt: ad aliasque disciplinas cum humanas tum diuinas, & necessariæ & utiles sunt.

¶ Septima.

¶ Cū nō min⁹ uirtute quæ scientiis instituendus sit animus: moralis philosophiæ studiū ad mores componendos in primis est necessarium, summopereque expetendum.

¶ Octaua.

¶ Philosophia naturalis, necnō ceteræ disciplinæ inferiores, ad metaphysicas contemplationes uiam pandunt, aditumque ministrant.

¶ Nona.

¶ Metaphysica omnium scientiarum meta est &

finis ultimus: ad quam, vt ad summū philosophiæ apicē, ceteræ omnes miro quodam decore ordinantur.

¶ Quinta regula artium sermocinalium, præsertim græmaticæ & logicæ necessitatē declarat simul & utilitatē: quæ etiā post diffinitionē logicæ prius ostēsa est. Monetq; ambas intētissimā cura haberi debere, antequā ad alias scientias pcedatur.

¶ Sexta regula, triplicē cōmoditatē artium mathematicarum ostēdit. Prima est, quod reddūt intellectū acutū & pspicacem in dispiciēda ueritate: & ad rectā intelligentiā, sine lapsū in ceteris habēdā, plurimū iuuāt. Scda est, quod intellectui pstat celeritatē demonstrādi, & prōprietudinē ostēdēdi cuiusuis ppositionis ueritatē. Qui em̄ in mathematicis demonstratiōibus, quæ certissimæ sunt & ordinatissimæ, fuerit prōptus: in omni disciplina, ad aliquid demonstratiōe cōprobandū, erit apertissimus. Tertia est, quod ad ceteras sciētias sunt necessariæ & utiles. Necessariæ quidē: quod sine illis nō possunt aliæ posteriores, ut physica, moralis philosophia, & metaphysica acquiri. Viles uero: quod earū præsidio aliæ facile habentur. Quare ab his, quos pulchra literarū studia delectāt, minime prætermitti aut negligi debēt.

¶ Verū cū reliquæ scientiæ iactura, hoc quoq; uulnus bonis literis illatum est: quod scientiæ mathematicæ apud plerōsq; nūc in nullo sunt pretio, tanq; penitus inuiles & nullius momenti relinquūtur: putaturq; earū studiū superuacū prorsus, nullamq; afferre cultoribus suis utilitatem. Et quod dolentius dicendum est, certissima earum principia à quibusdam negantur: qui cū sibi tum ceteris uiam doctrinæ sapiunt, ocluduntq; fores, quibus ad eandē sit ingressus. Hinc eō deuentū est, ut loco seriæ disciplinæ, inania pene agitētur & captiosa quædā parū fructus, detrimēt plurimū ad ueritatē ipsam cognoscēdā, afferētia. Multi etiā disciplinas mathematicas uenerātur & amāt. Vtinā felicitate redirent tēpora, & illæ literarū studiosis maiori essent cura: nam tū primum cū curæ habentur, earū explorata est dignitas & utilitas.

¶ Septima regula, philosophiā moralem, eiusq; studium cōmendat, nec immerito: nā uirtus sine scientia, datur laudi, & prodest: scientia uero sine uirtute, nō modo nō prodest, uerū etiā nocet, & grauiorem de decoris notā infert. Maiore siquidem uituperio dignus est, qui quid agendū sit, nouit, & tamen nō facit: q̄ eorū quæ agenda sunt, igna

rus. Igitur sciētia, uirtuti, sciētiæq; uirtus cōiungenda est, ad cōsummatā animi perfectionē adipiscendā. Ad quod moralis philosophiæ studiū mirū in modū cōducit. Nā ipsa docet quo pacto honeste uiuendū est, uirtutūq; officia peragenda sint. ¶ Quod ut cupidissime amplectātur adolescētes, admo- neo: non solum ut sciānt, uerū etiā ut cū sciuerint, operentur: meminerintq; se nō sciētiæ cōparandæ gratia dūtaxat de- sudare debere, sed & uirtutis: quæ sola suo officio beatos effi- cit hoīes. Nō iraq; apud ipsos de moribus ultima fiat quæstio, sed prima, si se sciētia dignos haberi uelint, & ab hoīm lite- ratōrū cōsortio non excludendos. ¶ Octaua & nona regula, ordinationē philosophiæ naturalis & cæterarū inferiorū ad metaphysicā edisserit. Sane quēadmodū in gradu sursum tē- dente, gradus infimus & intermedij oēs ordinātur ad supre- mū, ad quē etiā ascensum præstāt: sic & infimæ & intermedię oēs disciplinæ citra metaphysicā numeratæ, ad ipsam meta- physicā, ut supremā omniū, ordinātur, prestantq; illi acquirē- dæ præsidij. Cæterū, supra metaphysicā, nō est ulterius cō- scendendū: sicut neq; supra supremū gradum. Et ergo meta- physica, supremus philosophiæ apex dicitur.

#### ¶ Decima regula.

Cum expedita quicūq; agendi, nisi parto iā habitu, non assit facilitas: adolescētes eorū quæ discunt habitū sibi formare pro vi- ribus contendant.

#### ¶ Undecima regula.

Nō in opinionū inter se dissidētijū varieta- te & incertitudine sciētia esse existimet; sed in unica, certa, sibiq; cōstante (quā res- ctę disciplinę docent) uarietate.

#### ¶ Duodecima regula.

Non item argutijs sophisticis (quæ ad con- trahendum ueritati inaniter excogitan- tur) sciētia comparari existimetur: sed



demonstratione, aliave recta argumen-  
tatione quæ ex manifestioribus minus  
manifesta comprobet.

¶ Decima regula, monet eos que scire expedite uolum<sup>9</sup>, ha-  
bitū esse cōparandū: qm̄ sine habitu, nihil p̄opte & cū facilita-  
te quies libet facere possumus. Nō em̄ scribēdi cuiquā est p̄o-  
p̄tudo, nisi scribēdi habitū habuerit. neq; depingēdi imagi-  
nē, nisi artis pictoriæ habit<sup>9</sup> sibi cōparat<sup>9</sup> fuerit. neq; qs faci-  
le & recte citharā pulsar, nisi acq̄sro citharā tāgēdi habitu.  
Ita neq; p̄opte qs argumētabitur, aut disseret, si cōsuetudinē  
argumētandi nō cōquisierit. ¶ Ad habitū aut acquirēdū, duo  
requirūtur. Primū, q̄ frequēter fiāt opationes illæ ex q̄bus na-  
scetur habitus: nā unica opatio nō sufficit ad eius acq̄sitionē.  
Quod Baptista Māruanus elegantē hoc carmine annotauit.  
Ver non una dies, non una reducit hirundo.

Sic neq; solertes breuis experientia rerum  
Fert animos, uigilans prudentia surgit ab usu  
Multipliei, sicut de mille coloribus iris.

¶ Secundū est q̄ illæ opationes cōsimiliter fiant, & posterior  
res nō diuerso modo peragātur à priorib<sup>9</sup>: qm̄ si fuerint diffi-  
miles, nō perficiēt habitū, sed cōfundent: sicut albedini addit<sup>9</sup>  
alius color, item & alius eam nō reddit intēriore, sed alijs co-  
lorib<sup>9</sup> p̄mixtā. Itaq; ad aliqd̄ firmis memoria tenendū (id em̄  
solū se qs scire existimet, qd̄ memori fixū est aio) debet illd̄  
bis, item & ter, frequētiq; repetitione resumī, eodē penit<sup>9</sup> mo-  
do postterius quo prius, sine mutatione ordinis, sine unius di-  
stionis, p̄ alia cōmutatiōe, imō uero sine literarū aut syllaba-  
rū euariatiōe: & tū primū firm<sup>9</sup> nascet habit<sup>9</sup>, haud facile ab-  
olēdus aio. ¶ Undecima regula, ostēdit in q̄ uera cōsistit sciētia:  
cōparatq; opinionē ad solidā doctrinarū ueritatē tripliciter.  
primo, q̄a opinionones sunt inter se repugnātes & oppositę. Qd̄  
em̄ una cōcedit, negat altera. Et hoc ipso argumēto ostēdunt  
se à ueritate lōge semotas esse, quæ est sibi constās, & cōcors.  
Nā ut inq̄ Aristoteles, uerū uero cōsonat: falsum aut & à uer-  
ro & à falso discrepat. Hinc sp̄icuū est ut plurimū opinionones  
falsas esse & ueritati minime cohærere. Atqui in falsitate nō  
cōsistit sciētia, quæ est cōclusionis uerę & necessariæ habitus,  
igitur nō querēda est scientia in opinionū cōtrarietate. Secū-  
do, q̄a opinionones sunt uariæ, & plurimū inter se diuersę. Nam  
ferē una ab alia, etiā circa eandē materiā, q̄quo pacto euariat,

ut uix duæ oïno cōueniāt. Veritas aut̄ doctrinarum est unica sicut unū cū est circuli centrū, & id circo in p̄fectiōe est cū ad unitatē tendat. Opiniōes aut̄, ad imp̄fectiōnē labunt: q̄a semp̄ in maiorē crescunt multitudinē. Ver̄: sicut Geometrię imperiti, uerū circuli centrū assignare nesciētes diuersa assignāt in circulo puncta, quisq; suū, qđ dicit esse centrū, sicq; unius circuli plura designāt centra, quorū nullū est uerū, nisi fortasse casu q̄sq̄uā, id ignorās, cum uero cētro coinciderit: itaq; ip̄am doctrinā unicā ueritatē amplecti nequeunt, diuersi diuersa assignant inter se oïno uaria, quorū unusq;sq; suā assertiōnē dicit esse ipsam ueritatē, nulla tñ earū cum ueritate cōspirat, nisi q̄s in rectā ipsius determinationem casu inciderit. Hinc uaria Aristotelis sunt interpretamenta, fr̄q̄ntius ab ei⁹ intentione diffidētia, & ipsius dicta in diuersam trahunt sententiā plerūq; menti eius repugnāt em. Tertio, q̄a opinionēs sunt incertæ. Est em̄ opinio, alicuius cum incertitudine credulitas. Veritas autē, scientiā est certissima, oīs penit⁹ ambiguitatis expers. Itaq; sciētia (quę certa est cōclusiōis cognitio) nullum cum opinione habet cōmercium, sed cum solida tantū, quā ostendit, ueritate. ¶ Duodecima regula, ostendit q̄ modo acq̄ritur scientia, eiusq; acq̄rendæ potissimū declarat instrumentū, s. argumentationē. Nō qđem sophisticā, quę disciplinā currentiū est & pene uulgariū, parū ad ueras scientias assequēdas cōducens. Nā ferē semp̄, aut uerum nititur, p̄bare esse falsum, aut falsum ostendere esse uerū. Et ex multiplicitate dictiōis uel orationis, aut mala argumentatiōe, aut nō recta applicatiōe p̄positionū doctrinaliū duntaxat habet uim, atq; p̄ rectā solutionē fit inualida. Sed sciētia cōparatur per argumentationem doctrinalem, quæ est p̄positiōis ueræ, sed incognitę p̄notiorem manifestatio. Et hanc potissimū curāt rectę disciplinæ, eamq; in primis logica cōsiderat. Et ei⁹ officiū est uerum, p̄bare, & falsum refellere. Hęc rectā argumentandi formā seruat, fallaciā omnem detestatur, & refugit: uerū assumit, & ex eo uerum cōcludit. q̄ si interdū assumat falsum aut cōcludat, id facit ut ex interemptione falsi cum cōclusi tum assumpti, uerum cōprobet. Deniq; hęc adeo est efficax & tantæ uirtutis, ut nulla solutione infirmari aut dilui queat. Et rāto est argumentatiōe sophistica dignior, quanto oratio grammatica, elegās & uenusta p̄fectior est oratione quæ barbarisimi aut solæcisimi habet uitium. Quam haud secus amplecti debent, qui ueram quærunt scientiam,

## A

¶ qui grammaticus euadere cupit, orationem latinam, barbarismo aut solæcismo non uitatam.

## ¶ Decimatertia regula.

Argumentationū sophisticarū captionibus & modis adolēscētes (ut aliorum arguētias euītare, malāq; à recta argumentatione secernere possint) principio exercendi sunt: & interea ad ratiocinationis doctrinalis rectitudinem semper amplectēdam inducendi.

## ¶ Decimaquarta regula.

Principia scientiarū, uera esse supponenda sunt: neq; quoquo pacto requirenda est causa, per quam ueritatis eorū cōstet certitudo.

## ¶ Decimaquinta regula.

Etsi conclusiones scientiarū, anteq̄ ex principiis suam cognitionem acceperint, dubitabiles sunt: ubi tamen demonstratę fuerint, tanta certitudine uerę esse credēdę sunt, ut nullo modo à ueritatis suę firmitudine decidere possint.

## ¶ Decimasexta regula.

In principiis & conclusionibus scientiarū, quinimo in omnibus propositionibus ad disciplinas pertinentibus uerba, nullam temporis rationem aut actum importāt: sed absoluuntur à tempore, aptitudinemq; significant.

¶ Quāuis præcedens regula dixerit argumentatiōe sophistica sciētiā minime acq̄ri, nihilomin⁹ hæc decimatertia ostendit adolescentēs esse imbuendos arte sophistica duab⁹ de causis. ¶ Prīa, ut cognoscentes sophisticū argumētādī modū, sibi caueāt ne ab alijs circūueniant, sophisticas rōnes obijciētib⁹, sed prōptitudinē ad eas respōdendi, recte solue di, & defendē de ueritatis cōtra sophisticas calūnias habeāt. Nō em̄ malum euitatur nisi cognitū. Vt nō uitabit grāmaticus solēcismū, nisi cognouerit quomodo solēcism⁹, & qñ cōmittitur. Neq̄ uitabit auis laqueos, aut isidias uiator, ubi eas nō dēphēderit. ¶ Secūda causa est, ut per cognitiōē artis sophisticę uerā argumētationē ab apparēte internoscere possint adolescentēs. Qui em̄ discrimen inter aliqua duo differētiāq̄ ponere uult, ut eorū utrunq̄ cognoscat necesse est. Non em̄ adulterina numismata à ueris discernet, q̄ ea nō cognoscit: neq̄ herbam noxiā à salubri internoscere poterit, q̄ hāc & illā nō agnouerit. Ita neq̄ apparēte argumētationem à uera distinguet, q̄ illius naturā & cōditionē ignorat. Nō tñ sophisticis argutis semper imorādum est, sed paulatim ab illis auocādus animus, & ad doctrinalē argumētationē cōuertendus: quę tātō pluris q̄ altera faciēda est, quātō plus efficacitæ & roboris habet ad uerum ostendēdū, & falsum improbādum. ¶ Decimaquarta regula, monet principiorū nō esse querēdā causam ppter quā uera sunt, q̄a sunt primę causę. Vt in logica, nō est interrogādum quare oēm ppositionem aut uerā aut falsam esse necesse est, aut quare impossibile est eandem ppositionem simul esse uerā & falsam. nā utrunq̄ principium est. Et q̄a diuisiones sciētiarū & diffinitionēs, sunt earum principia, an authorū diffinitionēs recte sint assignatę aut diuisiones sufficientes, minime per cōtandū est, sed id sine alicuius phatiōis testimonio supponēdum. ¶ Decimaquinta regula, dicit cōclusiones sciētiarum, anteq̄ demōstrentur, dubitari posse. Verū, ubi demōstratę sunt, eas uerissimas & certissimas credi, haberiq̄ debere. Vt anteq̄ hæc ppositio est demōstrata in logica, Si alicuius cōsequentię antecedens est necessariū, & eius cōsequens itidem est necessariū, ipsa potest, imò debet dubitari. At cum fuerit demōstrata, ois eius tolli debet ābiguitas, & firma ueritatis ei⁹ certitudo haberi. ¶ Decima sexta regula, docet in diuisionib⁹, diffinitionib⁹, principijs, cōclusionib⁹, ceterisq̄ ppositionib⁹ disciplinarū uerba absolui à tpe, & importare aptitudinem. Et cū logic⁹ dicit, Supiora de suis inferioribus uniuersa

saliter uerificantur: non id de actuali uerificatione intelligē  
dū est, sed quod nata sint uerificari. Et cum physicus asserit,  
omne graue moueri deorsum: non de motu actuali intelligit  
sed de eo qui fieri natus est. Sensusque est, omne graue, natū  
est moueri deorsum. ¶ Et hæ tres regulæ etiā alijs locis possi  
tæ sunt. Verum quia restarum disciplinarum uiam ingredi  
uolentibus, mirum in modum unæ necessariæ: & operæ præ  
tium est ut eas sibi persuasas habeant, qui primum promouēt  
pedem ad scientiarum acquisitionem: id circo non superfluum  
existimari debet eas hic repetitas esse: q̄ tenacius & firmitus  
animis discipulorum figantur.  
Introductionis de artium, scientiarumque diuisione, necnō  
explanationum illi annexarum, finis.

¶ Ioannes Bibaucius ad lectores.

Quem doctrina iuuat, cui uera scientia curæ est,

Hoc legat, & facili mente reuoluat opus.

Quod duo concludens uno compendia libro:

In quæ diuiditur terminus, arsque, docet.

Fundamenta locat logicæ prior: altera cunctas

Pars artis species, ordine quancq̄ refert.

Litera grammaticæ primū est: ita terminus artis

Principium logicæ, pandit & eius iter.

Si cæco oclusum lateat uelamine quicquam,

Ambages omnis addita scripta mouent.

Lata igitur iuuenes hunc sumite fronte libellum,

Quæ data sunt ultero, spernere dona, nefas.

¶ Iacobus Stapulensis, Theobaldo paruo,  
& Aegidio Insulensi, in studio philoso  
phiæ commilitonibus.



Ecollektæ uix sunt charissimiam  
ci nō nullæ introductiunculæ, quas  
olim nonnullis prorsus adhuc rui  
dibus philosophiæ tyrunculis tra  
dideram: ut eorum mens, quasi fa  
cili quodam præmissio uiatice, cū

ad currentes & (ut ita dixerim) uulgares, tum ad nitidiores authorum disciplinas præpararetur. Gotica enim illa dudum latinorum literis illata plaga, bonæ literæ omnes nescio quid Goticum passæ sunt: haud secus ac Ouidius seipsum aliquid uitij inter barbaros Getas contraxisse, ita conqueritur,

Si quis in hac ipsum terra posuisset Homerum,  
Esset (crede mihi) factus & ille Getes.

Ita temporum iniuria factum est, & facilis hic debetur ueniæ locus, qui ad hæc pro temporum cõditione introduximus. nam si qui ad Belgas itarem aut Sycambros: minus docti illis uiderentur, nisi quid Belgicũ saperent aut Sycambrum. ut ergo quæ ad peregrinas, uulgaresq; literas pertineant, agnoscatis: hæc in primis esse cognoscite, Suppositiones, Ampliationes, Restrictiones, Appellationes, Exponibilia, Insolubilia, Obligationes. & proinde hæc a philosophia reiecta putentur, & momentum nullum habere, nisi adeo exiguum. neq; suas regulas ad ueram logicam, neq; ad ueram philosophiam esse trahendas, alioquin qui secus faciet, rem indignam faciet, sed sophismatis sunt consentanea: quæ cum in cute quid promierant, nihil intus habent, quo id quod promittunt, exhibeât. aperte enim loquor, neq; uos, neq; alium quemquam fallere uolens. In alijs autem introductionibus cognoscere promptum erit, quæ pro huiusmodi exoticis disciplinis erunt adiuncta: quæ tamen qui ignorant, nostra tempestate censentur ignari. Illas ergo recognoscite, addite, aut pro arbitrio subtrahite. & si quid utilitatis in ipsis cognoscitis, atq; ita uobis conducere uiderur, sic quidem a uobis recogniteas honestis adolescentibus, & eorum utilitati, qui uestro subsunt moderamini, committite, atq; recte ualete.

¶ Iudocus Clichtoueus Neoportuensis, Carolo Bouillo, bonarum literarum amantissimo.



Aristotelis in Ethicis sententia est, doctissime Carole, in tradendis disciplinis primum rudi minerua audientium animos esse preparandos, postea exactiore doctrina diligenter excolendos: ceu pictores faciunt, primum rudē effigiem protrahentes: quam deinde superpingendo expolitam reddunt. Hinc artes introductorię acquirendis scientiis cognoscuntur utilissimę: quibus tenera ingenia ad solidiorę eorum cibum quasi lacteo quodam pralibamēto disponantur. Nempe in eis plurimum artis & doctrinę cum multa facilitate, breuitateq; continetur: quandoquidem, diuisiones, diffinitiones, & regulę (quibus potissimum introductiones traduntur) se statim intellectui manifestas offerunt. Ceterum, ars hęc quam seruant, latēior est & occultior q̄ ut a quouis primo mētis obtutu deprehendatur: nec eam sane facile est p̄spicere, nisi a quoquam ipsam callēte reclusa fuerit, haud secus ac uia ignarus, meram (quo tamen facilis perducit semita) pertingere nequit, nisi altero dirigente, per monstratum callem incedat. Proinde operę pretium duxi istas in logicā introductiones familiari commētarario patentiores efficere: quo & clarius intelligantur, & pulchrioribus authorum disciplinis, præsertim logicę, cæterarum omnium parenti, consequendę præfidiū afferant. Demonstrationes propositionibus eas requirentibus adieci (tamen si introductionum officio maiores sint) ut a prima literarū philosophicarū institutione, adolēcentes demonstrandi cōsuetudinem trahant: quę ad altiores scientias ascendendi uiam parat: necnō ut quęta in tota logica rectarum argumentationum certitudo sit, & demonstrandi uis, ex hac eius

portiuuncula cōiectent: perinde atq; ex riuulo, exuberā  
tissimi fluminis dulcedinē, & ex subrutilo luminis fal  
gore, eādidissima lucis claritatē deprehendimus. Nu  
meri superiores cōmentarij, indici tabulæq; cuiusq; in  
troductionis respōdent: inferiores uero, literæ & tex  
tui quorū hi inercisi sunt: illi uero naturali serie con  
tinui. Hunc autē meum laborē tibi dulcissime Carole  
exhibitū, oblaumq; uolui: ut ex eo meam in te bene  
uolentiam, propter commune philosophiæ studium  
(quod magnā iam pridē necessitudine nos mutuo de  
uinxit) contractā cognoscas: & bonarum artium stu  
diosis adolescentibus, qui tuis regūtur auspicijs, eum  
communices: a quibus idem in ceteros nostræ lucu  
bratiunculæ (si qua est) transferatur utilitas. Vale.

¶ Introductiones sunt hæ,

Ars suppositionum	1	In secundum priorum	7
Ars prædicabilium	2	In librum posteriorum	8
Ars diuisionum	3	Ars locorum	9
Ars prædicamentorum	4	Ars fallaciarum	10
In librū de enūiatione	5	Ars obligationum	11
Ars syllogismorum	6	Ars insolubilium	12

¶ Iacobi Fabri Stapulensis artificiales nō  
nullæ Introductiones, per Iudocum Clich  
toueum in vnum diligenter collectæ, fami  
liariq; commentario per eundē declaratæ.

¶ Ars suppositionum.

¶ Suppositio,	Propria.
Materialis.	Impropria.
Personalis.	¶ Propria,
¶ Personalis,	Naturalis.
Absoluta.	Accidentalis.
Respectiua.	¶ Accidentalis,



¶ Absoluta,	Communis.
Discreta.	Confusa tantum.
¶ Communis,	Cōfusa distributiva:
Determinata.	¶ Cōfusa distributiva,
Confusa.	Pro singulis generib⁹.
¶ Confusa,	Pro generib⁹ singularib⁹.
¶ Suppositio, est acceptio termini in pro-	
positione pro aliquo vel aliquibus: de quo	
vel de quibus huiusmodi terminus verifi-	
catur, mediante copula suæ propositionis.	
¶ Verificari, est vere & affirmatiue præ-	
dicari.	

¶ Cū tria sint oīs acqrendæ disciplinæ instrumēta: diuisio, diffinitio, & ratiocinatio. Diuisio quæ, q̄ determinatur in partes distribuēs: & ex cōmuniōrib⁹ ad inferiora descēdēs. Diffinitio, ppriā cuiusq; rationē, & qd̄ ipsū sit, explicās. Ratiocinatio uero, ex notiorib⁹ minus nota cōprobans. Et introductiones ad disciplinas facilius intelligēdas aditū p̄stēt: q̄ illic diffuse tradunt breuius p̄stringētes: ipsæ quoq; trib⁹ p̄cipue ut instrumētis utūtur, diuisione, diffinitione, & regulis. Diuisio, quæ cōsp̄ in introductione cognitu digna sunt in unā formulā certa serie colligit frōri eius p̄fixā: in qua dictiones, quarū p̄minēt & extāt in margine literę capitales, diuisa sunt: q̄ uero illis subūt, interiores, & à marginis extremitate seifectiores: mēbra sūt diuidētia. Diffinitiones, q̄ cumq; prius diuisa fuerūt: & eodē qd̄ ordine seruato manifestāt, & subiectæ materiæ, pprias uocabulorū acceptiones clara descriptione dilucidāt. Ad quas & interpretationes reducunt, q̄ si quod nō mē obscurū occurrerit, clariōri nomine uel oratione declarāt. Et hæc facile dignoscunt p̄ particulā idē, calci interpretationis adiectā. Est em̄ ea interpretationis nota, in dū qd̄ exp̄ssa, in dū uero sup̄p̄ssa. Regulę aut̄, argumētationū locū tenētes, q̄ in disciplinis generaliora sūt, succincte cōplectunt eodē p̄nitus ordine, q̄ diuisiones & diffinitiones digestæ & numeris adiectis anōtata. In primę aut̄ introductionis (q̄ sup̄p̄ssa

tionū est) diuisione, suppositio in supremo loco collocat: q̄  
hui⁹ artis primū sit, supra q̄ nihil hic q̄rēdū est. Et prio diui  
dit in materialē & psonalē. Deinde psonalis, in psonalē abso  
lutā, & respectiuā. Debet em̄ diuisū scām artē diuisionū resu  
mi cū mēbris diuidentibus, q̄uis in formula diuisionis, ad ui  
tādā plixiratē, nō exprimitur. Absoluta, diuidit in absolutā  
ppriā, & impropriā, & ita cōsequēter p̄grediendo donec ad  
cōfusam & distributiūā p̄tū fuerit: q̄ deducitur in cōfusam  
& distributiūā p̄ singulis generū, & p̄ generibus singulorū:  
& hic diuisionis status est. Sunt em̄ hęc p̄sentis artis ultima  
mēbra: infra quæ, nulla in disciplinis quærenda sunt.



Ost formulā diuisionis, diffinitio suppo  
sitiōis ponit: in q̄ acceptio termini pria  
eius particula, q̄nis locū obtinet: desi  
gnās terminis solū suppositionē cōueni  
re, nō p̄positionib⁹. Nullus em̄ recte di  
xerit p̄positionem, homo est aīal, hō est  
sedēs, supponere. Non tñ q̄buslibet, & q̄  
cūq; loco positus terminis, suppositio cō  
uenit: sed solū in p̄positiōe. Nā p̄ se, & extra p̄positionē posi  
ti termini, ut hō, aīal, nō supponūt. Terminorū aut supponētū  
aliqui p̄ aliq̄ accipiūtur & p̄ uno supposito: ut Sortes est se  
dēs, hō est ambulās, Athēnꝝ urbs fuit Grēcīe. Alij uero p̄ ali  
q̄bus & pluribus suppositis: ut ppl⁹ est multus, hoies sunt aīas  
lia. Qui p̄ aliq̄ supponūt: de illo mediante copula suę p̄posi  
tiōis uerificātur. qui uero p̄ aliq̄bus accipiūtur: de illis itidē  
mediāte suę p̄positiōis copula uerificātur. Siquidē uerifica  
tio, signū quoddā est q̄ terminus supponere apte cōprobat.  
Est aut uerificatio, p̄dicati de subiecto uera & affirmatiua  
enūtiatio. Et ea q̄ suppositionē p̄bat, hoc pacto formāda est.  
Primo capiēdo, p̄nomen hic, hęc, hoc, aut simile, demōstrans  
id p̄ quo datus terminus supponit: & subiecti loco collocādū.  
Secūdo, copula p̄positiōis termini supponētis, sumenda est p̄  
copula uerificationis, Tertio, terminus datus, cui⁹ suppositio  
ingritur, p̄ p̄dicato ponēdus est ipsius p̄positiōis in qua sit  
uerificatio: quo cūq; extremi loco in priori p̄positiōe positus  
fuerit. Exēpli gratia: sit data p̄positio, homo est aīal, ei⁹ subie  
ctū homo supponit, q̄a accipit in p̄positiōe p̄ aliq̄ uel aliquibus,  
de quo uel de q̄bus idem termin⁹ uerificatur: hoc est nat⁹ est  
uerificari mediāte copula suę p̄positiōis. Et fit hoc pacto ue  
rificatio, demōstrato Sorte, hoc est homo. Et p̄dicati suppo  
E

nētis sic fit uerificatio: demōstrato Sorte, aut quouis alio ani  
 mali: hoc est aīal. Cū autē huiusmodi uerificatio fieri apte nō  
 potest, tēminus nō supponit: ut huius ppositiōnis, Adā est ui  
 uēs, subiectū nō supponit, quolibet em, quod est demōstrato:  
 nō est uerē dicere, hoc est Adā. Et uerificat terminus suppo  
 nēs de pnomine demōstratio ut subiecto & extremo uerifi  
 cationis: de eo uero quod tali pnomine demōstrat etiā uerifi  
 cat, ut re & significato subiecti, quo modo dicibilia de rebus  
 p̄dicari recte cōcedunt. Copula autē ppositiōnis termini sup  
 ponētis seruāda est eadē in uerificatione: nō qdē secūdu quali  
 tatē. Nā ppositiōnū negatiuā: extrema, mediāte copula af  
 firmatiua uerificari debēt, ut affirmatiuā: alioquin nō esset  
 uerificatio, ut huius ppositiōnis, nullus equus est lapis, sic fit  
 subiecti uerificatio, hoc est equus: & p̄dicati, hoc est lapis, sed  
 eadē penes tēporis rationē: ut æq̄ ample & strictē sumat in  
 uerificatione sicut in ppositiōe termini supponētis: quod po  
 sterior magis ostēdet. Sūm opere autē id unū obseruādū est: q̄  
 terminus supponēs uniuersaliē acceptus, in uerificatione acci  
 piat particulariter: ut si sit data ppositiō, omne aīal est sub  
 stātia: nō ita faciēda est subiecti uerificatio, demōstrato Sor  
 te, hoc est omne aīal. Nā inepta est ppositiō, cuius p̄dicato si  
 gnūm, uniuersale addit, nedū falsa: sed hoc homo, hoc est aīal.  
 Proinde, si in ppositiōe termini supponētis copula determi  
 netur modo uniuersali, necesse aut impossibile: in uerificatio  
 ne addēdus est copulæ modus possibile aut æquiuales. ut oīs  
 homo impossibiliter est lapis, subiectū sic uerificat demōstra  
 to Sorte, hoc possibiliter est homo. Et p̄dicatum hoc modo,  
 demōstrato quocunq; lapide: hoc possibiliter est lapis. Si autē  
 terminus supponēs est obliquus ut uerificetur, in rectum mu  
 tādus est, ut piscis est in flumine, ablatius flumine supponit:  
 & sic uerificatur: hoc (demōstrato quouis fluuiō) est flumen.

¶ Suppositio materialis, est suppositio ter  
 mini pro suo significato non ultimato, ut  
 pro uoce, scriptura, uel conceptu.

¶ Significatū nō ultimātū, est uox, scriptu  
 ra uel cōcept⁹, quē nō ex impositiōe, aut  
 naturaliter proprie significat terminus.

¶ Suppositio p̄sonalis, est suppositio termi

- ni pro suo significato ultimato.
- ¶ Significatum ultimatum, est quod ex impositione aut naturaliter proprie significat terminus.
- ¶ Suppositio absoluta, est suppositio termini non relativi grammaticaliter.
- ¶ Suppositio respectiva, est suppositio relativi grammaticalis.
- ¶ Relativa grammaticalia sunt: qui, que, quod, ille, ipse, is, idem, suus, & sui.
- ¶ Suppositio propria, est suppositio termini non metaphorice accepti.
- ¶ Suppositio impropria, est suppositio termini metaphorice accepti.
- ¶ Pro suppositione materiali & personali dignoscenda, precognoscere oportet duplex esse significatum termini: ultimum scilicet & non ultimum. ¶ Significatum ultimum, est significatum quod ex impositione, aut naturaliter, proprie significat terminus. Ex impositione quidem, ut significatum uocis aut scripture. Naturaliter, proprie uero, ut conceptus ultimi. Est autem naturaliter, proprie significare aliquid, ipsi esse naturale signum, naturale quod similitudinem, ut conceptus est naturalis similitudo eorum que representat. Sicut enim imago in speculo naturaliter representat id cuius est imago: ita naturalis similitudo rei in mente, conceptusque ultimus, id cuius est similitudo, ut notio Sortis, Sortis: & hominis, hominem representat. ¶ Significatum autem non ultimum, tres sub distinctione particulas in sua definitionis principio continet, quarum singule ad sequentem definitionis particulam referende sunt. Primo, Significatum non ultimum, est uox quam neque ex impositione, neque naturaliter proprie significat terminus, ut propositionis uocalis, homo est uox, placita: subiectum homo, seipsum & similes terminos significat: non tamen ex impositione, quia non est impositum ad seipsum significandum: neque naturaliter, proprie, quia non est sui naturale signum: quare predictum subiectum, sui ipsius significatum est non ultimum.

Secūda, Aut significatū non ultimātū, est scriptura, quā neq; ex  
 impositiōe, neq; naturaliter, pprie significat terminus, ut p  
 positiōis scripturæ, homo est termin<sup>9</sup> scripturæ: subiectū homo,  
 significat seipsum, ut significatū non ultimātū. Tertia particu  
 la, Aut significatū non ultimātū est cōceptus, quē terminus si  
 gnificat: sed neq; ex impositione, neq; naturaliter, pprie, ut  
 ppositionis mētalis, homo est terminus mētalis: subiectū ho  
 mo, significat seipsum & similes terminos tāquā significata  
 non ultimata, ut quæ neq; ex impositione, neq; naturaliter, pp  
 prie significet. ¶ Significatū uero ultimātū, interdū est uox,  
 ut oīs uox auditu pceptur: interdū scriptura, ut oīs scriptu  
 ra uisu discernitur: interdū cōceptus, ut oīs cōceptus est in  
 aīa, nonūquā res quæ non ponitur in ppositione, ut ignis est ca  
 lidus. Quatuor datarū ppositionum subiecta, ex impositione  
 significar: uox quidē oēs uoces, scriptura scripturas, cōceptus  
 oēm cōceptū, & ignis ignē. ¶ Itaq; cū terminus supponit pro  
 suo significato non ultimato, supponit materialiter aut p seip  
 so, ut homo est nomē: aut p suo simili in alia ppositione stan  
 te, ut hominis est genitiui casus: subiectū accipitur p geniti  
 uo posito in hac ppositione aut simili, animus hoīs est imor  
 talis: aut p suo dissimili, ut aīal pdicatur de homie: ablatiuus  
 homine, accipitur p noiatiuo homo, qui est subiectū hui<sup>9</sup> p  
 positionis, homo est aīal. Et summam, terminus q subiectū  
 pdicato grāmaticā aut logicā termini, aut orationis, pprie  
 tatē significati, qualis est nomē, uerbū, subiectū, pdicatū, ppo  
 sitio, & cætera id genus, ut plurimū supponit materialiter,  
 ut homo est nomē: amo est uerbū: Sortes est terminus singu  
 laris. ¶ Terminus uero supponēs, p suo significato ultimato,  
 supponit psonaliter, ut homo est aīal: & subiectū & pēdica  
 tū psonaliter accipiūtur: homo quidē pro hominibus, & ani  
 mal pro animalibus: cū illa significata ex impositione signi  
 ficent. Et quēadmodū suppositionis materialis & personalis  
 repugnātes sunt & oppositæ rationes: ita quoq; late inter se  
 differūt. Nā hæc solū terminis significatiuis cōpetere potest  
 & categorematicis: illa uero, etiā cōsignificatiuis cōuenit, ut  
 omnis, est signum uniuersale: & est coniunctio. Hæc insuper  
 solum terminis cōuenit aut simplicibus, aut cōplexis: illa uero  
 pro integris etiā ppositionibus & argumentationibus: modo  
 alicuius termini uicem teneant, ut homo est animal: est ppo  
 sitio affirmatiua: homo non est lapis, est ppositio negatiua.  
 ¶ Cū autē terminus supponēs, non est relatiuum grāmaticale,

supponit absolute, ut subiectū & predicatū ppositiōis: hō est  
 substāria. Si uero talis relatiuū fuerit: respectiue, ut pnomē  
 qui, in hac ppositione, hō currit q mouetur. At logicale rela-  
 tiuū, pater, filius, totū, pars: absolute supponit, ut alia nomia.  
 Relatiua quidē grāmaticalia, sunt q̄ in litera numerātur, cū  
 ceteris eorū noiariuis & obliquis: si modo relatiue capiātur.  
 Nā si q̄q; alio modo sumātur: aut interrogatiue, ut q̄ sunt me-  
 rito laudādi: aut antecedēter, ut q̄ uirtutē colūt, laudādi sūt:  
 aut infinite, ut nescio qui sunt laude digni: tūc sicut relatiua  
 grāmaticalia dici non debēt, ita neq; respectiue supponunt.  
 Alia uero q̄ nōnunq̄ relatiuis annumerātur, ut alius, alter, tā-  
 tus, q̄tus, talis, q̄lis, terminorū: absolute supponētū nūero ad-  
 dēda sunt: q̄nquidē eādē nūero substātiā nō referūt, q̄d rela-  
 tiuorū: grāmaticaliū officijū est: sed aut diuersam numero, ut  
 alter, alius: aut accidēs, ut tātus, tōr, talis. Terminorū autē absolu-  
 tus, interdū accipit in sua principali significatiōe quā habet  
 ex impositiōe: & supponit, pprie, ut agnus est aīal, turtur est  
 auis, canis est aīal: subiecta, agnus, turtur, canis, pprie accipi-  
 untur. Interdū metaphoricē & trāslatitē, cū, ppter aliquam  
 similitudinē trāsfertur ā ppria significatiōe ad aliā: & tūc sup-  
 ponit iproprie, ut uir innocēs est agnus, mulier casta est tur-  
 tur, uir iudus est canis: pdicata, agn<sup>o</sup>, turtur, canis supponūt  
 iproprie, q̄ tmini sūt metaphoricē & trāsumptiue accepti.

¶ **Suppositio naturalis**, est suppositio ter-  
 mini in propositione, cuius copula absol-  
 uitur ā tempore.

¶ **Suppositio accidentalis**, est suppositio  
 termini secundum exigentiam copulæ  
 tempus importantis.

¶ **Suppositio cōmunis**, est suppositio ter-  
 mini communis.

¶ **Suppositio discreta**, est suppositio termi-  
 ni discreti.

¶ **Suppositio determinata**, ē suppositio ter-  
 mini cōis p̄ suis significatis disiunctiue.

¶ Suppositio confusa, est suppositio termini communis pro suis significatis copulatiue vel disiunctim.

¶ Suppositio confusa tantum, est suppositio termini communis pro suis significatis disiunctim.

¶ Suppositio confusa distributiva, est suppositio termini communis pro suis significatis copulatiue.

¶ De suppositione naturali exemplū, ut homo est aīal, homo est susceptiuus disciplinæ: extrema homo, aīal, susceptiuū disciplinæ supponit naturaliter: quia illarū ppositionū copula absoluitur a tēpore. ¶ Absoluitur autē copula a tēpore a nullā tēporis differentiā importat, neq; præsens, neq; præteritū, neq; futurū, neq; possibile, sed solum unionē predicati cū subiecto, ut cū dico, homo est aīal; copula, ē, nullū importat tēpus: sicut dicēdo, homo & asinus, cōiunctio, &, nullā habet tēporis significationē. Proinde si nullus esset homo, itē si nullum esset aīal, imō si nullū esset tēpus: nihilominus predicta ppositio esset uera: & eius tā subiectū q̄ predicatū supponeret. Sūt em̄ ppositiones necessariæ (in quibus potissimū hæc suppositio locū habet) sempiternæ ueritatis: & earū copula, per a p̄tū natum, resoluitur, ut homo est aīal, ualet hæc, homo natus est esse animal. ¶ In suppositione uero accidentali, copula præter unionē extremorū, importat tēpus p quod explicatur, ut homo est currens, sic resoluitur, homo in tēpore p̄senti est currens: homo fuit currens, homo in tēpore p̄terito fuit currens. Et terminis eādū exigentiā copulæ tēpus importatis supponetes, supponit accidentaliter, ut si copula importat tēpus p̄senti, p̄ p̄senti: si tēpus p̄teritū, p̄ p̄teritis: si tēpus futurū, pro futuris. Et hæc suppositio accidentalis, in disciplinis locū nō habet: sed in propositionibus uulgaribus, humanas actiones & negotia significatibus, ut homo est sedens. ¶ Suppositio cōis, est cū terminus supponēs est terminus cōis, ut hō est ambulans: tā subiectū q̄ predicatū supponit cōiter. Sic suppositio discreta dicit, cū terminus supponēs est terminus discretus, ut Sortes est hō: subiectū supponit discrete. Vocat

autē terminus cōis, qui nat<sup>o</sup> est p̄dicari de plurib<sup>9</sup>, ut homo.  
 Discretus uero, q̄ natus est p̄dicari de uno solo, ut Ioānes. Et  
 hic est duplex: quidā ex impositione, sicut Petrus, Gallia, Ro-  
 ma, Tyberis, Caucasus. Alius ex demonstratiōe: qui ex termi-  
 no cōi & p̄noie demonstratiuo aggregatus est, ut hic homo,  
 iste equus. Vt utriq; cōuenit suppositio discreta. Suppositio  
 autē determinata, est cum terminus cōis supponēs accipitur  
 p̄ suis significatis disiunctiue, ut hō est ambulans: & subiectū  
 & p̄dicatū supponunt determinate. Accipitur autē terminus  
 p̄ suis significatis disiunctiue, cū eius supposita p̄ hypotheti-  
 cā disiunctiuā explicatur: & sub eo fit descēsus disiunctiuus.  
 ¶ Est autē descēsus, à termino supponente ad eius supposita,  
 bona cōsequētia. In quo supposita p̄ quā fit descēsus, in eodē  
 extremi loco ponēda sunt, in quo terminus sub quo fit descē-  
 sus, ceteris terminis eodē quo prius ponebātur ordine manē-  
 tibus, ut si fit descēsus sub subiecto, supposita in subiecto col-  
 locāda sunt, & seruādum idē p̄dicatū. Sin sub p̄dicato: suppo-  
 sita & singularia sub termino supponēte sumpta, in p̄dicato  
 ponētur: & manebit idē subiectū. Ita de parte subiecti & par-  
 te p̄dicati dicendū est. Et quis hoc argumētādi genus (quem  
 descēsum uocant) à disciplinis reiectum sit, p̄sertim cum ab  
 uniuersali ad singularia indiuidua, p̄cedit, à disciplinis ex-  
 plofa: nihilominus ad intelligendū species suppositionis cō-  
 munit, nōnihil cōducit. Et triplex assignari solet: disiuncti-  
 uus, disiunctus, & copulatiuus. ¶ Descēsus disiunctiuus, est de-  
 scēsus q̄ fit p̄ hypotheticā disiunctiuā: ut homo est ambulā-  
 ergo Claudius est ambulās, uel Petrus est ambulās, uel Sor-  
 tes est ambulās: & ita de cæteris. Et hic declarat suppositio-  
 nē determinatā q̄ terminus cōis sub quo hmōi fit descēsus,  
 supponit determinate. ¶ Descēsus disiunctus, est descēsus  
 qui fit p̄ categoricā de disiuncto extremo. Et hic, suppositio-  
 ni cōfusæ tm̄ accommodatur, q̄ terminus, sub q̄ hmōi fit de-  
 scēsus, supponit p̄ suis significatis disiunctim: ut oīs homo  
 est aīal, ergo omnis homo est hoc aīal, uel illud aīal, uel istud  
 aīal. ¶ Descēsus copulatiuus, descēsus qui fit p̄ hypotheticā  
 copulatiuam. Et hic cōuenit suppositioni cōfusæ & distribu-  
 tiuæ: q̄ terminus cōis, sub quo huiusmodi fit descēsus, suppo-  
 nit cōfufe & distributiue: ut omnis homo est animal: ergo  
 Ioannes est animal, & Petrus est animal, & Sortes est animal  
 & ita de cæteris.

¶ Suppositio cōfusa distributiua p̄ sigulis



generum, est suppositio termini commu-  
nis per sua indiuidua copulatiue.

¶ Suppositio cōfusa distributiua p̄ gñibus  
singulorum, est suppositio termini cōmu-  
nis solū per suas species copulatiue.

¶ Solum genera, supponunt pro generi-  
bus singulorum.

¶ Distributiua, pro generibus singulorum  
sunt hæc, qualelibet, quotlibet, quotusli-  
bet, quantuslibet, & similia.

¶ Cætera distribuētia in locutionibus cō-  
munibus, distribuūt pro singulis generū.

¶ Suppositio cōfusa distributiua p̄ singulis generū, est cū sub  
termino cōmuni fit descensus p̄ sua indiuidua copulatiue: ut  
omne aīal est sensibile, sic recte descendimus, ergo hoc aīal est  
sensible, & istud aīal est sensible, & illud aīal est sensible, &  
ita de cæteris. Singula em̄ hic sūt singularia & indiuidua: no-  
men aut̄ gñis, sumit̄ p̄ specie: perinde atq; cū qs dixerit, mul-  
ta sunt aīaliū gñā, id est, multę aīaliū species. Pro singulis er-  
go generū supponit terminus: hoc est, p̄ indiuiduis specierū.  
Sed p̄ gñibus singulorū supponit, cū sub eo fit solū descēsus p̄  
suas species copulatiue. ¶ Et hæc suppositio in disciplinis po-  
tius habet locū q̄ altera, nā cū singularia indiuidua in discipli-  
nis nō cōsiderātur, sub termino cōmuni frequētius ī eis sumū-  
tur singularia diuidua, id est minus cōia, ut gñā aut species,  
quę ulterius diuidi possint. Nūq̄ aut̄ ad singularia indiuidua  
in disciplinis p̄cedit̄. hinc illa, p̄ singulis generū suppositio,  
minus frequēs est & usū r̄pata. In uulgarib⁹ etiā, p̄positiōib⁹,  
interdū termini supponūt̄ p̄ gñibus singulorū, ut oē aīal fuit  
in arca Noe, sic descēdit̄ sub subiecto: homo fuit ī arca Noe,  
& equus fuit ī arca Noe, & ita de cæteris. Et debet fieri descē-  
sus p̄ suas species particulariter sumptas: nēpe si uniuersalit̄  
sumerēt̄ur, terminus supponeret̄ p̄ singulis generū, cū talis  
descēsus ei equaleret q̄ fieret per indiuidua copulatiue: ut si  
hoc pacto sub prædictę p̄positiōis subiecto qs subsumat, ergo

ois homo fuit in arca Noe, & ois equus fuit i arca Noe. Nihil  
 em refert subsumere species distributas, aut singula indiui-  
 dua. Qd aut solū genera supponāt, p gnibus singulorū, ex eo  
 uenit: qd solū genera habēt species per quas possumus descē-  
 dere copulative, species aut specialissima nō habet sub se spe-  
 cies: quare hmōi suppositio ei minime cōpetit. Tā genera au-  
 tē q species supponūt, p singulis generib: qd indiuidua habēt p  
 quā sub eis descēdamus. ¶ Distribuentia p generib: singulo  
 rū, sunt distributiua prædicamētorū, ut qualelibet distributi-  
 uū qualitatis, significat qualēcūq; qualitē habēs: ut quale-  
 liber corpus est substātia, quātuslibet, distributiū quātitatis  
 cōtinuē, ut quātuslibet corpus nō est cælo maius. quotlibet, di-  
 stributiū discretæ quātitatis, ut q̄libet hoies sunt pares,  
 aut impares. quotuslibet, distributiū ad aliqd pro his quē or-  
 dinis habitudinē denotāt: ut quotuslibet homo nō est ultim⁹.  
 Et hæc includūt terminos suę distributiōis, q̄s pro generibus  
 singulorū distribuūt. Cætera autē distribuentia ut nullus, ni-  
 hil, ois, & similia id genus, distribuūt terminos, p singulis ge-  
 nerū in cōmunibus & uulgarib: locutionib: Nēpe in discipli-  
 nis, ois interdum distribuit pro generibus singulorum: ut in  
 omni oppositione termini tenētur uniuoce, id est in oī spe-  
 cie oppositiōis. In oī cōuersione, termini sunt trāpositi: hoc  
 est in omni specie cōuersionis. ¶ Et quo diffinitiones prædi-  
 cæ clariore sint, annotādæ sunt hæ regulæ, ostendētes quo  
 modo cuiuslibet ppositionis de forma doctrinali & simplici,  
 extrema supponāt, earūq; exēplis per exercitacionē suę diffi-  
 nitiones applicādæ. Prima, Vniuersalis affirmatiuæ subiectū  
 supponit cōfuse & distributiue, & prædicatū cōfuse tantū: ut  
 ois homo est aīal. Secūda, Vniuersalis negatiuæ subiectum &  
 prædicatū supponunt cōfuse & distributiue: ut nullus homo  
 est aīal. Tertia, Particularis affirmatiuæ subiectū & prædica-  
 tū supponūt determinate: ut aliqs homo est aīal. Et de indefi-  
 nita idem est iudiciū. Quarta, Particularis negatiuę subiectū  
 determinate accipit, & prædicatū cōfuse distributiue: ut aliqs  
 homo nō est aīal. Quinta, Singularis affirmatiuæ subiectum  
 supponit discrete, & prædicatū determinate: ut Socrates est  
 aīal. Sexta, Singularis negatiuę subiectū supponit discrete, &  
 prædicatū cōfuse & distributiue: ut Sortes nō est aīal. ¶ In p-  
 positionibus autē de uerbo est, tertio adiacente, absoluto à tē-  
 pore, copula nō supponit, cū sit solū cōsignificatiua. Vbi uero  
 tēpus importat, ratione eius supponit ut prædicatū. In ppo-

sitionibus aut de uerbo est, secūdo adiacēte, uerbū est, ratione  
 prædicati inclusi, supponit ut prædicatū expressum suppone-  
 ret: & sicut ratione tēporis si quod importetur, ut homo est.

¶ **Regulæ.**

1. ¶ **Termini in ppositionibus ad sciētiā per-  
 tinētibus, habent suppositionem naturalē.**
2. ¶ **Terminus singularis singulariter tentus  
 supponens, semper supponit discrete.**
3. ¶ **Terminus cōmunis supponēs semp sup-  
 ponit determinate, qm̄ ei nō pponit signū  
 cōfusiū. Signa cōfusiua, sūt signa uniuersa-  
 lia, ipsa includētia aut eis æquiualentia.**
4. ¶ **Virtus signorū & negationū, quādo sūt  
 partes subiecti aut prædicati, nō cadit ex-  
 tra subiectum aut prædicatum.**
5. ¶ **Signa uniuersalia & particularia, & nega-  
 tiones, qm̄ ponūtur ante copulam, nō sunt  
 partes subiecti aut prædicati, nisi includā-  
 tur iter partes subiecti aut prædicati deter-  
 minabili præcedēte suā determinationē.**
6. ¶ **Duo distribuentia super eundem termi-  
 nū cadentia, se mutuo impediunt.**

¶ Prima regula est, q̄ termini q̄ sunt extrema aut partes ex-  
 tremorū in ppositionibus ad sciētiā pertinētibus supponūt  
 naturaliter. ¶ Sunt autē ppositionēs ad sciētiā pertinētes: di-  
 uisiones, diffinitōes, regulæ quæ in disciplinis tradūtur: præ-  
 terea principia & cōclusiones scientiarū, in q̄bus oībus uerba  
 non actū, sed aptitudinē important: ut ppositionū, alia est ca-  
 thegorica, alia hypothetica: genus est quod prædicat de plu-  
 ribus specie differentibus in quid, graue mouetur deorsum,  
 leue mouetur sursum. Tamē nō in solis ppositionib⁹ ad sciē-

tiam pertinentibus termini suppositionē habent naturalē. Nā  
 in earū oppositis, quæ nullo modo ad scientiā pertinent, idem  
 termini naturaliter supponūt: alioquin nō essent opposite: ut  
 nō necesse est cōtradictoriarum unā esse uerā & alteram fal-  
 sam, nō omne totū est maius sua parte. Et iā in singularib⁹, p-  
 positionū ad scientiā pertinentium quæ à disciplinis reiectæ  
 sunt termini naturaliter supponūt, ut hęc uox est sonus, hoc  
 genus est prædicabile. ¶ Ex ista qdem regula facile intelligi-  
 tur, alia q in ppositionibus uulgaribus, nō pertinentib⁹ ad di-  
 sciplinas, circa quas uersatur ars mechanica aut prudētia, ha-  
 bent suppositionem accidentalem: ut equus est sedens. ¶ Se-  
 cundæ regulæ exemplum, ut Ioannes est homo, hic equus est  
 aīal: utriusq; ppositionis subiectū supponit discrete. ¶ Accipi-  
 tur autē terminus singularis singulariter, cum tenetur p uno  
 solo & nō pro plurib⁹ diuisim: ut hic homo est animal, hi ho-  
 mines sunt animalia. Quod si p plurib⁹ diuisim accipiat, te-  
 neret cōmuniter & nō discrete, ut Ioannes est nomen: subie-  
 ctū Ioānes, pro se & quilibet in simili accipitur. Adiectū est in  
 regulā supponens (quod & in cæteris regulis et si non expri-  
 mat, intelligēdum est) nō se si terminus singularis nō sup-  
 ponat, cōsequens est q nō supponat discrete, ut Adam est se-  
 dens, Antichristus est prædicās. De terminis autē singulari-  
 bus & de æquivalentib⁹ eorū, idem est suppositionis iudiciū,  
 ut omnē ens quod est Ioannes est animal, Ioannes & Petrus  
 sunt homines. Ille currit, demonstrato Ioanne, ego sedeo, nos  
 sumus animalia: quarum oīum subiecta supponunt discrete.  
 ¶ Tertie regulæ exemplum: ut homo est animal, tam subie-  
 ctum q prædicatum determinate supponit quia neutri eorū  
 præponitur signū cōfusiū. Quod si termino cōmuni sup-  
 ponenti præponitur signū cōfusiū cadens super ipsum,  
 supponit cōfuse: ut omnis homo est animal: ut unq; extremū  
 cōfuse supponit. Si uero signū cōfusiū præcedēs, non  
 cadit super terminum sequentem, nihilominus determinate  
 supponit ac si nullum ei præponeretur: ut homo uidens om-  
 nem asinum, est animal. prædicatum animal supponit deter-  
 minate: nam præcedens signū non cadit super ipsum: quod  
 ex sequentibus regulis clarum euadet. ¶ Vocantur autem si-  
 gna cōfusiua, quæ faciūt terminos cōmunes sequentes sup-  
 ponere cōfuse. & sunt primo signa uniuersalia: ut oīs, nul-  
 lus, quilibet, uterq; neuter: secundo, illa quæ includunt signa  
 uniuersalia, ut nihil, nemo, nunquam, nusquam, quæ explicā-

tur p signum uniuersale, & terminum sue distributionis. que  
 admodum nihil, id est nulli ens: nemo, nullus homo: nunquam,  
 nullo tēpore, nusquam nullo loco. Similic aduerbia numeradi,  
 bis, ter, quater includit signa uniuersalia. ut bis bibi uinum,  
 hoc est duorum tēporis interuallorū, q̄ libet bibi uinū. ter audi  
 ui missā, id est, trium interuallorū tēporis q̄libet audiui missā  
 23 quare accusatiui illarū orationum supponunt cōfuse. ¶ Ter  
 tio æqualētia signis uniuersalib⁹ sunt cōfusa, ut copulatum  
 p cōiunctionē & diuisiue sumptā: signi uniuersalis uim latē  
 tē retinet, p̄inde p ipsum ut suum æqpollēs resoluit. Exēplū  
 est uulgare & tritum, Parisij & Romæ uendit piper, q̄ æqua  
 24 let huic, in utroq; loco: Parisij & Romæ uendit piper. Ioā  
 nes & Petrus sedent, ualet hęc, uterq; istorū: sedet: ergo prædi  
 ctarū ppositionum p̄dicata supponunt cōfuse. Et cum termi  
 ni plurales interdum includāt cōiunctionem copulatiuā diui  
 siue sumptā, ut quādo gemināt suum singulare: uim cōfundē  
 di etiā retinent. ut isti homines portāt lapidem, æquale huic,  
 qlibet istorū portat lapidem. hinc cōiunctio copulatiua in p  
 positionis categoricæ subiecto diuisiue accepta, uniuersalē  
 cōstituit ppositionem. ut hęc est uniuersalis, Ioānes & Petr⁹  
 currunt: sicut eius æqpollens, uterq; istorū currit. Terminus  
 etiam pluralis isti, includens cōiunctionem copulatiuā diui  
 siue sumptā: uniuersalem reddit ppositionem, ut isti currūt.  
 Nam de æqualentibus est idem iudicium. Si uero cōiunctio  
 copulatiua collectiue sumat neq; terminum sequentē cōfundit,  
 neq; signo uniuersali æquipollēt. quare termini plurales,  
 huiusmodi cōiunctionem includentes, eadem etiam uirtutē  
 carēt. ut Ioānes & Petrus trahunt nauem: q̄ qdē ppositio sin  
 4 gularis est, & de subiecto singulari. ¶ Quartæ regulæ exem  
 plum: ut homo uidēs omnem equū, est aīal: homo nullum ui  
 dens equum, est aīal: homo non habens equum, est aīal. In pri  
 ma, signum uniuersale affirmatiuum: in secunda, signum uni  
 uersale negatiuum: & in tertia, negatio negās, est pars subie  
 cti. quodlibet em̄ istorū, ponit inter partes subiecti suæ pposi  
 tionis: ergo eorū uirtus nō cadit extra subiectum, neq; quic  
 quam agit in copulā aut p̄dicatum. In qualibet em̄ p̄dicarum  
 ppositionum, tempus importatum p copulam, supponit de  
 terminare, & p̄dicatum etiam determinate, ac si nullum p̄  
 poneret signum cōfusum. Similiter in istis: ab homine ui  
 dēte omnem asinum, uidetur aīal. ab homine nullum uiden  
 te asinū, uidet aīal. ab homine nō uidēte asinū uidet aīal: signū  
 uniuersale affirmatiuū, signū uniuersale negatiuū, & 81.

tio, includunt inter partes predicati: & ergo sunt (ut sequens do-  
 cebit regula) partes predicati: quare eorum uirtus non cadit extra  
 predicatum: sed copula & subiectum supponunt determinate.  
 Quod si signa & negationes non fuerint partes subiecti aut pre-  
 dicati, uirtus eorum cadit extra subiectum aut predicatum: ut om-  
 nis homo est animal, signum omnis, subiecto propositum, confun-  
 dit copulam & predicatum, nullus homo est asinus: signum nullus,  
 confundit copulam & predicatum, homo non est lapis, negatio ne-  
 gas, copula proposita, eam confundit & predicatum. ¶ Quinta re-  
 gula duas habet partes. Prima, signa uniuersalia particularia  
 & negationes cum ponunt ante copulam, & non includunt inter  
 partes subiecti aut predicati: non sunt partes extremi, ut omnis  
 homo est substantia, alius homo est rationalis, homo non est la-  
 pis, signum uniuersale, signum particulare, & negatio copu-  
 lae proposita: sed eiusdem extremi partibus non interposita non est  
 pars subiecti aut predicati: sed signum uniuersale & particula-  
 re est subiecti determinatio: negatio uero determinatio copulae.  
 ¶ Dicitur est in hac parte: dum ponant ante copulam: nam si signa  
 uniuersalia particularia aut negationes postponant copulae:  
 siue interponant partibus extremi siue non, sunt partes extremi  
 ut animal est omnis substantia, homo est omne animal, equus est nullus  
 asinus: quae tamen propositiones ineptae sunt, & a probatorum auctore  
 usu semota: cum in eis predicato adiungitur signum uniuersale,  
 quod summo opere auctores euitant. Regula secundam Aristote-  
 lis est, predicato non esse addendum signum uniuersale: cum inquit,  
 uniuersale uniuersalis summi non est uerum. ¶ Secunda huius re-  
 gula pars est, signa uniuersalia, particularia, & negationes cum  
 includunt inter partes subiecti aut predicati, determinabili quod  
 praecedere suam determinationem, sunt partes subiecti aut predicati:  
 ut homo uidet omnem equum est animal, homo uidet aliquem equum  
 est animal: homo qui non est aeger est sanus. In prima, signum uniuersale:  
 in secunda, signum particulare: in tertia, negatio includit in-  
 ter partes subiecti, nam una pars subiecti praecedit, & altera sequitur  
 signa & negationem interposita: quare sunt partes subiecti.  
 Similiter, homo est animal uidet omnem asinum: homo est substantia  
 habet aliquem equum, homo est animal quod non est irrationale:  
 signum uniuersale, particulare, & negatio inclusa inter partes  
 predicati, sunt partes predicati: cum in his & prius datis, pro-  
 positionibus, determinabile suum praecedat determinationem. Quod si  
 determinatio praecederet determinabile, signum uniuersale, parti-  
 culare, & negatio quauis includant partibus extremi, non

essent partes extremi: ut cuiuslibet hominis ois assus est cur  
 res, cuiuslibet hominis aliqis oculus est dexter, cuiusset homi  
 nis nō omnis oculus est sinister: in prima, signum uniuersale  
 inter subiecti partes ponit, in secunda signum particulare, in  
 tertia negatio: quia tamē determinatio, ut puta genitiuus res  
 etus p̄cedit determinabile nominatiuum regentē, nō sūt par  
 tes subiecti. ¶ Sexta regula dicit, q̄ si duo signa distribuētia  
 super eundē terminum cadāt, ut distribuētia: quosq; utrumq;  
 q̄ sigillatim in eodē situ illū terminum distribuēt, se inu  
 tuo impediunt ā distribuendo, & reddunt terminum nō di  
 stributum, ut nō ois homo est aīal: duo distribuētia aduerbiū  
 negādi, & signum uniuersale affirmatiuum, cadunt super eū  
 dem terminum homo, & se impediunt nā subiectum homo,  
 supponit determinate. Prædicatum autem distribuūt, quia al  
 terū distribuētium solum, scilicet aduerbium negādi, cadit  
 super ipsum. Et quāuis signum uniuersale affirmatiuum ca  
 dit super p̄dicatum ut cōfundens tātum non tamen ut distri  
 buēs, remota siqdem negatione, signum uniuersale affirma  
 tiuum remanēs nō distribuēt p̄dicatū, quare nō impedit ut  
 distribuētia aduerbiū negādi. Similiter in hac p̄positione, nō  
 nullus homo est aīal, utrumq; distribuētū impedit alterū.  
 ¶ Magna aut attendēdū est cōsideratione, utrum duo illa di  
 stribuētia super eundem cadant terminum, necne, nam di  
 stribuēs, termino communi p̄positum in eadem p̄positione,  
 interdū intelligit cadere super ipsum, & aliquādo nō: & secū  
 dum hoc, ipsum distribuētum relinquere, aut nō distribuere.  
 Et id potissimum cōtingit, quando terminus cōmunis distri  
 buit per aliquod distribuēs quod est pars extremi: cui p̄  
 ponit alterum quod non est pars extremi. Si em̄ prius distri  
 buens intelligat cadere super totum extremum, & super quā  
 libet eius partem: terminus huiusmodi communis, ut super  
 quem duo cadant distribuētia, sumit particulariter. Quod  
 si p̄cedens distribuētū, intelligat cadere super totum & in  
 tegrum extremum, sed nō super quamlibet partem eius: re  
 manet terminus cōmunis super quē unum tātum cadit distri  
 buens uniuersaliter sumptus. Verbi grati: nihil aliud ab ani  
 mali est homo: ablatiuus, animali, distribuūt uirtute distri  
 aliud, q̄ est pars extremi: & ei p̄ponitur alterum distribuens,  
 scilicet hæc dictio negatiua, nihil, cuius uirtus si cadat in to  
 tum subiectum & quālibet eius partē: ablatiuus, animali, nō  
 distribuūt. Si uero super totum cadat subiectum & nō super

quālibet eius partem: nō impedit quo minus ille ablatius nō distribuatur, cum non cadat super ipsum. Eodem modo dicitur, dum est de istis, nullus homo uidens omnem equum est aīal, omnis homo non est fortior animali, omnis homo nō est non animal, omnis homo non est differens ab animali.

7 ¶ Negatio negans, distribuit omnes terminos communes sequentes se, quos nō inuenit distributos.

8 ¶ Negatio infinitans, distribuit solū terminum communem quem infinitat.

9 ¶ Signum vniuersale affirmatiuum, distribuit terminum communem, cuius est adiectiuum, & omnes alios terminos communes sequentes se confundit confuse tantum.

10 ¶ Quando est aggregatum ex recto & obliquo, quæ est eius determinatio: & illi toti aggregato præponitur signum vniuersale affirmatiuum eiusdem casus cum recto, tunc distribuit totum aggregatum simul. & si sit eiusdem casus cū obliquo, distribuit solum obliquum.

7 ¶ Septima regula, negationis negatis naturā declarat & cōditionē, cui<sup>9</sup> officiū est distribuere oēs terminos cōmunes (singulares em̄ nō possunt distribui) sequētes se, negatio em̄ non agit in terminos p̄cedētes, quos nō inuenit distributos. nā si distributos inueniret: redderet eos p̄cedentē regulā nō distributos: ut homo est aīal: neq; subiectū, neq; copula, neq; p̄dicatū distribuit, p̄posita uero negatione negāte, ut non homo est aīal: & extrema, & copula distribuitur, homo non est animal, subiectum non distribuitur, & p̄dicatum distribuit. Dicendo ergo, non homo non est animal: subiectum distribuit & p̄dicatum non, Omnis homo est animal: subiectum



distribuit, & predicatum non: proposita ergo negatione, ut non  
 omnis homo est animal, subiectum particulariter & predicatum uni-  
 uersaliter sumitur. ¶ Octava regula, negationis infinitatis uir-  
 tutem ostendit & conditionem, quod solum distribuit terminum  
 communem quem infinitat, ut non homo est animal, non equus  
 est animal, negatio infinitatis, non, distribuit solummodo terminum  
 communem ei proxime postpositum quem infinitat, quod qui-  
 dem terminus uocatur infinitatus. ¶ Negatio autem infinitatis, est  
 quod termini finiti significatum simpliciter negans, unam cum eo  
 dictionem constituit, ut, non homo, est ens quod non est homo.  
 hinc non homo terminus infinitus, quod ex negatione infinitatis  
 & termino finito est aggregatus, pro nullo accipitur pro quo suus  
 terminus finitus: tamen pro omni illo, pro quo terminus finitus acci-  
 pi non potest, recte sumitur. Prædictas itaque propositionum, totum  
 subiectum supponit determinate: pars uero eius, quod est terminus  
 finitus, supponit confuse & distributive: copula autem determina-  
 te capit, & similiter predicatum. ¶ Nonæ regulæ exemplum, ut  
 omnis homo est animal, cuiuslibet hominis anima est immortalis.  
 in omni homine est anima. In prima siquidem, signum uniuersale  
 omnis, distribuit terminum communem homo, cuius est adiectiuum  
 nempe subiectum homo, supponit confuse & distributive, alios  
 uero terminos sequentes, scilicet tempus importatum pro copula (si  
 quod importet) & predicatum confundit confuse tantum: supponit  
 enim animal predicatum primæ propositionis, pro hac regulâ, confuse tan-  
 tum. In secunda, signum uniuersale, cuiuslibet, distribuit hunc ter-  
 minum hominis, cuius est adiectiuum, alios autem terminos sequen-  
 tes, scilicet anima & immortalis, facit stare confuse tantum. In  
 tertia, signum uniuersale affirmatiuum, omni, distribuit istum  
 ablatiuum homine, cuius est adiectiuum: sequentes uero terminos  
 communes, scilicet ens & anima, facit stare confuse tantum. Et re-  
 cte dictum est signum uniuersale affirmatiuum, quoniam signum uniuersa-  
 le negatiuum, & terminum communem cuius est adiectiuum, & alios  
 terminos communes sequentes distribuit: cum æquiualeat nega-  
 tioni negati, ut nullus homo est lapis: tantum subiectum quod prædica-  
 tum distribuitur. ¶ Et hæc regula (sicut & cæteræ omnes) intelli-  
 gitur quoniam uirtus signi uniuersalis affirmatiui non impeditur pro  
 aliud distribuens. Si enim impeditur, non haberet locum regula  
 præfens, ut non omnis homo est animal, omnis homo non est animal.  
 ¶ In quarum utraq; prædicatum distribuit. ¶ Decimæ regulæ pri-  
 ma pars patet hoc exemplo, quilibet asinus hominis est curres: in quo  
 aggregatum, est asinus hominis, ex recto determinabili & obliquo

qui est eius determinatio. Dicitur em̄ recta, suæ dictionis regē-  
 tis determinatio est: & illi toti præponitur signū uniuersale  
 affirmatiuū quilibet, eiusdem casus cum recto, est em̄ utrūq;  
 nominatiui casus, quare illud signum distribuit totum & cō-  
 pletum aggregatum: & ipsum aggregatum, ut unus termin⁹  
 supponēs accipitur, & de ipso toto fit uerificatio hoc pacto:  
 hoc est, asinus hominis: sub ipso toto fit descēsus eo modo: er-  
 go hic asinus hominis est currēs: & ita de ceteris, deniq; ip̄m  
 totum, addito, p̄nomine demonstratiuo, fit singulare, ut iste  
 asinus hominis. ¶ Secundæ partis sumatur exemplum, ut cu  
 iuslibet hominis oculus est dexter: toti aggregato ex re-  
 cto & obliquo, determinatione recti (quæ est hominis oculus)  
 præponitur signum uniuersale affirmatiuū cuiuslibet, eiusdē  
 casus cum obliquo, cum utrūq; fit genitiui casus: illud itaque  
 signum distribuit solum obliquum, cuius est adiectiuū: nomi-  
 natiuū uero per regulam præcedentem cōfundit cōfuse tan-  
 tū. Et habet obliquus ille suā uerificationem, descensum, &  
 singularem acceptionem per se & separatim à nominatiuo,  
 similiter nominatiuo ab obliquo: nam diuersi censentur ter-  
 mini, diuersamq; alterum ab altero acceptionem habere.

11 ¶ Importancia comparationem, arietatem,  
 diuersitatem, aut priuationem, aut quācūq;  
 negationem, distribuunt suos terminos  
 communes sequentes se.

¶ Sui termini sunt, qui cōstruuntur de pro-  
 pria eorum natura cum ipsis à parte post.

12 ¶ Toti extremo, debetur tota suppositio.

13 ¶ Si propositio antecedentis est falsa; eius  
 relatiuum non supponit.

14 ¶ Relatiuū, accipit suā significationem, &  
 suppositionē à suo antecedēte: ideo sup-  
 ponit sicut suum antecedens, & solū pro  
 ijs pro quibus redditur propositio sui an-  
 tecedentis vera.

- 18 ¶ Undecima regula, quatuor partes complectitur. Prima est, 11  
 importantia comparationem (qualia sunt nomina compara-  
 tiui gradus) distribuunt suos terminos sequentes se. Compa-  
 ratiuos: termini sunt ablatiui uirtute comparationis ab eis  
 recti, qui rem excessam, ad quam fit comparatio, important,  
 ut homo est fortior asino: ablatiuus asino distribuitur. At di-  
 cendo, Ioannes est longior Petro tribus digitis, iste ablatiuus  
 tribus digitis non distribuitur: quia non est terminus compa-  
 ratiui: non enim construitur de propria comparatiui natura  
 a parte post, sed uirtute positiui. ¶ Secunda pars est, impor-  
 tantia alietatem & diuersitatem, qualia sunt alius, alter, aliter,  
 differt, differens, diuersus, distribuunt suos terminos sequen-  
 tes se. Sui termini sunt ablatiui cum prepositione a uel ab, ab  
 ipsis a parte post recti, ut homo est alius ab asino, homo dif-  
 fert ab equo: ablatiui asino & equo distribuuntur. In hac au-  
 tem propositione, cygnus differt a coruo albedine: ablatiuus  
 albedine, non distribuitur, cum non sit proprius terminus uer-  
 bi diuersitatem significantis, quandoquidem non construitur  
 de propria eius natura cum ipso a parte post. ¶ Tertia pars  
 est, importantia priuationem, ut dictiones priuatiue distri-  
 buunt suos terminos sequentes se. Sui termini, sunt qui rem qua  
 priuatur quicquam significant: ut captus oculis, est cæcus uisu:  
 ablatiuus, uisu, distribuitur. Ioannes est surdus auditu, igna-  
 rus literarum, expertus rationis: obliqui auditu, literarum, ra-  
 tionis, distribuuntur. ¶ Quarta, importantia quamcumque nega-  
 tionem, ut careo, nescio, ignoro, sine, & si qua sunt similia,  
 distribuunt suos terminos communes sequentes se: ut careo  
 pecunia, nescio lectionem, ignoro uiam, animal est sine capi-  
 te, prædicti obliqui distribuuntur uirtute negationis inclusæ  
 in præcedentibus dictionibus, quod si dictionum importan-  
 tium comparationem, alietatem, diuersitatem, priuationem,  
 & negationem termini præcederent: non distribuerentur uir-  
 tute prædictarum dictionum, ut Ioannes est homine fortior.  
 Sortes ab homine differt. Sortes est rei ignarus. Sortes pecu-  
 nia caret. ¶ Duodecima regula docet totam suppositionem 12  
 19  
 extremi, & completo extremo accommodari debere: sicut partes  
 uarietate diuersæ partiales suppositiones attribuendæ sunt, ut  
 homo uidens omnem equum est animal. totum subiectum,  
 homo uidens omnem equum, supponit determinate, eius pri-  
 ma pars & secunda, scilicet homo uidens, determinate: alia

uero pars, puta accusatiuus equū, supponit confuse & distri-  
 butiue. Similiter Sortes qui non est equus est homo: totum  
 subiectum supponit discrete sicut & prima eius pars. secun-  
 da eius pars, scilicet equus, supponit confuse & distributiue.  
 Siquidem unam partem extremi contingit interdum stare  
 confuse & distributiue, & alteram confuse tantum, determi-  
 nate, aut discrete, ut quilibet asinus hominis currit: alicuius  
 hominis asinus currit: quilibet asinus Sortis currit. Inter dū  
 totum extremum supponit determinate, & eius prima pars  
 discrete, ut istius hominis asinus currit. & sic totius extremi  
 suppositione eadem manente, partium suppositiones euarie-  
 ri, nullum puterur inconueniens. ¶ Tertiadecima regula de 13  
 suppositione respectiua datur, quæ relatiuis grammaticali-  
 bus competit: ex se quidem nullam significationem habentibus,  
 sed suam significationem mutuantibus à suo anteceden-  
 dente. Proinde sicut indifferentia sunt ad quodlibet anteceden-  
 dens, ita ad unumquodque significandum, & cum diuersa ha-  
 bent antecedentia: diuersa itidem habent significata, ut cæ-  
 lum est rotundum & illud est lucidum. Animal est rationale  
 & illud est homo. Vt plurimum autem antecedens in una pro-  
 positione ponitur, & relatiuum in altera. Si itaque proposi-  
 tio, in qua ponitur antecedens, est falsa: eius relatiuum (et si  
 antecedens supponat) non supponit, ut homo est lapis, & il-  
 le est animal: asinus est equus, & ille est rudibilis: lapis est a-  
 nimal, & illud est sensibile. in nulla propositionum relatiuum  
 supponit, quod antecedentium propositiones falsæ sint. & ra-  
 tio est, quia relatiuum (ut sequens docet regula) solum suppo-  
 nit pro his, pro quibus propositio sui antecedentis redditur  
 uera. Ergo si propositio antecedentis pro nullo redditur ue-  
 ra, relatiuum pro nullo supponit: ut cum propositio antece-  
 dentis est falsa, ipsa pro nullo redditur uera, ergo si proposi-  
 tio antecedentis est falsa, relatiuum pro nullo supponit. ¶ Vlti-  
 ma regula, relatiuorum suppositionem succincte tradit, do-  
 cens suppositionem relatiuorum sicut & significationem ab  
 antecedente pendere. cum enim terminus solum pro eo sup-  
 ponit quod significat, sicut relatiuum suam significationem:  
 ita & suppositionem à suo mutuatur antecedere: quare sup-  
 ponit sicut suum antecedens. Nam si antecedens supponit dis-  
 crete: & relatiuum, ut Sortes est animal, & ille est rationa-  
 lis. Si antecedens determinate, relatiuum itidem (modo suppo-

- (nat) determinate supponet, ut homo est animal, & ille est ra-  
 tionalis. Si antecedens cōfufe tantum, & relatiuum : ut om-  
 nis homo est animal & illud est rationale. Si antecedēs cōfu-  
 se & distributiue: & relatiuum, ut omnis homo est animal, &  
 ille est rationalis. ¶ Cum autem uerificatio & descēsus cōse-  
 quātur suppositionem: sicut relatiuum habet suppositionem  
 20 respectiuā, ita uerificationem & descensum respectiuū, atq;  
 à suo antecedente acceptum. Si em̄ antecedens supponat par-  
 ticulariter, uerificatio relatiui faciēda est sine antecedentis  
 uariatiōe: & in uerificatione, referet relatiuū antecēdēs par-  
 ticulariter sumptum, ut homo est animal, & ille est ratio-  
 nis: sic fit uerificatio, hoc est ille, scilicet homo qui est animal.  
 ¶ si antecedens uniuersaliter sumitur, & relatiuum itidem  
 uniuersaliter accipitur: nō debet antecēdēte sic sumpto fieri  
 uerificatio: nā in uerificatiōe, relatiuū in p̄dicato positum  
 referret antecēdēs uniuersaliter sumptum, quare etiā su-  
 meretur uniuersaliter: quod in uerificatione nunquā admit-  
 tendum est. Debet itaq; antecēdēs in altera p̄positione sumi  
 particulariter, & fieri uerificatio relatiui referentis antecē-  
 dēs particulariter sumptū, ut oīs homo est animal, & ille est  
 rationalis: nō recte sic uerificationem fecerit, hoc est il-  
 le, scilicet omnis homo qui est animal. nā cum relatiuum sup-  
 ponat sicut suū antecēdēs: & antecēdēs supponat uniuersa-  
 liter: etiā relatiuum uniuersaliter acciperetur, quod esset in-  
 cōueniēs: sed hoc pacto recte debet fieri: homo est animal, &  
 hoc est ille. Sic sub antecēdēte descendendo simul sub relati-  
 uo descendimus, ut omnis homo est animal, & ille est rationalis:  
 hoc pacto, ergo Sortes est animal, & ille est rationalis: & Pla-  
 to est animal, & ille est rationalis, ut singularia relatiui res-  
 pōdeāt singularibus antecedentis. quod in determinato de-  
 scensu, & cōfuso rātum, etiā obseruandū putetur. Neq; rela-  
 tiuū, quāuis supponit sicut suum antecēdēs semper pro om-  
 nibus supponit sicut suū antecēdēs: sed solum pro ijs, p̄ qui-  
 bus propositio sui antecēdētis redditur uera, ut animal est  
 rationale & illud est homo: antecēdēs animal, p̄ omni qui-  
 dem animali supponit: eius tamen p̄positio pro solis homini-  
 bus redditur uera: quare relatiuū pro solis hominibus sup-  
 ponit: ita dicendo, homo est albus, & ille est animal, relatiuū  
 21 pro solis hominibus albis supponit: cum pro illis solum pro-  
 positio antecēdētis redditur uera. ¶ Ex hac regula constat

signa uniuersalia, negationes, & cætera id genus signa con-  
 fusua, nihil agere in relatiuum sequens: nam ab illis non ac-  
 cipit relatiuum suam suppositionem, sed solum ab antecede-  
 te. Proinde regulæ omnes prius datæ, de absolutorum ter-  
 minorum suppositione intelligendæ sunt: ut homo est ani-  
 mal, & asinus non est ille: relatiuum, ille, supponit determi-  
 nate sicut suum antecedens nec obstat negatio præcedens, ut  
 cuius uirtus non cadat in relatiuum. Similiter, animal est ra-  
 tionale, & omnis homo est illud: relatiuum supponit deter-  
 minate sicut suum antecedens: neque confunditur confu-  
 tantum propter signum uniuersale affirmatiuum. ¶ Deniq; 22  
 in assignandis contradictorijs, accurate prospiciendum est,  
 ut in utraque contradictoriarum relatiuum ad idem antec-  
 dens referatur: alioqui intercederet æquiuocatio, quæ con-  
 tradictionem recte sumi prohiberet, ut huius propositionis  
 Ioannes non est homo, uel ipse non est ens, cõtradictoria est,  
 Ioannes est homo, & ipse est ens: non quidem ut relatiuum  
 in secunda copulatiuæ parte positum referat antecedens po-  
 situm in prima parte copulatiuæ, sed in prima parte disjunc-  
 tiuæ sicut in eius contradictoria, relatiuum ad illud antec-  
 cedens referebatur: alioquin duæ cõtradictoriæ simul essent  
 ueræ: esset enim copulatiua uera ut clarum est: & etiam dis-  
 iunctiua, cum eius secunda pars ( cuius subiectum pro nullo  
 supponit ) uera esset. Præterea relatiuum non eodem modo  
 acciperetur in utraque contradictoriarum: nam in disjunc-  
 tiua pro nullo supponit, & tamen supponit in copulatiua.  
 Similiter huius propositionis, Ioannes est animal & ipse est  
 homo, contradictoria est, Ioannes non est animal uel ipse nõ  
 est homo, ut relatiuum ipse, in disjunctiua referat antecedens  
 positum in prima parte copulatiuæ: sicut in copulatiua refe-  
 rebat & non ut refert antecedens positum in prima parte dis-  
 iunctiua, ad quod in copulatiua positum relatiuum non re-  
 ferrebat. Alioqui, duæ contradictoriæ simul erunt ueræ: co-  
 pulatiua enim, sine cuiusquam cõtrouersia, uera esset: & etiã  
 disjunctiua, cum eius secunda pars, cuius subiectum pro nul-  
 lo supponit ( cum propositio antecedentis sit falsa ) esset ue-  
 ra. Præterea, relatiuum in copulatiua pro aliquo suppose-  
 ret: & in disjunctiua pro nullo: non ergo eodem modo acci-  
 peretur in utraque contradictoriarum. Et in cæteris propo-  
 sitionibus eodem modo seruetur contradictionis ueritas.

## ¶ De ampliacione.

**A**mpliatio, est suppositio termini pro aliquo uel aliquibus respectu diuerforum temporum.

## ¶ Regulæ.

a e i o

¶ Presens, p̄teritū, futurū, possibile, contingēs, impossibile, necesse, bile, iurū, actus interior anime, prius & posterius.

¶ Subiectum p̄positionis supponēs respectu copulæ præsentis tēporis, tenetur p̄ præsentibus solum.

¶ Subiectū p̄positiōis supponēs, respectu copulæ præteriti tēporis aut p̄dicati participij præteriti tēporis, ampliatur ad ea quæ sunt uel fuerunt.

¶ Subiectū p̄positionis, supponens respectu copulæ futuri tēporis, aut p̄dicati participij futuri tēporis, ampliatur ad ea quæ sunt uel erunt.

## ¶ De ampliacione.



Vp̄positio accidētalis, duas habet species: ampliacionē & restrictionē. Siquidē ois terminus supponens accidētallyter, aut ample supponit aut stricte. ample quidē, cū respectu diuersorum tēporum accipitur, ut hō fuit currēs: subiectū supponit, p̄ hoībus qui sunt aut fuerunt: hō erit currēs, p̄ ijs q̄ sunt uel erūt. hō possit biliter est currēs: subiectū supponit p̄ ijs q̄ sunt, fuerūt, erūt uel possunt esse. Stricte, cū respectu unius tēporis solū acci-

pitur, ut homo est currēs: subiectū tāū accipitur p̄ p̄sentib⁹.  
 ¶ Vocabula deinceps posita, & uirgulis distincta: ordinē re-  
 gularē, quę de ampliatiōe tradūtur, insinuāt, & suū cuiq; re-  
 gulę (debita seruata serie) respōdet uocabulū ad firmiorem  
 memoriā habendā. Vt p̄sens, primū uocabulū primā regulā  
 significat, scilicet subiectū, p̄positionis supponēs respectu co-  
 pulę p̄sentis tēporis: & secūdū uocabulū, p̄teritū, secū-  
 dā denorat regulā: tertiu uocabulū, futurū, tertią significat  
 regulā, & ita deinceps ad finē usq; p̄cedendo. Vocales autem  
 a, e, i, o, habent quantitaris & qualiratis p̄positionū significa-  
 tiōē triē & cōmunem. nā a, est uniuersalis affirmatiua: e,  
 uniuersalis negatiua: i, particularis affirmatiua: o, particu-  
 laris negatiua. Significāt autē uocales ibi positę, de qualibet  
 regularē quatuor posse formari, p̄positionum genera, gratia  
 exempli examināda & disquirēda. De p̄senti: omnis ho-  
 mo est currēns, nullus homo est currēns, quidā homo est cur-  
 rēns, quidā homo nō est currēns. De p̄terito: ut omnis ho-  
 mo fuit currēns: & cęterę p̄ ordinē. De futuro, ut omnis ho-  
 mo erit currēns, & reliquę p̄ ordinē. De possibili: oīs homo  
 possibiliter est sedens. De cōtingenti, omnis homo cōringen-  
 ter est currēns. De impossibili, ut homo impossibiliter est  
 currēns. De necessario: homo necessario est currēns. De uer-  
 bali terminato in bile, ut homo est amabilis. In iuum: homo  
 est amatiuus. De dictionibus importātibus actū interiorem  
 animę, ut oīs homo cognoscit currētem. De priori & poste-  
 riori, ut homo est prior currēte, homo est posterior currē-  
 te. Vniuscuiusq; autē p̄positiōes exēplo adductę, in quatuor  
 distribui possunt p̄positionum genera. Et cum duodecim  
 sunt particulę, earū sumptis scđm quaternariū exēplis, sicut  
 quadraginta octo, p̄positiones. Si quis autē earū indefinitas  
 & singulares adiecerit, p̄positiones, habebit nonaginta sex,  
 nā cęteras quadraginta octo, formabit ex indefinitis affirma-  
 tiuis, indefinitis negatiuis, singularibus affirmatiuis, & sin-  
 gularibus negatiuis: de singulis duodecim. At duodecim, q̄  
 ter sumpta: cōficiūt quadraginta octo: & bis quadraginta octo  
 reddūt nonaginta sex. ¶ Prima regula datur, de p̄positio-  
 nibus habentibus copulam de p̄senti, quare subiectum ten-  
 netur pro p̄sentibus solum: modo non ponatur aliqua di-  
 ctiō ampliāns in eadem p̄positione. Si em̄ sequeretur am-  
 pliāns dictio, ut homo est genitus, homo est nasciturus: sub-  
 iectum non teneretur pro p̄sentibus solum. Exemplum



regulæ, ut homo est currēs: cuius subiectū homo, nō ampliā,  
 qa nō supponit pro aliq̄ uel aliqb̄ respectu diuersorū tēporū,  
 sed solū respectu unius tēporis, utpote præsentis, cū subiectū  
 ppositiōis supponēs respectu copulæ p̄sentis tēporis, tenet p  
 præsentib̄ solū. ¶ Hic autē copula p̄sentis tēporis esse dicit,  
 cū importat præsens tēpus, & explicat per illud, ut homo est  
 currens, sic explicatur, homo in tēpore præsentis est currens.  
 qua qdem explicatiōe facta, copula nō amplius importat præ  
 sens tēpus, ut qđ iā explicatū est, sed solū notā unionis. p hanc  
 Aristotelis regulā, qđ si aliqua dictio duo significet q̄n̄ alterū  
 exprimat, illa duntaxat, p altero non exp̄so capis. Copula  
 aut, cum nō absoluitur à tēpore, duo importat. s. tēpus, & no  
 tā unionis: ergo tēpore explicato, solū unionis notā designat.  
 Quod si adhuc importare tēpus, & illud explicari putet, ma  
 nifesta erit nugatio, homo in tēpore p̄sentis, tēpore præsen  
 ti est currēs. Si yō copula absoluat à tēpore, & præsentis sit  
 tēporis: subiectū nō tenetur p præsentib̄ solū, imō neq̄ pro  
 præsentib̄, neq̄ præteritis, neq̄ futuris solū, sed p oib̄ signi  
 ficatis pro qbus natū est accipi: neq̄ ipsum tunc ampliā neq̄  
 restringit. Nā ampliatio & restrictio solli insuppositiōe acci  
 dentali, & ubi copula præter unionis notā tempus importat, 2  
 locū habet. ¶ Secunda regula, de copula præteriti tēporis da  
 tur & participio præteriti tēporis æquipollēte ipsi copule præ  
 teriti tēporis, & ideo eandē habente ampliādi uim, cuius hoc  
 sumat exemplū, homo fuit currēs, subiectū homo ampliatur  
 ad ea quæ sunt uel fuerunt, ratione copulæ præteriti tēporis  
 ipsum ampliātis. Similiter, homo est mortuus (ut mortuū idem  
 sit qđ morte extrinctum, & præteriti participij uim obtineat)  
 subiectū ampliā ad ea quæ sunt uel fuerūt rōne participij p̄te  
 riti tēporis ipsum ampliātis. Et hæc regula (sicut seq̄ntes oēs)  
 intelligēda est, si subiecto nō addat quicq̄ restringēs, aut am  
 pliatiōnē impediēs: nā si aliqd ampliatiōni obstans adiectum  
 subiecto fuerit, nil mirū si ipsum nō ampliatur. Vt homo qui  
 est, fuit currēs, homo q fuit est mortuus, hic subiectū pro præ  
 teritis solū, & illic solū pro præsentib̄ capitur. ¶ Tertia re  
 gula de copula futuri tēporis & participio futuri tēporis illi  
 æquipollēte, datur. Vtūtur em̄ authores interdū loco oratio  
 nis de uerbo futuro, participio futuri temporis: ut Ioannes  
 est uenturus, & Ioannes erit ueniēs, nullū habent discrimen,  
 q̄re eandē habēt ampliādi uirtutē. Per hāc regulā hui⁹ p̄posi  
 tiōis, hō erit currēs: subiectū ampliā ad ea quæ sunt uel erūt: 3

ratione copulæ futuri tēporis ipsum ampliātis per primam partē regulæ. Et homo est uenturus, subiectū homo ampliāt ad ea quę sunt uel erūt, per secundā regulę partē ratione participij futuri tēporis. Si iter, homo est generandus: subiectū ampliatur ad ea quę sunt uel erūt. Ex istis dual<sup>9</sup> regulis cognoscūtur istę ppositiōes, quę sophismarib<sup>9</sup> solū aptę sūt, esse uerę: puer fuit senex, uiuū est mortuū, futurū est præteritū. Item, senex erit puer, mortuū est generādū, præteritū est futurū: quę qdē (explicata ampliatiōe subiecti) nihil habēt difficultatis: & apparētē solū præ se ferunt ueritatis repugnantia.

4 ¶ Prædicatū supponens post copulā, semper supponit secundū exigentiā copulæ.

5 ¶ Subiectū & prædicatū supponens respectu copulæ de possibili, cōtingētī, impossibili, aut necessario, ampliatur ad ea quę sunt, fuerunt, erunt, uel possunt esse.

¶ Quęcūq; dicuntur de prædicato materiali, intelligūtur & de prædicato formali. Prædicatum formale, copula.

6 ¶ Subiectum respectu prædicati nominis uerbalis in bile aut in iuū, ampliatur ad ea quę sunt, fuerunt, erunt, uel possunt esse.

7 ¶ Verba actum interiorem animæ importantia, ampliant suos terminos ad ea quę sunt, fuerūt, erunt, uel possunt esse.

¶ Verba actum interiorem animæ importantia sunt hæc, intelligo, scio, cognosco, considero, contemplor, & similia.

¶ Sui termini, sunt qui ab ipsis regūtur in re patiente.

4 ¶ Quarta regula de prædicati acceptiōe mentionē facit q̄ co

pulæ acceptione & cõditionem sequitur. Si em̄ copula præsen-  
 tis fuerit tẽporis: prædicatũ supponit, p̄ presentib⁹ solũ, ut ho-  
 mo est sedens. Si fuerit præteriti tẽporis, p̄ præteritis solũ, ut  
 homo fuit sedens: sin futuri tẽporis copula fuerit, prædicatũ  
 pro ijs quæ erũt sumetur, & nõ ampliatur. Si aut̄ copula fue-  
 rit ex duob⁹ tẽporib⁹ cõstituta, ut præsentis & præterito, præ-  
 sentis & futuro, præterito & futuro, prædicatũ, p̄ eorundẽ tẽ-  
 porũ suppositis accipit. ut homo est uel fuit sedens, est uel erit  
 25 sedens, fuit uel erit sedens. ¶ Quinta regula, de p̄positionũ mo-  
 daliũ extremis q̄ pacto accipiãtur docet, & de modalib⁹ diui-  
 sis (in q̄bus modus est determinatio copulæ) duntaxat inrel-  
 ligitur. ¶ Nã in modalib⁹ compositis, neq; modus uim habet  
 ampliãdi, neq; extrema ample accipiũtur, ut hominẽ esse aial  
 est necesse, hominẽ esse asinũ est impossibile: tã subiectũ q̄ præ-  
 dicatũ utriusq; p̄ presentib⁹ solũ sumitur. Secus aut̄ est in di-  
 uisis, ubi tã subiectũ q̄ prædicatũ ampliãtur uirtute modi ad  
 ea quæ sunt, fuerũt, erũt, uel possunt esse: ut hoĩem possibile est  
 esse sedentem, hominẽ cõtingit esse stantem, hominẽ impossi-  
 bile est esse asinũ, hoĩem necesse est esse aial, uel transferendo  
 modũ noialẽ in aduerbialẽ, ut hõ possibilis est sedens, hõ cõtra-  
 genter est stans, homo impossibilitẽr est asinus, homo neces-  
 sario est animal: utrobq; em̄ extrema cõsimiliter supponũt.  
 Subiũgitur regula: quæcũq; dicũtur de prædicato materiali,  
 intelligũtur & de formali. Materiale qdẽ prædicatũ est, ex-  
 tremũ, p̄positionis qdã dicitur de altero. Formale autẽ est cop-  
 26 pula, prædicatũ subiecto cõnectens: eodẽ autẽ modo amplia-  
 tur aut restringitur prædicatũ formale sicut materiale: & quæ-  
 quid de materialis prædicari acceptione dicitur, etiã de for-  
 mali prædicato & copula intelligi debet: ut homo est sedens:  
 prædicatũ nõ ampliatur, sed solũ stat pro præsentis tẽpore: sic  
 tẽpus importatũ per copulã, tantũ pro præsentib⁹ sumit. Et  
 cũ dicimus, homo fuit currens prædicatũ solũ, p̄ præteritis &  
 etiã tẽpus importatũ per copulã, cõsimiliter, homo erit cur-  
 res, prædicatũ, p̄ futuris solũ, & copula itidem sumit. Deniq;  
 homo possibiliter est sedens: prædicatũ, p̄ ijs quæ sunt, fuerũt,  
 erũt, & possunt esse, capitur: & tẽpus importatũ per copulã,  
 pro iisdem tẽporib⁹ differẽtis sumitur. ¶ Sexta regula nomi-  
 nũ uerbalium ampliatiã de clarat uirtutẽ. In bilis autẽ termi-  
 nata uerbalia, explicãtur per uerbũ potest & infinitiuũ passi-  
 uũ: nã ut plurimũ passiuam habet significationẽ: ut uisibile, qdã  
 potest uideri: mobile quod potest moueri. In ius autem, per

uerbi potest, & infinitiuū actiuū explicatur: nā actiuā habent  
 significatiōe: ut calefactiuū, quod potest calefacere: motiuū,  
 quod potest mouere: hinc hōi nomina uerbalia, nō solū am-  
 pliant subiectū ad ea quæ sūt, fuerūt, erūt, & possunt esse: sed  
 uirtute huius uerbi potest, quod includunt, ampliant copulā  
 & prædicatum includēs terminū suæ ampliatiōis, hoc est  
 terminum ampliatum: ut color est uisibilis, sic ampliatur, co-  
 lor potest uideri, uel possibiliter uidetur. In hac item ppositi-  
 tiōe, ignis est calefactiuus, subiectum ad quatuor temporū  
 differentias ampliatur: & copula, & prædicatum sicut in ista  
 æquiualentī, ignis potest calefacere. Apud authores autē hu-  
 iusmodi uerbalia nō exponuntur per uerbum potest, sed per  
 aptum natum: ut color est uisibilis, id est natus uideri: ignis  
 est calefactiuus, id est natus calefacere: neq; uim habent am-  
 pliandi: nam in disciplinis, ampliatio non habet locū ut præ-  
 dictum est. ¶ Septima regula de uerbis datur, actum interio-  
 rem animæ importantibus. Verba autem actum interio-  
 rem animæ importantia, sunt quæ actum cognoscendi intelligen-  
 diq; designant: qualia sunt itelligo, scio, cognosco. Ea ampli-  
 ant suos terminos siue præcedētes, siue sequentes ad quatuor  
 differentias temporum. Horum autem uerborum (si actiuæ  
 uocis fuerint) termini sunt accusatiui à parte post, recti: nam  
 reguntur in re patiente: cum secundum grammaticos uerba  
 actiua regunt nominatiuum in re agente, & accusatiuum in  
 re patiente. Quod si passiuæ uocis fuerint, eorum termini sunt  
 nominatiui à parte ante pro supposito constituti: reguntur  
 eū in re patiente. Et quia nominatiuus ante uerbum rectus,  
 & post uerbū pertinet ad idem. Et nominatiuus à parte ante  
 à uerbo passiuo rectus, regitur in re patiente: ergo & nomi-  
 natiuus à parte post rectus, etiam regitur in re patiente, qua-  
 re sicut qui ante regitur, ampliatur, ita & qui post regitur: ut  
 homo cognoscitur currens: uterq; terminus homo & currens  
 ampliatur. ego cognosco curretem, uel curretem cognosco:  
 accusatiuus itidem ampliatur.

¶ Prius, ampliatur terminū præcedentem ad  
 ea quæ sunt uel fuerunt: & terminum se-  
 quentem ad ea quæ sunt uel erunt: & po-  
 sterioris econtra ampliatur. Et hoc de prio-  
 ri & posteriori tempore intelligitur.

¶ Implicatio, potest omnem terminum ampli-  
pliatum impedire, pariter & explicare.

¶ De restrictione.

15 ¶ Terminus supponens, qui nō ampliatur,  
restringitur.

¶ Determinatio, restringit suum determi-  
nabile: & verbum restrictū, sua extrema.

¶ Octava regula, prioris posteriorisq; vim ampliatiuā mani-  
festat: ut tēporis prioritatē & posterioritatē designāt, & pri-  
us sit quod alteri tēpore p̄cedit: posterius uero, quod tēpore al-  
teri sequit̄. In alijs siquidē acceptionib⁹, hāc ampliandi ratio-  
nem nō habēt. Per hāc qdem regulā, huius p̄positionis, homo  
est prior currēte, subiectum ampliāt ad ea q̄ sūt uel fuerunt:  
totum uero p̄dicatum nō ampliāt: imō, p̄ p̄sentibus tātum ac-  
cipit. secūda autē pars p̄dicati ampliāt ad ea q̄ sunt, uel erūt. Sed  
in ista, homo est posterior currēte: diuerso subiectū ampliāt  
ad ea q̄ sunt uel erunt: totius autē p̄dicati, secūda pars, amplia-  
tur, ad ea q̄ sūt uel fuerūt. Dicit̄ autē terminus p̄cedēs cōpara-  
tius, prius & posterior, illoꝝ comparatiuorū substārius an-  
te copulā positus: sequens uero, est ablatius uel cōparatiui ab-  
illis rect⁹: ut homo est prior currēte: homo, terminus est p̄-  
cedens comparatiuum: currēte uero terminus sequēs. Et sub  
istis debēt cōprehendi dictiones inceptionē aut desitionem  
designātes: ut incipit, generat, fit, acq̄ritur, desinit, deperditur,  
corrumpit. Nempe, vim ampliandi habēt eandem: ut album  
fit nigrum, & calidū fit frigidū. ¶ Nona regula, implicationis  
28 naturam declarat. Est autē implicatio aggregatarum ex relati-  
uo q, q̄, quod, & uerbo est, secūdo adiacēte: ut quod est, quod  
fuit, quod erit, & æquivalentes. Et eius duplex est uis. prima  
impediēdi terminū ampliātū, cum termino ampliato adiun-  
git implicatio unius eorū tēporū: ad q̄ terminus ampliatur:  
ut homo fuit sedēs sic impediē subiecti ampliatio, homo qui  
est, fuit sedēs: uel sic, homo q̄ fuit, fuit sedēs: & impediē toties  
terminus & p̄ tot sigillatim implicatiōes, ad quot tēpora hu-  
iusmodi terminus ampliāt. ¶ Secūda implicationis potestas  
est, q̄ potest omnē ampliatiōē explicare, tot simul iunctas  
implicatiōes termino ampliato addēdo, ad quot tēpora am-  
pliāt: & æquualēt p̄positio explicās & explicata, hęc latērior,

illa patenior. ut homo fuit sedēs, sic explicat, homo q est uel  
 fuit, fuit sedēs. ¶ Per ordinē ergo positā regulā sumatur  
 exōpla. Homo fuit currens: subiectū ampliā ad ea q sunt uel 29  
 fuerunt, primo impeditur pro præsentiū solum, ut homo  
 qui est fuit currens secūdo impeditur p̄teritis solum, ut homo  
 qui fuit, fuit currens: sic autem explicatur, homo qui est uel  
 fuit, fuit currens. Vnde ad suppositionem comprobādam,  
 sic recte fit uerificatio subiecti, hoc est uel fuit homo: tēporis  
 per copulā importati, hoc fuit tempus p̄teritum: & p̄dicati  
 hoc pacto fit uerificatio, hoc fuit currens. Siquidem in uerifi-  
 catione, termini accipiendi sunt æque amplē & strictē, sicut  
 in termini supponētis, p̄positione: quod in exēplis nūc oppor-  
 tune patebit. ¶ Homo erit currens, subiectum ad p̄sens & fu-  
 turum ampliātum, primo impeditur per implicationē p̄sentis,  
 homo qui est, erit currens: secundo per implicationē futuri,  
 homo qui erit, erit currens. Explicatur autem ampliatio hoc  
 pacto: homo qui est uel erit, erit currens. Subiecti uerificatio  
 sic, hoc est uel erit homo: p̄dicati uero sic, hoc erit currens.  
 ¶ Homo possibiliter est currens, subiectum tribus modis im-  
 peditur ab ampliatiōe. Primo, homo q est, possibiliter est currens.  
 Secundo, per p̄teritum: ut homo qui fuit, possibiliter est currens.  
 Tertio, per futurum: homo q erit possibiliter est currens.  
 Alijs autē modis impeditur a maiori ampliatiōe. primo sic: ho-  
 mo q est uel fuit, possibiliter est currens: secundo, homo qui est  
 uel erit, possibiliter est currens. tertio: homo q fuit uel erit,  
 possibiliter est currens. quarto: homo q est, fuit, uel erit, possi-  
 biliter est currens. Explicatur autē sic, homo q est, uel fuit, uel erit,  
 uel potest esse, possibiliter est currens. Verificatur autē sic. hoc  
 est, fuit, erit, uel potest esse homo. Eodem modo, p̄dicatū per  
 regulam ternarij septies potest impedi: tribus primis mo-  
 dis per implicationem simplicem: alijs quatuor per cōplexā  
 cōsimiliter itidem explicatur & uerificatur. Cōsimiliter: homo  
 est amabilis, tam subiectum, quā p̄dicatum septies impeditur  
 ab ampliatiōe, explicatur, ac uerificatur, atq; p̄cedens p̄posi-  
 tio. Et in hac propositione, homo cognoscit uenientem: ac-  
 cusatiuus uenientem, totidem modis impedi, conformiter  
 explicari, & uerificari potest. ¶ Homo est prior currens: sub-  
 iectum ampliātum, primo sic impeditur. homo q est, est prior  
 currens. secundo: homo qui fuit est prior currens. explicatur  
 autem ampliatio subiecti sic: homo qui est uel fuit, est prior  
 currens. p̄dicati uero sic: homo est prior currens q est uel

erit. Verificatio subiecti sic fit: hoc est uel fuit homo. prædicari, sic: hoc est uel erit carrens: & huius propositionis, homo est posterior corrente: extrema conformit ampliat, explicans & uerificans, sicut extrema prior declarata propositionis. ¶ Post regulas ampliationis: de restrictioe fit determinatio: quæ ita diffinit per analogiã oppositi. Est suppositio termini non ampliati: hoc est suppositio termini pro aliquo uel aliquibus, respectu unius temporis solũ, ut homo est currens, subiectũ homo restringit, cum non ampliet: & prædicatum currens itidem restringit, cum non ampliet. quandoquidẽ terminus supponens, qui non ampliat, restringit. Sic in istis, homo fuit currens, homo erit currens, prædicatum restringit, cum non ampliet: sed in una pro præteritis solum: & in alia pro futuris capiat. Pro sequenti regula præmittendum nõ est, in multa determinationũ genera, quandam esse determinationem contrahentẽ: quæ addita determinabili, facit ipsum stare pro paucioribus suppositis, quàm per se stare. & de tali solũ modo intelligit hæc prima regulæ pars. ut homo albus est currens: determinatio albus, restringit suũ determinabile homo. Nẽpe adiectiuũ, determinatio est substantiuũ: & dictio recta, dictionis regẽtis. Vnde homo per se, pro omni homine accipitur: sed homo albus, solũ pro hominibus qui sunt albi: quare pro paucioribus accipitur suppositis. Et prima hæc pars intelligẽda est cũ determinatio immediate adiungitur suo determinabili. si enĩ interiaceret copula, ut homo est albus: nõ haberet hæc regula usum neq; locũ. Intelligitur itidẽ cũ determinabile nõ fuerit ampliatiũ, nõ si esset determinabile ampliatiũ: determinatio eius nõ tolleretur ampliatiõẽ, sed pro paucioribus suppositis ipsum stare faceret. ut homo fuit sedens, & homo albus fuit sedens. in utraq; subiectũ ampliatur: in prima quidẽ, pro pluribus, in secũda, pro paucioribus. ¶ Siquidẽ quædam dictiones restringuntur quo ad tempus: quæ solũ respectu unius differentie temporis supponunt. Aliæ uero quoad supposita, quæ propter alicuius dictionẽ, pro paucioribus sumuntur suppositis, quæ per se posita sumerentur, ut determinabile adiunctũ suæ determinationi: siue determinatio adiectiua sit, ut homo albus est sedens: siue substantiua, ut equus regis est animosus: siue aduerbialis, ut equus mouet circulariter. Et de hac posteriori restrictione, hæc prior pars intelligitur: de priori uero, & præcedens regula, & posterioris regulæ secũda pars intelligẽda est. Vnde aliqua dictio restringitur quo ad tempus, & nõ quo ad supposita, ut subiectũ

ppositionis, homo est sedēs. Cōtrā, aliqua p suppositis restri-  
gitur, & nō p tēpore. ut homo albus fuit sedēs. Aliqua uero,  
& respectu suppositoꝝ & temporis restringit: ut prior pars  
subiecti huius ppositionis, homo alb⁹ est sedēs. Verbū autē re-  
strictū, est copula uerbalis restricta, & ea restringit extrema  
q̄ copulat, scilicet subiectū & p̄dicatū. ut homo fuit heri cur-  
rēs: uerbū fuit, est restrictū p aduerbiū tēporis. non enim pro  
quolibet tēpore p̄terito accipit, sed solū pro hesternis: qua  
re extrema, homo & currens, solū pro hesternis hominib⁹ &  
currentib⁹ sumitur. Et in ista, homo erit cras currēs, copula  
uerbalis restringitur p aduerbiū temporis: sunt em̄ determi-  
nationes importātes tēpus solius copule determinatiōes: qua  
re sua extrema iridē restringunt. ut homo, p crastinis hominib⁹  
b⁹: & currens solū, pro his quæ cras erūt currentia, accipiat.

### ¶ De appellatione.

¶ Terminum appellare, est ipsum aliquid,  
ultra id pro quo supponit, importare.

#### Regulæ.

- 1 ¶ Terminus appellatiuus supponens, eodē  
modo quo supponit, appellat.
- 2 ¶ Dictiones importantes actum interiorē  
animæ, faciunt suos terminos sequētes se,  
sua propriam rationem appellare.
- ¶ Propriā ratio, est proprius cōceptus, me-  
diante quo dicitur terminus significare.

¶ Terminus appellatiuus, duplex habet significatum. Vnum  
pro quo supponit, & illud non appellat: ipsumq; uulgarī no-  
mine significatū materiale nūcupatur. Aliud pro quo nō sup-  
ponit, sed quod p̄ter id pro quo supponit importat. Et id  
uocant significatum formale, appellatum, siue connotatū ter-  
mini, ratione cuius terminus est cōnotatiuus, & designatur  
per abstractum termini connotatiui: ut album, supponit pro  
quolibet albo: denotādo albedinem pro qua nō supponit, sed  
quā appellat. Calidū supponit pro re calida: denotādo calidi-  
tatem pro qua nō supponit, sed quā appellat. Illud siqdem ap-  
pellat terminus: quod ultra id pro quo supponit importat.



¶ Prima regula intelligitur de appellatione formalis significati, in qua terminus appellatiuus, eodē modo quo supponit, appellat: hoc est si supponit ample, appellat ample: si supponit stricte, appellat stricte: si supponit pro præsentibus & præteritis, p̄ eisdē appellat: & in cæteris eadem analogia. Ut albū est sedens, subiectū albū, supponit pro præsentibus solū, & stricte: quare appellat albedinē præsentem etiā stricte. Prædicatum sedens, appellat sessionem pro præsenti: quia supponit stricte pro illis. Albū fuit sedēs: album appellat albedinem præsentem & præteritā sicut ample supponit pro præsenti & præterito: sedens prædicatū appellat solum pro præterito sicut supponit. Albū erit sedens, subiectum, ample appellat scilicet præsens & futurū: prædicatū, stricte scilicet futurum tantum, sicut & supponit. Album possibiliter est nigrū: itā subiectū q̄ prædicatū appellat præsens, præteritū, futurum, possibile, ut albū, albedinem quæ est, fuit, erit, uel potest esse, simili & nigrum, nigredinē quæ est, fuit, erit, uel potest esse. & ita de cæteris. ¶ Pro sequenti regula, quæ dat de appellatione, propria rationis, in primis recte accipiendū est quid hic, propria ratio dicat. Est em̄ propria ratio siue proprius cōceptus mediante quo terminus significat. Cuiq; em̄ termino, propria est ratio, & ab alterius termini ratione diuersa. Quæ em̄ eandem rationem habent: synonyma sunt. ut lapis & saxum: quare quæcunq; non sunt synonyma, habent diuersas, proprias rationes. hæc quidē absolutam ut homo, illa uero cōnotatiuam & accidentariam, ut album. Itaq; cum dico, cognosco currentem: accusatiuus sequens (si em̄ præcesserit, regula nō habet locum) uerbū cognosco, appellat suā, propriā rationem: ut idē ualeat ac si dixerō, currentem, conceptu currentis cognosco. ¶ Neq; supponit ibi currentem cōfuse tantū, ut ponit nōnulli, sed determinate. Neq; militat aliorum obiectio, qua instat 22 li, sub huiusmodi termino nō posse fieri descēsum disiunctiuū: nō em̄ (ut aiunt) sequit: cognosco currentem, ergo cognosco hunc currentem, uel cognosco istum currentem. nam si cōmunem tantum currentis cōceptū habuero, & nō singulare siue particularem alicuius currentis: erit antecedēs uerum & consequens falsum: quare moliunt astruere terminum illum nō supponere determinate. Dicimus em̄ sub termino illo posse fieri descēsum disiunctiuum, modo recte fiat: neq; prius recte factū esse, cū sit mutatio appellationis rationis. In antecedere em̄, est appellatio rationis cōmunis, & in cōsequere appellatio

rationis singularis. & cōmittit fallacia à dicto scđm qd ad dī  
 ctū simplicif. Eandē uero utrobicq; seruādo appellatiōē, re-  
 cte fiet hoc modo: Cognosco currentē: ergo pprio conceptu  
 currētis hūc currētē cognosco, uel pprio cōceptu currētis il-  
 lū currētē cognosco: & ita de cæteris. Ecce in cōsequēte ex-  
 plicatā ppriā ratiōē quæ fuit in antecedēte, sic dicēdo, Non  
 cognosco currētē: accusatiuus supponit cōfufe & distributi-  
 ue. & sic debet fieri subsumptio: ergo nō conceptu currentis  
 hūc currētē cognosco: neq; istū currentē cognosco. Neque  
 recte qdem fieret hoc pacto: ergo nō cognosco hūc currentē,  
 & nō cognosco istū currētē: nā in antecedēte est ppriā ratiō-  
 nis appellatio cōmunis, in cōsequēte uero singularis. q̄re pos-  
 set dari antecedēs uerū & cōsequēs falsum. si quis cōmunem  
 currētis cōceptū nō habuerit, atramen habeat singularem ut  
 possibile est: sunt em̄ inter se differētes hi duo cōcept⁹, & q̄rū  
 unus sine altero esse ac haberi potest, & ppter hanc regulam  
 istæ cōceditur: rosam intelligo, sed nō intelligo rosam, sed e-  
 tem cognosco, sed nō cognosco sedentem, & similes.

3 ¶ Terminū propositionum exponibilium,  
 eodem modo supponunt, ampliantur, re-  
 stringuntur aut appellāt, quo modo & in  
 suis exponentibus.

¶ Tanta scies præter cameras, uigilabis &  
 inquam.

¶ Fortior imanes, ignauos differ, in oris.

¶ In exponibilib⁹ iter est breue p̄ exēpla,  
 p̄ præcepta uero longū atq; inefficax.

¶ Ex his, p̄cedētia & sequētiū multa ad la-  
 tinā si placet locutionem reduces uocabu-  
 lorum, dictionūq; acceptiones pro re ip-  
 sa, pro uoce, scripto, notione, relatiue, nō  
 relatiue, proprie, translative, doctrinales,  
 uulgares atque accidentariæ, communes,

singulares, vniuersaliter, particulariter, diuisim, iunctim secundū speciem, secundū indiuidua, latius, pressius & similia id genus, quibus vterentur authores.

- ¶ Propositio exponibilis, est, ppositio obscurū habēs sensum, & expositiōe indigēs, ppter aliqd syncategorema in ea positū. Propositio autē exponens, est, ppositio manifestior, p quā
nus singularis, idē sunt, ut in ppositione, hō est aial: extrema,  
hō & aial de seinuicē uerificātur: hoc est, unū de altero uerifi-  
catur: ambo igitur de eodē tertio, ut Sorte, uerificantur hoc  
modo. Sortes est hō, & Sortes est aial. Scđm, Quęcūq; de eo-  
dē tertio uerificātur, & de seinuicē uerificabuntur: ut Sortes  
est aial, & Sortes est homo, dicibilia aial & homo uerificātur  
de eodē tertio, ut Sorte: quare & de seinuicē uerificent opor-  
tet hoc modo: homo est aial. Tertium, Quęcūq; de eodē tertio  
unū negatiue & alterū affirmatiue uere pdicātur, negatū de  
affirmato uere negabitur: ut Ioānes nō est lapis, & Ioānes est  
homo: dicibilia lapis & hō de eodē tertio, scilicet Sorte, uere  
pdicātur: lapis quidē negatiue, & homo affirmatiue, quare la-  
pis negatū, hoc est termin⁹ de singulari prius negatus, de ho-  
mo affirmato, id est termino qui de singulari affirmatus est,  
uere negatur hoc modo: homo nō est lapis. Quartū, Necessē  
est contradiCTORIAR, unā esse uerā, & alterā fallam. ¶ Quibus  
quidem suppositis, ostēditur prima pars legis contrariar. Si  
una contrariar: est uera, altera est falsa, non em possunt ambæ  
simul esse uerę. Nā si duę contrariar: possent simul esse uerę:  
ponātur gratia disciplinę hęc duę simul uerę: omē a est b, &  
nullū a est b. Cū ista sit uera & affirmatiua, omē a est b, a &  
b uerificātur de seinuicē: quare p primā dignitatē de eodem  
tertio uerificātur. sit itaq; illud tertium & singulare c, est igit  
hec uera, c est a: itidē & hęc c, c est b. Tūc sic: bene sequit, c est  
b, & c est a: ergo aliqd a est b, p scđam dignitatē: sed maior  
est uera, similiter & minor: ergo & conclusio uera, aliquod a  
est b, & sua contradiCTORIA, nullū a est b, etiā est cōcessa uera:  
sunt igitur duę contradiCTORIAR simul uerę: qđ est impossibile,  
& quartę dignitatis oppositū. ¶ Secūda uero legis contrariar-  
rum pars, scilicet, si una contrariar: sit falsa, non oportet al-  
teram esse uerā: possunt enim ambæ simul esse falsę, sic osten-  
ditur. Sint c & d duo singularia ipsius a, de quorum uno  
ut c uerificetur pdicatū accidentale b, de altero uero singu-  
lari d, idem pdicatū b uere negetur: quāmodū sedens  
uerificatur de Sorte, & uere negatur de Platone. Tūc sic, be-

ne sequitur, c est b, & c est a, ergo aliquid a est b: per scđam dī  
 gnitatē. maior est uera, & minor ex hypothesi: ergo & con-  
 clusio uera. quare sua cōtradictoria, nullū a est b, per quartā  
 dignitatē, est falsa. Rursum bene sequitur: d non est b, & d est  
 a: ergo aliquid a nō est b, p̄ tertiā dignitatē: maior est uera &  
 minor, p̄ positū: ergo & cōclusio uera. quare eius cōtradictō-  
 ria, omne a est b, p̄ quartā dignitatē, est falsa. Tūc sic. Ista est fal-  
 sa: omne a est b, & etiā ista nullū a est b, ur ostensum est. & sunt  
 adinuicē, per diffinitionē, cōtrariæ: sunt igitur duæ cōtrariæ  
 simul falsæ: quod est p̄positū. Termini significatiui a, homo-  
 b, sedēs. c, Sortes sedēs. d, Plato nō sedēs. ¶ Legis autē subcō-  
 trariæ: (q̄ opposito modo respōdet legi cōtrariæ) prima  
 pars. Si una subcōtrariæ est falsa, altera est uera. Non enim  
 possunt duæ subcōtrariæ simul esse falsæ: pater, Nam si ista,  
 quoddā a est b, sit falsa: sua cōtradictoria nullū a est b, p̄ prin-  
 cipū cōtradictoriæ, est uera. Et si ista, nullū a est b, sit uera:  
 sua cōtraria, omne a est b, per legem cōtrariarū, est falsa.  
 Et si hæc, omne a est b, sit falsa: sua cōtradictoria, quoddam a  
 nō est b, est uera: per quartā dignitatē. Hæc autē, per diffini-  
 tionem, est subcōtraria istī, quoddam a est b, positæ falsæ.  
 Quare de primo ad ultimū, si una subcōtrariarū est falsa:  
 altera est uera. Idem ostenditur ad impossibile sic. Sint hæc  
 duæ subcōtrariæ simul falsæ, aliquid a est b, & aliquid a nō  
 est b. cū hæc sit falsa, aliquid a est b, sua cōtradictoria, nullū  
 a est b, per quartā dignitatē, est uera. Cum etiā hæc sit posita  
 falsa, aliquid a nō est b, sua cōtradictoria, omne a est b etiā est  
 uera. At hæc duæ quæ pbatæ sunt ueræ, omne a est b, & nullū a  
 est b, sunt cōtrariæ. Sūt igitur duæ cōtrariæ simul ueræ: qđ  
 est legis cōtrariæ: oppositū. ¶ Secunda eiūsdē legis pars. Si  
 una subcōtrariæ est uera, nō oportet alteram esse falsam.  
 Possunt enī ambæ simul esse ueræ: sic ostenditur. Dentur per  
 secundā partē legis cōtrariæ, duæ cōtrariæ, omne a est b: &  
 nullū a est b, simul falsæ. Cum hæc sit falsa, omne a est b: sua  
 cōtradiçtoria, quoddam a non est b, est uera, per quartam  
 dignitatem. cum etiā hæc, nullum a est b, sit posita falsa: sua  
 cōtradictoria, quoddā a est b, per idem est uera. At hæc duæ  
 quæ probatæ sunt ueræ, quoddam a est b, & quoddā a nō est  
 b, sunt per diffinitionem subcōtrariæ: igitur duæ subcō-  
 trariæ sunt simul ueræ, quod est p̄positum. Posset & hæc  
 pars eodem modo ostendi, quo secunda pars legis cōtrariarū  
 tum. ¶ Legis autem cōtradiçtoriarū prima pars est, si una

cōtradictoria: est uera, altera est falsa, ut cū hec sit uera, omnis homo est animal, sua contradictoria, quidā homo non est animal, est falsa. Secūda pars, si una cōtradictoria: est falsa: altera est uera, ut cū hæc, omnis homo est asinus, sit falsa: sua contradictoria, quidā homo nō est asinus, est uera. Et neutra istarū pbāda est, cū sit primum in logica principium, Neceesse est cōtradictoria: unā esse uerā & alterā falsam, & eas simul esse ueras aut simul falsas est impossibile, sicut principium metaphysicū est, Impossibile est idem simul esse & nō esse. ¶ Lex autē subalternarū, quatuor habet particulas. Prima, si uniuersalis est uera, ut omne a est b, sua particularis, ut aliquod a est b, erit uera. Si enim per hypothesin hec sit uera, omne a est b, sua cōtraria, nullum a est b, per legē contrariarū est falsa, quare huius contradictoria: aliquod a est b, p legē cōtradictoriarū est uera. Et ipsa est particularis datæ uniuersalis ueræ: igitur si uniuersalis sit uera, sua particularis est uera. Quod & per impossibile hoc modo ostenditur: Sit uniuersalis, omne a est b, uera: & sua particularis, aliquod a est b, sit falsa. Cum hæc, omne a est b, sit uera: sua contraria, nullum a est b, per legem contrariarum, est falsa: & eius contradictoria, aliquod a est b, etiam est posita falsa. Sūt igitur duæ contradictoriæ simul falsæ, uel sic. Cum hæc, aliquod a est b, sit falsa: sua contradictoria, nullum a est b, per legem contrariarum, est uera: cuius etiam contraria, omne a est b, posita est uera: sunt igitur duæ contrariæ simul ueræ, quod est legis contrariarum oppositum. ¶ Secunda pars est si particularis sit uera, non oportet uniuersalem eius esse ueram. Denatur duæ contrariæ simul falsæ, omne a est b, & nullum a est b. Dico q̄ si ista sit uera, aliquod a est b, non oportere eius uniuersalem, omne a est b, esse ueram. Nam cum ista sit falsa, nullum a est b, sua contradictoria: aliquod a est b, est uera: & ea est particularis huius uniuersalis, omne a est b, quæ est posita falsa: potest igitur particularis esse uera, sua uniuersali existēte falsa, quod est propositum. ¶ Tertia pars, si particularis est falsa, sua uniuersalis est falsa. Sit hec falsa, aliquod a est b, dico eius uniuersalem, omne a est b, etiam esse falsam. Nam cū hec per hypothesin sit falsa, aliquod a est b, sua subcōtraria, aliqd a non est b, est uera, per legem subcontrariarum: quare huius cōtradictoria, omne a est b, per legē cōtradictoriarū est falsa. Et ipsa est uniuersalis datæ particularis falsæ, aliqd a est b, igitur si particularis est falsa, necesse est suā uniuersalem esse



falsam. Idem etiā, sumēdo particularis falsę cōtradictoriā ue  
 rā, & illius per legē cōtrariarū cōtrariā falsam, ostenderetur.  
 ¶ Quarta pars est, si uniuersalis est falsa, nō oportet eius par  
 ticularē esse falsam. Dentur duę subcōtrarię simul uerę, ali  
 quod a est b, & aliqd a nō est b. Cū ista, aliqd a nō est b, sit uera  
 per hypothesin, eius cōtradictoria, omne a est b, per legē cō  
 tradictoriarū est falsa. Et ipsa est uniuersalis huius particula  
 ris, aliqd a est b, quę est posita uera, potest igit uniuersalis esse  
 falsa sua particulari existēte uera. Quā & sumptis duab<sup>9</sup> cōtra  
 rijs simul falsis, consimili modo ostendi posset, sicut secunda  
 pars, positis duab<sup>9</sup> subcōtrarijs simul ueris, etiā, pbari potuit.  
 Et hmoi argumētationū gen<sup>9</sup>, quo per principia aut ex prin  
 cipio cognita manifestiora, pbatur ea quę minus sunt mani  
 festa, maxie, pbāt rectę disciplinę. Cui moneo assuecāt q̄ ho  
 no ad disciplinas afficiūtur aio, potius q̄ capriunculis sophis  
 ticiis, q̄bus ueritas aut inuertit aut obscurat, animus eludit,  
 & inane paleā p̄ grano cōplectitur. Sane, ut iexpugnabilis  
 arx, minime facile expugnabili lōge melior: ita argumen  
 tationib<sup>9</sup>, sophisticis inquā argutijs præstatiores sunt. Et re  
 ctarū insolubilitūq; argumētationū solū logica esse credatur:  
 ueluti grāmatica, rectę locutiōis latinę. Sed de his hæcenus.

### ¶ De æquipollētis.

Æquipollētia, est duarū p̄positionū cate  
 goricarū utroq; termino, eodem ordine  
 participantū, p̄pter præpositionē nega  
 tionis tantū, postpositionem tantū, aut p̄  
 pter præpositionem & postpositionē si  
 mul, formalis æquiualentia.

Formaliter æquiualebunt, quando singula  
 unius, singulis alterius quo ad omnia con  
 similiter se habebunt.

Vniuersalis modus dandi contradictionē,  
 est toti p̄positioni præponendo, aut præ

positam auferendo negationem.

Impossibile est plura adinuicem nō æquiualentia eidem contradicere.

Non æquiualent quorum unum esse uerū, altero existente falso, est possibile.

Quicquid contradicit aut æquiualeat vni æquiualentium, & alteri.

¶ Diffinitio æquipollētia, tres exprimit modos, quibus ppositio-  
 nes prius inter se oppositæ (nā inter tales solū reperit æq- 20  
 pollētia) per additionē negationis fiant æquipollētes. Primus  
 est, per præpositionē negationis tantū, quo modo fit æquipol-  
 lentia cōtradictoriarū: ut nō oīs homo currit, & quidā homo  
 nō currit. Secundus, per postpositionem negationis tantū, quo  
 modo fit æquipollētia cōtrariarū: ut oīs homo nō currit, &  
 nullus homo currit. Tertius per præpositionē & postpositio-  
 nē negationis simul: quo pacto fit æquipollētia subalternarū:  
 ut, nō oīs homo non currit, & aliquis homo currit. Tunc autē  
 duarū ppositionū formalis est æquiualentia, quādo subiectum  
 unius subiecto alterius, copula copulæ, & prædicatū prædica-  
 to quo ad oīa, scilicet suppositionē, ampliatiōem, restrictiō-  
 nem & appellatiōem cōsimiliter se habet. Præterea, cū quan-  
 titas unius quātitati alterius, & qualitas qualitati fit cōsimi-  
 lis, & similitudo quo ad reflexionem aut nō reflexionem p-  
 positionis seruetur, quādoq̄dem hæc oīa pertinet ad similem  
 formā categoricarū, ut sequētia ostendēt. ¶ Mox diffinitionē  
 sequēs principiū logicū, duos explicat dandi cōtradictionem  
 modos. Primus est: si datæ ppositioni non præponitur nega-  
 tio, datur eius cōtradictoria præponendo ei toti negationē:  
 ut, omnis homo est animal, nō omnis homo est animal. Quic-  
 quid enim contingit affirmare, contingit & negare. Secundus  
 est. Si datæ propositioni præponitur negatio: datur eius con-  
 tradictoria, negationem præpositam auferendo: ut, nō omnis  
 homo currit, omnis homo currit. Sane, quicquid cōtingit ne-  
 gare, cōtingit & affirmare. Et uterq̄ modus dicitur uniuers-  
 salis, q̄ cuiuslibet generis propositionibus, & categoricis, 21  
 & hypotheticis fit communis. ¶ Sequens autem regula dicit,  
 quod impossibile est duas propositiones nō æquiualētes ad-  
 inuicem, id est quarum una posset esse uera, altera existente

falsa, eidem tertiæ ppositioni cōtradicare, quæ sic demonstratur. Sint a & b duæ ppositiones nō æquiuales adinuicem: & ponantur cōtradicare eidem ppositioni c, si possibile est. Cū a & b sint ppositiones nō æquipollētes, per hypothesin: ergo per diffinitionē ppositionū nō æquivalentiū, possibile est unā earū esse uerā, altera existente falsa: sit itaq; a uera, & b falsa. Cum b sit falsa, & c sit eius cōtradictoria, per principiū cōtradictoriarū, c est uera. Tūc si c, ppositio est uera, & a eius cōtradictoria etiā est posita uera, sunt igit duæ cōtradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Et ex hac regula sequitur hæc affirmatiua, Quæcunq; ppositiones eidē cōtradiciūt, illæ inter se æqpollent: ut hæc, nō omnis homo est albus, cōtradicit huic, omnis homo est albus, per principiū præcedēs, & eidem uniuersali affirmatiuæ contradicit ista, aliquis homo nō est albus, per diffinitionem: ergo hæ duæ nō omnis homo est albus, & aliquis homo non est albus, inter se æquipollent.

22 ¶ Deinde, pime sequēs principiū logicū, duas continet partes, Prima, Quicqd cōtradicit uni æquiualetiū cōtradicit & alteri: ut ppositio, omnis homo currit, cōtradicit huic, nō oīs homo currit: & æqpollēt isti, aliqs homo nō currit: ergo data ppositio etiā contradicit huic, quidā homo non currit. Ita quicqd cōtrariatur, subcōtrariat, aut subalternat uni æquipollentiū, & alteri. Secūda, Quicqd æquiualeti uni æquipollentiū, etiā æquiualeti alteri: ut istæ duæ æquipollēt, nullus hō currit, & oīs homo nō currit. Et hæc, non quidā homo currit, æquiualeti huic, nullus homo currit: ergo & huic, omnis homo non currit. Quæcunque enim uni & eidem æquiualeti: ille inter se æquiualeti. sicut quæcunque uni & eidem sunt æqualia aut eadem, inter se sunt æqualia aut eadem.

¶ Negatio præposita signo uniuersali aut particulari, facit cōtradictorias æqpollere.

¶ Negatio postposita signo uniuersali, facit contrarias æqpollere.

¶ Negatio præposita & postposita signo uniuersali aut particulari, facit subalternas æqpollere.

¶ Si in aliqua propositione duo negatiua

uniuersalia signa, vnū in subiecto, & alterū in predicato ponatur: primū cōtrario, & secūdū suo cōtradictorio æquipollet.

Regula binarij	Regula ternarij	Regula quaternarij.			
Primum	Primum	.1.2.	1	1.3	1.2.3.
Secundum	Secundum	1.3.	2	1.4	1.2.4.
Primū, secūdū	Tertium	2.3.	2	2.3	1.3.4.
o o	o o	1.2.3	4	2.4	2.3.4.
o o	o	o	1.2	3.4	1.2.3.4

- 23 ¶ Prima regula æquipollentiarū sic intelligit. si dentur duæ ppositiones cōtradictoriæ, & earū uni præponatur negatio illa cui præponitur negatio, æquipollet alteri: ut hæ cōtradictū omne a est b, & aliquod a nō est b, & si primæ præponatur negatio hoc modo: nō omne a est b, ipsa æquipollet secundæ, aliquod a nō est b. Pater, nā hæc, aliquod a nō est b, cōtradicit isti, omne a est b, per diffinitionē cōtradictoriarū. Et ista, nō omne a est b, etiā cōtradicit huic, omne a est b, per primā dignitatē hic positā: ergo hæ duæ, aliquod a nō est b, & nō omne a est b, eidem ppositioni, omne a est b, contradicentes, inter se æquipollēt, per regulā paulo ante demonstratā. ¶ Secūda regula sic intelligitur. Si assignētur duæ ppositiones cōtrariæ, quarū uni postponatur negatio, ppositio cū negatione postposita æquipollet alteri: ut hæ sunt cōtrariæ, omne a est b, & nullū a est b: & si primæ ppositioni postponatur negatio, ipsa æquiualebit secūda: ut hæc, omne a nō est b, æquiualeat huic, nullū a est b. Pater, nā hæc, nullum a est b, cōtradicit huic, aliquod a est b, & eidē ppositioni, aliquod a est b, cōtradicit ista, omne a nō est b, per diffinitionē cōtradictoriarū: ergo hæ duæ, nullū a est b, & omne a nō est b, eidem ppositioni cōtradicentes æquiualeat, per regulā præcedentem, quod est ppositū. Negatio autē hic dicitur postponi, quando ponitur post totū subiectum uniuersaliter sumptum, & ante copulā. ¶ Tertia regula sic intelligitur. si dentur duæ ppositiones adinuicem subalternæ, quarum uni præponatur & postponatur negatio: illa cum negatione præposita & postposita sumpta æquiualeat alteri: ut hæ sunt subalternæ, omne a est b, & aliquod a est b: quarum primæ præponatur & postponatur negatio sic,

nō omne a nō est b: ipsa æq̄pollēt secūda, quoddā a est b. Pa-  
 tet, nā hęc, aliquid a est b, cōtradicit huic, omne a nō est b, p  
 diffinitionē cōtradictoriarū: & eidē uniuersali negatiuæ cō-  
 tradicit hęc, nō oē a nō est b, p primā dignitatē hic positā: er-  
 go hęc due, nō omne a nō est b, & aliquid a est b, eidē ppositio-  
 ni cōtradictōres, inter se æq̄pollēt. ¶ Quarta regula est de æq̄-  
 pollētia cōposita ex prima & secūda regulis, cuius hoc sit exē-  
 pli. In hac ppositione, nullus homo nullus lapis est, duo signa  
 uniuersalia negatiua ponunt: unū cū subiecto, & alterū cū p-  
 dicato, q̄re primū, scilicet quod subiectū determinat, æq̄pol-  
 let suo cōtrario, ois, & secūdū, quod determinat p̄dicatū, suo  
 cōtradictorio, quare p̄dicta ppositio æqualeat huic, q̄libet hō  
 aliqs lapis est. Primū patet, nā istæ sunt cōtrariæ, null⁹ homo  
 est lapis, & q̄libet homo est lapis: ergo si uni eaz̄ p̄ponatur  
 negatio: æq̄pollēt suo cōtrario. At dicēdo, nullus homo non  
 est lapis, siue, nullus homo nullus lapis est, postponit negatio,  
 uel signū uniuersale negatiuum uni eaz̄: ergo ipsa æq̄pollēt  
 alteri. Et p̄ cōsequēs istæ æq̄pollēt: nullus homo nullus lapis  
 est, & q̄libet homo aliqs lapis est. Secūdū patet, quia istæ sūt  
 cōtradictoriæ; homo nullus lapis est, siue, homo nō est lapis,  
 & q̄libet homo est lapis, p̄ diffinitionē cōtradictoriæ: ergo  
 si alteri eaz̄, ut puta primæ, p̄ponat negatio siue signum uni-  
 uersale negatiuum, æq̄pollēt suo cōtradictorio. At dicēdo,  
 nō homo nullus lapis est, siue, null⁹ homo nullus lapis est: ibi  
 primæ præponit negatio. At æq̄pollēt igif hęc, nullus homo  
 nullus lapis est, huic, q̄libet homo aliquis lapis est. ¶ Denique  
 subnectunt regulæ binarij, ternarij, & quaternarij, quæ etſi  
 cuilibet pposito sunt accommodabiles, ut in exponibiliū &  
 oppositionis determinatione uisum est: hic tñ secundum ma-  
 teriā subiectā, æq̄pollētis applicadæ sunt. Regula quidē bi-  
 narij, illis ppositionibus in q̄bus negatio duobus tantū lo-  
 cis ponit, primo in principio, & significat p̄ primum, secūda  
 do postponitur: & significatur per secundum, hoc pacto,

1 Nō q̄libet hōmo sedet. æq̄pollēt Aliqs hō nō sedet

2 Quilibet homo non sedet Nullus hō sedet

1 2 Non q̄libet homo non sedet Quidam hō sedet

Regula autē ternarij obseruat in illis ppositionibus ubi nega-  
 tio tribus locis collocari potest, primo p̄poni: & significatur  
 p̄ primū, secūdo, extremis interponi: & significat p̄ secūda-  
 dum, tertio, apponi copulæ: & significat p̄ tertij, hoc modo,

- Nullus homo nullus lapis est Ois homo aliqs lapis est  
 1 Nonnullus hō nullus lapis est Aliqs homo nō est lapis  
 2 Nullus hō nonnullus lapis est Ois hō ois lapis non est  
 3 Nullus hō nullus lapis nō est Ois hō aliqs lapis nō est  
 1 2 Nonnullus hō nōnull<sup>9</sup> lapis est Aliqs hō aliqs lapis est  
 1 3 Nōnullus hō null<sup>9</sup> lapis nō est Aliquis hō ois lapis est  
 2 3 Null<sup>9</sup> hō nōnullus lapis nō est Ois hō ois lapis non est  
 1 2 5 Nōnull<sup>9</sup> hō nōnull<sup>9</sup> lapis n̄ ē Aliqs hō aliqs lapis n̄ est

Regula uero quaternarij, applicatur eis propositionibus in quibus negatio quatuor locis poni potest. primo toti propositioni præponi: & significatur per primum, secundo præponi subiecto: & hic negationis situs significat per secundum: tertio, extremis interponi: & significatur per tertium: quarto, aponi copulæ: & significatur per quartum, hoc modo.

- Nusq̄ nullus hō nullus lapis est, æq̄ pollet huic,  
 In omni loco aliqs homo omnis lapis non est  
 1 | Nonnusquam nullus homo nullus lapis est  
 In aliquo loco omnis homo aliquis lapis est  
 2 | Nusquam nonnullus homo nullus lapis est  
 In omni loco omnis homo aliquis lapis est  
 3 | Nusquam nullus homo nonnullus lapis est  
 In omni loco aliquis homo aliquis lapis est  
 4 | Nusquam nullus homo nullus lapis non est  
 In omni loco aliquis homo, omnis lapis est  
 1 | 2 | Nonnusquam nōnullus homo, nullus lapis est  
 In aliquo loco aliquis hō omnis lapis non est  
 1 | 3 | Nonnusquam nullus hō nonnullus lapis est  
 In aliquo loco, omnis hō omnis lapis non est  
 1 | 4 | Nonnusquam nullus hō nullus lapis non est  
 In aliquo loco omnis hō aliquis lapis non est  
 2 | 3 | Nusquam nonnullus hō nonnullus lapis est  
 In omni loco omnis hō omnis lapis non est

- 2 | 4 || Nusquam nōnullus hō nullus lapis non est  
In omni loco omnis hō aliquis lapis non est
- 3 | 4 | Nusquam nullus hō nonnullus lapis non est  
In omni loco aliquis hō aliquis lapis non est
- 1 | 2 | 3 | Nōnusquā nonnullus hō nōnullus lapis est  
In aliquo loco atq; homo aliquis lapis est
- 1 | 2 | 4 | Nonnusquā nōnullus hō nullus lapis nō est  
In aliquo loco, aliq; homo omnis lapis est
- 1 | 3 | 4 | Nonnusquā nullus hō nōnullus lapis nō est  
In aliquo loco omnis homo ois lapis est
- 2 | 4 | Nusq; nōnullus hō nonnullus lapis non est  
In omni loco omnis homo, ois lapis est
- 1 | 2 | 3 | 4 | Nōnusq; nōnullus hō nōnullus lapis nō est  
In aliquo loco aliq; homo aliq; lapis nō est

28

Cū autē affirmatio in luce sit, negatio uero in tenebris: & quāto plures in eadē, ppositione ponunt negationes, tāto ipsa est obscurior. hinc authores in disciplinis nō utunt ferē plurib<sup>9</sup> q̄ duabus, aut ad summū tribus negationibus: sophistæ autē, plures inculcāt. Et negationes in numero pari cadētes sup copulā, ut duæ aut quatuor, reddūt eā affirmatā: in numero uero impari, ut tres aut quinque, efficiunt eā negatā, ppositionē mēq; negatiuā constituunt: ut superius data exempla manifestant.

¶ De consequentijs.

**C**onsequētia, est propositio hypothetica cuius principalis copula est nota illationis.

Notæ illationis sūt, ergo, ideo, igitur, itaq; si, siquidem, utique & similes.

¶ Antecedens, est prima pars cōsequētiæ.

¶ Consequens uero, est consequentiæ secundā pars.

- ¶ Cōsequētia mala, est cui<sup>9</sup> ātecedēs esse ve  
rū, cōsequēte existente falso, est possibile.
- ¶ Consequentia bona, est consequentia cui<sup>9</sup>  
ius antecedens esse verum consequente  
existente falso est impossibile.
- ¶ Consequentia materialis, est cōsequētia  
bona, non tenens in omnibus terminis si  
mili forma argumentandi retenta.
- ¶ Consequētia formalis, est consequētia bo  
na tenēs in omnib<sup>9</sup> terminis simili forma  
argumentandi retenta.
- ¶ Pertinētia ad formā categoricarum sunt  
hęc: similis quantitas, qualitas, suppositio,  
āpliatio, restrictio, appellatio suorū termi  
norū, & similitudo quo ad hoc quod est  
esse reflexiuū vel nō reflexiuū. Diuersi  
tas enī in aliqua istorū mutat formā cate  
goricarū. Et pręter hęc ad formā hypo  
theticarum & cōsequentiarū, idem nume  
rus terminorum, & similis situs eorum.
- ¶ Diffinit cōsequētia esse ppositio hypothetica: nā plures ha  
bet categoricas, utpote duas tāquā partes principales sui: qua  
rū una dicit ātecedēs & altera consequēs. p notā illationis ut  
copulā principalē adinuicē coniūctas, ut homo est rationalis,  
igif aial est rationale. Vt em̄ in ppositiōe categorica, copula  
uerbalis cōnectit extrema, subiectū & p̄dicatū: & hęc partes  
dicuntur materiales, illa uero formalis. Ita in cōsequētia, nota il  
latiōis (q̄ est cōiūctio, uni<sup>9</sup> ppositiōis ex alia denotās illatio  
nē, q̄lis est ergo, ideo, igif & similes) ut pars formalis, cōiūgit  
partes materiales & p̄cipales cōsequētię, ātecedēs & conse  
quēs. Añcedēs aut̄ est prima pars cōsequētię, hoc est ppositio



q̄ alterā infer: sicut subiectū est primū p̄positionis categori-  
 cæ extremū. Cōsequēs uero, est sc̄da pars cōsequētię, id est p̄-  
 positio q̄ inferit ex altera, quæ admodū p̄dicatū est sc̄dm extre-  
 mū p̄positionis. ¶ Cōsequētiæ malæ exēplū. ut sortes est hō,  
 27 ergo Sortes sedet. Si q̄dē possibile est Sortē esse hominem, &  
 eū minime sedere. Et mala cōsequētia æq̄ cōsequētia dicen-  
 da est atq; bona: sicut malus hō est hō, & p̄positio falsa est p̄-  
 positio. Quod em̄ est uerū in p̄positione categorica: id est bo-  
 nū in cōsequētia, & quod est falsum in categorica, est malū in  
 cōsequētia. Et diffinitio cōsequētiæ, nō minus malę q̄ bonę cō-  
 sequētiæ, cōuenire cōspicit. Cōsequētiæ bonæ exēplū. ut Sor-  
 tes currit ergo hō currit. Impossibile est em̄ ātecedēs esse uerū,  
 Sortes currit: quin simul cōsequēs hō currit sit uerū. In  
 his aut̄ diffinitōib⁹ modi possibile & impossibile, modales fa-  
 ciūt cōpositas, quō in disciplinis accipiūtur. Et hęc duę diffini-  
 tiōes supponēde sunt esse rectę: nā principia sunt, quibus nega-  
 tis, totalogica, ut neruis succis, redditur māca. Cōsequētię  
 materialis exēplū: ut Sortes currit, ergo Sortes mouet. Non  
 em̄ in sibi forma sequitur, Sortes currit, ergo Sortes morit: cū  
 possibile sit ātecedēs esse uerū, cōsequēte existēre falso. Cō-  
 sequētię deniq; formalis exēplū, ut oīs hō est aīal, ergo q̄dā  
 aīal est hō. Si quidē seruata cōsimili argumentādi forma, ex  
 28 quibuslibet terminis cōstituta cōsequētia erit bona. ¶ Postea  
 enumerātur ea q̄ ad similit̄ formā categoricā, id est, ut duę  
 categoricę p̄positiōes sint sibi formæ, prinēt. Primo requir̄  
 sibi eaz̄ quātitas: scilicet ut ambæ sint uniuersales aut parti-  
 culares aut alterius quātitatis. Sc̄do sibi utriusq; qualitas: ut  
 ambæ scilicet affirmatiuæ sint, uel ambæ negatiuæ. Tertiō,  
 suoz̄ terminoz̄ similis acceptio: ut subiectū unius, subiecto  
 alterius, copula copulæ, & p̄dicatū p̄dicato sit cōsimile penes  
 suppositionē, āpliationē, restrictionē & appellationē. Quarto  
 requir̄ ambaz̄ similitudo, q̄ ad hoc quod est esse reflexiuum  
 uel nō reflexiuū. id est, si una eaz̄ sit reflexiua, & altera: & si  
 una nō habeat reflexionē supra se: neq; altera. Proinde hęc duę  
 p̄positiōes, hęc p̄positio est falsa, demonstrata p̄ subiectū p̄po-  
 sitione, hō est lapis. Itē & ista, hęc p̄positio est falsa, demonstra-  
 ta p̄ subiectū ipsamet p̄positione: nō sunt similis formæ. ¶ Sc̄da  
 cūda est reflexiua, prima uero nō. Quod si in datis categori-  
 cis diuersitas fuerit in aliq̄ istoz̄, nō sunt similis formæ. Præter  
 ista ad formā eādē cōsequētiarū utq; duę cōsequētiæ sint si-  
 milis formæ, requir̄ q̄ ātecedēs ātecedēti similis sit formæ, &

cōsequēs cōsequēti. quinimo & pars siue antecedētis siue cōsequētis, parti cōsimili. Præterea requiritur idem numerus terminorū: in utraq; consequētia: ut si in una sint duo termini, & in altera: si in una tres, & in altera. Deniq; exigitur similis finis terminorū siue similitudo quo ad subiectionē & prædicationē: ut si terminus his positus temp; subijcitur in una consequētiarū, & in altera: & si idem terminus subijcit in antecedēte, prædicat aut in cōsequēte in una, & in altera. Et si idem terminus utrinq; prædicatur in una, & in altera. Quocirca, hæc duæ consequentiæ nō sunt similis formæ: omnis homo currit, ergo aliquis homo currit, & oīs homo currit, ergo quodā currens est homo. Nā in prima, idem terminus est subiectum antecedētis & cōsequētis, item & prædicatū. In secunda uero, subiectum antecedētis est prædicatū cōsequētis, & prædicatum antecedētis, subiectum est consequētis.

¶ Argumētari à nō distributo ad distributum, & à confuso ad determinatū, signo manente confusiuo: consequentiā impedit esse formalem.

¶ Si ad alicuius cōsequētiæ datæ antecedēs sequitur cōsequens: ad oppositū cōsequētis sequitur oppositū antecedētis. Oppositum, contradictorium.

¶ Si ad oppositū cōsequētis sequitur oppositum, aut repugnans antecedenti: consequentiā data ualet.

¶ Repugnantia sunt quæ simul esse vera non possunt.

¶ Quicquid sequit̄ ad cōsequēs bonæ cōsequētiæ: sequitur & ad eius antecedens.

¶ Prima regulæ hic positæ, duas habet partes. Prima, Argumētari à nō distributo ad distributū, id est, à termino particulariter sūpto in antecedēte, ad eūdē uniuersaliter sūptū in cōsequēte, impedit cōsequētiā esse formale, ut nō formali-

29 *ter* sequitur, ois homo est aial, ergo omne aial est homo: nā aial  
 mal in antecedēte particulariter sumit, in cōsequēte ꝑo, uni-  
 uersaliter. id tñ non impedit cōsequentiā materialē: nā recte  
 sequitur, ois homo est rationalis, ergo omne rationale est hō.  
 In cuius antecedēte, rationale particulariter, in cōsequēte ꝑo  
 universaliter sumit. Secūda pars, Argumētariā cōfuso ad de-  
 terminatū, signo manēte cōfuso, id est argumētariā a termi-  
 no accepto confuse tantū in antecedēte, ad eundē acceptū de-  
 terminate in consequēte, signo faciente terminū cōfufe stare  
 in antecedēte, manēte in cōsequēte, impedit consequentiā esse  
 formalem: ut nōn sequitur formaliter: ois homo est aial, ergo  
 aial est ois homo. Nā terminus animal, accept<sup>o</sup> in antecedēte  
 confuse tantū, accipit in cōsequēte determinate: signo confu-  
 suo omnis, qđ in antecedēte positū fuerat manēte in cōsequē-  
 te. ¶ Secūda regulā (quā magni in tota logica est momēti)  
 exēplum: ut recte sequitur, homo sedet, ergo aial sedet: ergo  
 ad oppositū siue contradictoriū consequētis, nullū aial sedet:  
 sequitur oppositū antecedētis, nullus homo sedet. quā sic ostē-  
 ditur. Sint a & b duæ ppositiones adinuicē cōtradictoriæ, &  
 c & d itidem inter se cōradicant: & sequatur a, ergo c, dico  
 etiā sequi: d, ergo b. Si em̄ nō sequatur: d, ergo b: possibile est,  
 per diffinitionem malæ consequētiæ, antecedens esse uerū, &  
 consequens falsum. Sit itaq; d antecedens uerū, & b cōsequēs  
 falsum. Cum per hypothesin b sit falsum, a suū cōtradictoriū  
 est uerū. Et cum sequatur a ergo c, ex hypothesi, & a antecē-  
 dens sit uerū, c consequens, per diffinitionem bonæ consequē-  
 tiæ, etiam esse uerū. Et d eius contradictoriū itidem positum  
 est uerū. Sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, qđ est  
 impossibile: quare data cōsequētia d ergo b, erat bona. Et si  
 ad antecēdēs sequitur cōsequēs in cōsequētia materiali: eodem  
 modo ad oppositū consequētis, per hāc regulā, sequitur op-  
 positū antecedentis. Si uero ad antecēdēs sequitur consequēs  
 formaliter: etiam ad oppositū sequitur oppositū formaliter.

30 ¶ Tertia regula duas habet partes. Prima, Si ad alicuius con-  
 sequentiæ datæ oppositū consequentis, sequitur oppositū siue  
 contradictoriū antecedētis: data consequētia ualeat, ut sit da-  
 ta consequentia, Sorres currit, ergo homo currit, quā quis du-  
 bitet esse bonam: concedat tamen ad oppositū consequentis,  
 nullus homo currit, sequi oppositum antecedentis, Sorres  
 non currit: datam cōsequentiā bonam esse concedat oportet.  
 Et hęc sic ostenditur, Contradicant inter se a & b, simis

liter c & d. & q̄s dubitet datā consequentiā a ergo c, esse bonā  
 admittens hāc ualere, d ergo b. Sic, pcedit. Cū p̄ hypothesin  
 sequat, d ergo b: ergo ad oppositum consequentis, sequitur op-  
 positum antecedentis p̄ pcedentem regulā: est igit̄ data conse-  
 quentia, a ergo c, bona quod est, ppositum. Posset & hęc p̄ im-  
 possibile ostendi: sicut regula pcedens. ¶ Scđa pars, Si ad da-  
 tā consequentiā, oppositum consequentis sequitur repugnās  
 antecedentis: consequentia data ualere. Sit data cōsequētia, Sor-  
 tes currit, ergo aīal currit, q̄ dubitetur esse bona: concedat tñ  
 ad oppositum consequentis, nullum aīal currit, seq̄ repugnās  
 antecedentis, nullus homo currit: necesse est & primā conse-  
 quentiā esse bonā. Quæ q̄dem pars sic demonstrat. Sint a & b  
 duæ ppositiones adinuicem cōtradictorię: similiter c & d in-  
 ter se cōtradictarię: sitq̄ e, ppositio repugnās ip̄ si a. Et dubitet̄  
 hęc c consequentia ualere, a ergo c concedat tñ ad d oppositū  
 consequentis, seq̄ e repugnās antecedētis. Dico datā consequē-  
 tiā, a ergo c, esse bonā. Si em̄ non sit bona, possibile est antecē-  
 dens esse uerū, consequēte existente falso, p̄ diffinitionem ma-  
 læ cōsequentiā. Sit itaq̄ antecedens a, uerū, & consequēs c, fal-  
 sum. Cum c, p̄ hypothesin sit falsum: d, suum cōtradictoriū,  
 p̄ legem cōtradictoriā, est uerū. Et cum ad d, sequat e, per  
 hypothesin: & d antecedens sit p̄batum uerū: etiā e consequēs,  
 p̄ diffinitionem bonæ consequentiā, est uerū. & a repugnās ip̄  
 sius, etiā positum est uerū. Sūt igit̄ duæ ppositiones repugnā-  
 tes simul ueræ: quod est cōtra, diffinitionem repugnātū. Re-  
 pugnātia si q̄dem, siue ppositiones repugnātes, sunt ppositio-  
 nes q̄ simul ueræ esse non possunt. ut homo est aīal, & homo  
 est insensibilis. omne aīal est sanum: & aliq̄s homo est æger.  
 ¶ Quartę & postremę regulę exēplū ut recte sequitur: homo  
 est, ergo aīal est, ad q̄ quidē cōsequēs sequit̄ alterū cōsequēs,  
 substantia est: quare datū ultimū consequens, substantia est, seq̄-  
 tur ad primū antecedēs, homo est: q̄ hoc modo demonstratur.  
 Ad a sequat b: ad b, c: & ad c sequat d. Dico ad a primū ante-  
 cedēs, sequi d, ultimū cōsequēs. Si em̄ non sequat, a ergo d: sit  
 antecedēs a, uerū, & cōsequēs d, falsum. Tūc sic, Ad a, ex hy-  
 pothesi, sequit̄ b: & a antecedens est uerū p̄ hypothesin: ergo  
 & b cōsequens est uerū. Ultra, ad b sequitur c, p̄ hypothesin:  
 at b antecedens est uerum: ergo & c consequens. Deniq̄, ad c  
 sequitur d, per positū: & c antecedens est uerū: ergo d cō-  
 sequens. & ipsum modo concessum est falsum, igitur eadē p̄-  
 positio sim̄ uera est & falsa, quod est impossibile. Fuit igitur

consequentia de primo consequente ad ultimum consequens  
 procedens bona.

¶ De conuersionibus.



Conuersio, est subiecti in prædicatū mutatio. Et est subiecti in prædicatum mutatio: quādo duarū propositionū subiectū vnius est prædicatū alterius, & e contra, prædicatum vnius est subiectum alterius.

¶ Et cōuersio bōa dicitur: cū illarū propositionū vna, de necessitate sequitur ad alterā. De necessitate: in cōsequentianecessaria, in consequentia formali. Et talis consequentia antecedens dicitur conuersa, & consequens, conuertens.

¶ Mala vero cōuersio, quādo ad cōuersam nō de necessitate sequitur cōuertens.

¶ Cōuersio simplex, est qñ cōuersæ ad conuertentē, manēte eadē quātitate & qualitate, est formalis consequentia.

¶ Cōuersio per accidēs, quādo cōuersæ ad conuertentem, manente eadem qualitate, sed mutata quantitate, etiam est formalis consequentia.

¶ Conuersio per cōtrapositionem, est quādo mutatis terminis finitis in terminos infinitos, conuersæ ad conuertentem, ma-

nente eadem qualitate & quãtitate, est bona consequentia.

¶ Particulare & indefinitum, eãdem reputantur habere quãtitate. Singularia reiecta sunt à disciplinã.

¶ Ad propositionẽ implicitã ne respõdeas, priusquam explicueris illam.

¶ Diffinitur hic conuersio, ut, ppositiois categoricæ passio est: & bonã conuersionẽ, & malã cõiter cõplectens. Et fit inter ppositiones participãtes utroq; termino, ordine cõuersio: in quibus subiectũ primæ, est p̄dicatũ secũdæ: & p̄dicatũ primæ, subiectũ secũdæ, ut homo est sedens, & sedens est homo. Siquidẽ in his, est subiecti in p̄dicatũ mutatio & econtra, cũ homo subiectũ primæ, sit p̄dicatũ secũdæ, & sedens p̄dicatũ primæ, sit subiectũ secũdæ. Imò inter quascũq; duas categoricas trãpositos; extremos; est ea quæ diffinitur cõuersio. Diuiditur autẽ cõuersio, in bonã cõuersionẽ & in malam. Bona cõuersio, est in qua ad conuersam de necessitate & formaliter sequitur cõuertẽs, ut ois homo est aial, ergo aliquod animal est homo. Cõuersa autẽ, est ppositio quæ cõuertitur, & est cõuersionis antecedens, ut in dato exẽplo, ppositio, ois homo est animal. Conuertẽs autẽ, est ppositio in quã altera cõuertitur: & est cõuersionis cõsequens, ut in p̄dicto exẽplo ppositio, quoddã animal est homo. Mala autẽ cõuersio, est quãdo ad conuersam nõ formaliter sequitur conuertens, ut omnis homo est aial: ergo omne aial est homo: ois homo est rationalis: ergo omne rationale est homo. ¶ Diuiditur autẽ bona cõuersio, in cõuersionẽ simplicẽ, & conuersionẽ per accidens. Conuersio simplex, est cõuersio bona, cuius cõuersa & cõuertẽs sunt eiusdẽ qualitatis & quãtitalis, ut nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo. Siquidem conuersa est uniuersalis negatiua, sicut & conuertẽs. Cõuersio per accidens, est cõuersio bona, cuius conuersa & conuertens sunt eiusdem qualitatis, sed diuersẽ quãtitalis, ut omnis homo est aial: ergo aliquod aial est homo. Nempe conuersa, uniuersalis est affirmatiua: conuertens uero particularis affirmatiua. ¶ His autem conuersionis speciebus, annumerari solet conuersio per contrapositionem, quæ proprie conuer-

31

32

33

Non est, cum in ea non profus manet idem termini in con-  
 uersa & conuertente: sed mutantur finiti in infinitos: neque est  
 bona conuersio, cum ad conuersam non formaliter sequatur con-  
 uertens. Quia tamen in ea fit extremorum aliquo modo transpo-  
 sitio: aliqua cum predictis habet similitudinem. Et ea est duplex,  
 quedam in qua conuersa & conuertens eiusdem sunt qualitatis  
 & quantitatatis. Et ea in litera diffinitur: ut ois homo est animal  
 ergo omne non animal est non homo. Vbi tamen conuersa con-  
 uertens est uniuersalis affirmatiua. Alia uero in qua conuersa  
 & conuertens, eiusdem sunt qualitatis sed diuersae quantitatatis, ut ois  
 homo est animal: ergo aliquid non animal est non homo. Et haec se-  
 quitur ex prima, ut posteriores regulae declarabunt. Mutan-  
 tur autem termini finiti in infinitos: quando termini finiti positi  
 in antecedente sunt infiniti in consequente: ut in datis exemplis,  
 homo est animal, termini sunt finiti in antecedente: in consequen-  
 te uero, & transpositi sunt & infiniti, ut non animal non homo.  
 ¶ Diffinitionem autem conuersionis per contrapositionem sequens  
 regula, sic intelligitur. Propositio particularis & indefinita,  
 eadem reputatur habere quantitatem: & de particularibus indefi-  
 nitisque, quo ad conuersionem, idem est iudicium: quare si particula-  
 ris in indefinitam, aut indefinita in particularem conuertatur: ea  
 conuersio simplex est, neque mutata ibi quantitas ceseri debet: ut  
 quidam equus est animal: ergo animal est equus, & ediuerso. Preterea  
 cum singularia, propositionesque singulares reiectae sint a discipli-  
 nis, de earum conuersione non est habenda cura nec mentio: imo  
 neque de earum propositionum conuersione, quae ex subiecto  
 communi & predicato singulari constituuntur: quoniam nec  
 diffinitiones nec regulae Aristotelis de illis intelliguntur, sed  
 de iis solum propositionibus quae utrunque extremum habent  
 commune. ¶ Proxime consequens regula praecipit, quod si  
 cuiquam offeratur propositio conuertenda quae truncata sit &  
 implicita, ea antequam conuertatur, explicanda est: & tum de-  
 mum conuertenda, cum penitus explicata fuerit, ut propositio  
 cari, lapis est existens in muro: quae explicata, deinde sic con-  
 uertitur: existens in muro est lapis. Ita haec, nihil est in domo,  
 primum sic explicatur: nullum ens est existens in domo: & dein-  
 ceps ita conuertitur, nullum existens in domo est ens. Potest  
 & haec regula (quae communis sit) ad quamlibet aliam materia-  
 am applicari, sed haec intelligentia secundum materiam sub-  
 iectam praesentiarum expectanda est,

Vniuersalis affirmatiua cōuertitur in particularem affirmatiuā per accidens: & in vniuersalem & particularem affirmatiuā per contrapositionem.

Vniuersalis negatiua, cōuertitur simpliciter in uniuersalē negatiuā: & per accidēs in suā particularē: & in particularem negatiuam per contrapositionem.

Particularis negatiua, cōuertitur in particularē negatiuā per cōtrapositionem.

Particularis affirmatiua, cōuertitur simpliciter in particularem affirmatiuam.

¶ Quatuor regularē cōuersionū, scdm quatuor ppositionum 34  
 categoricarū: (qbus cōpetere potest cōuersio) numerū datarū, priā tres habet partes. Prima, uniuersalis affirmatiua cōuertitur in suā particularē affirmatiuā p accidēs, ut omnis hō est aīal: ergo quoddā aīal est homo: quē sic demonstratur. Sit data uniuersalis affirmatiua, omne a est b, dico eam cōverti in suā particularē affirmatiuā, quoddā b est a. Si em̄ non recta fuerit cōuersio, neq; bene sequatur, omne a est b, ergo quoddā b est a: possibile est, p diffinitionē malæ cōsequētiæ, antecedēs esse uerū & consequēs falsum. Sit itaq; antecedēs, omne a est b, uerū: & consequēs, quoddā b est a, falsum. Cū consequēs sit falsum: suū contradictoriū, nullū b est a, est uerū. Et cū antecedēs sit uerū, per hypothesin: in ipso a & b de se inuicē uerificatur: quare, p primā dignitatē in legibus oppositarū, posita, a & b de eodē tertio uerificabūtur. Sit itaq; illud tertiū & singulare de quo ambo uerificantur, c: ut sit hæc uera, c est a, itidē & hæc, c est b. Tunc sic, bene sequitur, c est a, & c est b, ergo aliqd b est a, p scdm dignitatē prius posita: sed maior est uera per positū, similiter & minor: ergo & cōclusio est uera: & sua contradictoria, nullū b est a, etiā concessa uera: sunt igitur duæ contradictoriæ simul uerę, quod est impossibile. Posset & hæc eisdem principijs ostensue probari: ostenderet qd pposito antecedēte uero, necesse sit consequēs esse uerū,



quod ex præcedenti facile factu est. Secūda pars est, uniuersalis affirmatiua cōuertit̄ p̄ cōtrapositionē in uniuersalē affirmatiuam: ut oīs homo est rationalis, ergo omne nō rationale est nō homo. Ad quā & sequētes de cōuersione p̄ cōtrapositionē regulas, pbādas, supponēde sunt quatuor regulæ argumētandi ab affirmatiua ad negatiuā & ediuerso, prædicato penes finitū & infinitū uariato. Prima, Ab affirmatiua de prædicato finito, ad negatiuā de prædicato infinito eiusdē subiecti & quātitatis, est necessaria cōsequētia: ut hō est iustus, ergo hō nō est nō iustus. Secūda, Ab affirmatiua de prædicato infinito ad negatiuā de prædicato finito, eiusdē itidē subiecti & quātitatis, est formalis cōsequētia: ut hō est nō iustus, ergo hō nō est iustus. Tertia, A negatiua de prædicato finito cū cōstantia subiecti sumpta ad suā affirmatiuā de prædicato infinito est necessaria cōsequētia: ut hō nō est iustus, & hō est, ergo hō est nō iustus. Quarta, A negatiua de prædicato infinito cū cōstantia subiecti sumpta, ad suā affirmatiuā de prædicato finito, est necessaria cōsequētia: ut hō nō est nō iustus, & hō est, ergo hō est iustus. Quarū q̄dem demonstratio, ex secūdo libro perihermenias Aristotelis (ubi eas ponit) desiderāda est. E is aut̄ hic suppositis, ostēdit̄ secūda pars primæ regulæ, p̄posita. Sit data uniuersalis affirmatiua, omne a est b: dico eā cōuerti in hāc, omne nō b est nō a. Nā bene sequitur, omne a est b, ergo omne a nō est nō b: per primā regulā hic positā. Et ultra sequitur, omne a non est non b: ergo omne non b nō est a: per cōuersionem uniuersalis negatiuæ, in seipsam. Ulteri⁹ sequitur, omne non b non est a: & omne nō b est, ergo omne non b est non a, per tertiā regulā hic positā. Quare de primo ad ultimū sequitur, omne a est b: ergo omne non b est non a, quod est p̄positū. Et si in huiusmodi consequētiæ antecedente non exprimat̄ cōstantia subiecti consequētis: ipsa consequētia solū est materialis: ut in exēplo dato. Si ꝑo exprimat̄, consequētia est necessaria & formalis: ut omne a est b, & non b est, ergo omne non b est non a. ¶ Tertia primæ regulæ pars est, uniuersalis affirmatiua: ut oīs homo est rationalis, ergo quoddā non rationale est non homo. Quæ sic ostēdit̄. Sit data uniuersalis affirmatiua omne a est b. Dico eā bene conuerti in hāc, aliqd̄ non b est non a. Nā recte sequitur: omne a est b: ergo omne non b est non a: ut modo ostensum est in parte præcedēte. Et ultra sequitur: omne non b est non a: ergo aliqd̄ non b est non a, p̄ legē subalternatiuā: ergo de primo ad ultimū bene sequitur, omne a est b: ergo

aliquid non b est non a: qđ est, ppositi. Qđ si antecedēti adiū-  
 gatur constātia subiecti cōsequētis, consequētia erit formalis.  
 ¶ Secūda regula conuersionū tres itidē habet partes. Prima,  
 Vniuersalis negatiua, conuertit simpliciter in uniuersalē ne-  
 gatiuā: ut nullus homo est lapis: ergo nullus lapis est homo.  
 Quæ sic ostendit. Sit data uniuersalis negatiua, nullū a est b.  
 Dico eā bene conuerti in hanc, nullū b est a. Si em̄ non sequat,  
 nullū a est b, ergo nullū b est a: sit antecedēs gratia disciplinæ  
 uerū, & consequēs falsum. Cū consequens, nullū b est a, sit fal-  
 sum, suū contradictoriū, aliqđ b est a, est uerū. In quo, cū b & a  
 uerificātur de se inuicē, & de eodē tertio, per primā dignita-  
 tē in legib<sup>9</sup> oppositarū positā, uerificabūtur, qđ sit c. Est itaq;  
 hæc uera, c est a: item & hæc, c est b. At bene sequitur, c est b, &  
 c est a: igitur aliqđ a est b, per secundā dignitatē eodē loco po-  
 sitā. Maior autē est uera, item & minor, ut ostensum est: igit &  
 conclusio est bona. Cuius etiā contradictoria, nullū a est b, po-  
 sita est uera. sunt igitur duæ contradictoriæ simul ueræ, qđ est  
 impossibile. Erat igitur prima conuersio bona. ¶ Secūda pars  
 est. Vniuersalis negatiua conuertit per accidēs in suā particu-  
 larē negatiuā: ut nullus homo est lapis, ergo qdam lapis nō est  
 hō. Quæ sic ostenditur. Sit data uniuersalis negatiua, nullū a  
 est b, dico eā recte conuerti in hęc, quoddā b non est a. Paret:  
 nā bene sequitur, om̄e b est a, ergo quoddā a est b, p conuersionē  
 uniuersalis affirmatiuæ in suā particularē: ergo ad oppositū  
 consequētis, nullū a est b, sequitur oppositū antecedētis, quoddā  
 b non est a, p regulā consequētiarū, ante cōuersionis determi-  
 nationē demonstratā. Posset & hęc pars ostēdi p primā huius  
 regulæ partē, coadiuuante secundo loco lege subalternarū, &  
 deniq; consequētia de primo ad ultimū facta. Tertia pars est.  
 Vniuersalis negatiua conuertit p contrapositionē in particu-  
 larē negatiuā: ut nullus homo est lapis, ergo qdam non lapis  
 non est non hō. huius autē demonstratio indiget auxilio cōuer-  
 sionis particularis negatiuæ per cōtrapositionē: ideo ea prius  
 ostēdēda est. ¶ Tertia regula. Particularis negatiua conuer- 36  
 titur in particularē negatiuā per contrapositionē, ut qdam  
 homo non est lapis, ergo qdam nō lapis nō est non hō. Quæ sic  
 ostēdit. Sit data particularis negatiua, qđdā a non est b. Dico  
 eam bene conuerti in hęc, quoddā nō b non est non a. Nā bene  
 sequitur, quoddā a non est b, & a est, ergo quoddam a est non b:  
 per tertiā regulā paulo ante positam. Et ultra sequitur: quoddā  
 a est nō b: ergo quoddā nō b est a, per cōuersionē particularis

affirmatiuæ in seipsam. Et ultra ad hanc, quoddã nõ b est a, sequitur ista, quoddã nõ b non est non a, per primã regulã: ergo de primo ad ultimũ sequitur: quoddã a non est b, ergo quoddã nõ b nõ est nõ a. Quod si in antecedere exprimat cõstãtia subiecti antecedentis, talis cõsequẽtia erit formalis, alioqn solũ erit materialis. Ex hac regula, tertie regulæ præcedentis pars ita ostẽditur. Sit data uniuersalis negatiua, nullũ a est b. dico eã bene cõuerti in hanc particulã negatiuã, quoddã non b non est nõ a. Nam bene sequitur, nullũ a est b, ergo quoddã a nõ est b, ab uniuersali ad suam particulã. Et ultra sequitur, quoddã a nõ est b, ergo quoddã b nõ est nõ a, per tertiam regulam modo ostẽsam. ergo de primo ad ultimũ bene sequitur, nullũ a est b, ergo quoddã nõ b nõ est nõ a, qd est ppositũ. ¶ Quartæ regulæ ostẽdentis conuersionẽ particularis affirmatiuæ exẽplũ: ut necessario sequitur, aliqũs homo est aial, ergo aliqũd aial est hõ. Quæ sic demonstratur. Sit data particularis affirmatiua, quoddã a est b. Dico eã bene cõuerti in particulã affirmatiuã, quoddã b est a. Paret: nõ formaliter sequitur per secundam regulam conuersionũ, nullũ b est a, ergo nullũ a est b: igitur ad oppositum consequentis, quoddã a est b, formaliter sequitur oppositum antecedentis, quoddã b est a, quod est propositum.

**Si cõsequẽtia propter defectum uel defectus non valeat, amoto illo, uel amotis illis, consequẽtia ualebit.**

**Sẽper ualeat cõuersio, dũ modo nõ argumẽte a nõ distributo aut indebite a cõfuso. Sola forma qua Aristoteles utitur p̄tinet ad disciplinas: cæteræ autẽ sunt a disciplinis reiectæ.**

**Vniuersalis affirmatiua de p̄dicato trãscẽdẽte & particularis negatiua de subiecto non supponente, non conuertuntur per contrapositionem.**

**Trãscendens in ea significatione qua utitur**

tur, vt ad omnia commune est.

¶ Prima regulæ hic posite (quæ est dignitas, intellectus termini, apprimè nota) exemplū: ut hæc consequentia non ualeat, quoddam animal non est homo, ergo quoddam homo non est animal, quod ibi fiat argumentatio à non distributo ad distributū: ergo illo defectu remoto, & nullo alio de nouo commissō, prædicta consequentia erit bona hoc pacto, Quoddam animal non est homo, ergo quoddam homo animal non est.

38 Quauis enim particularis negatiua, neque simpliciter, neque paccidens conuerti possit secundum formam Aristotelis, tamen bene conuertitur secundum formas sophistarū, quæ sequens regula ostendit. ¶ Nepe per primam proxime sequentis regulæ partem, particularis negatiua sex modis conuerti potest: in sophismatū determinatione tantummodo locū habentibus. Primo, in particularē negatiuā cuius prædicato addit signū uniuersale: ut quoddam a non est b, ergo quoddam b non omne est a. Secundo, in particularē negatiuā, cuius prædicato addit pronomen idem: ut quoddam a non est b, ergo quoddam b non est idem a. Tertio, in particularē negatiuā de prædicato negationi præposito & non distributo: ut quoddam a non est b, ergo quoddam b, a non est. Quarto, particularis negatiua conuertitur in uniuersalē negatiuā de prædicato sumpto cum signo uniuersali: ut quoddam a non est b: ergo omne b non omne est a. Quinto, in uniuersalē negatiuā de prædicato sumpto cum relatiuo idem: ut quoddam a non est b, ergo omne b non est idem a. Sexto, in uniuersalē negatiuā de prædicato negationi præposito, & exinde particulariter sumpto: ut bene sequitur, quoddam a non est b, ergo omne b aliquod a non est. Secundæ partis eiusdem regulæ exemplū: ut non sequitur, omnis homo est animal, ergo animal est omnis homo, quod ibi fiat argumentatio indebite à confuso, hoc est à termino stante confuse tantū in antecedente, ad eundem stantem determinate in consequente, signo manente confusiuo: illo autem defectu amoto per regulam præcedentem, bona erit conuersio: ut omnis homo est animal, ergo animal est homo. ¶ Forma autem qua utitur Aristoteles, est in qua extrema debito ponuntur situ: ut

39 subiectū ante copulam, & prædicatum post copulam. Quod si nonnunquam prædicatū copulæ & negationi gratia elegantie præponitur: intelligitur tamen utriusque postpositū, & eodem penitus modo sumptū ac si postponeret. Præterea ubi extrema, termini sunt communes & non singulares. Vbi itidem prædicato non additur aliquod signum uniuersale, aut aliud quicquid propositionem reddēs ineptam, & affirmatiuæ prædicatū particulariter, negatiuæ uero uniuersali sumat, Vbi denique copula ab

soluit à tēpore. Ceteræ autē formę, in qbus copula accipit pro  
 determinato tēpore, aut aliqd alioꝝ q̄ dicta sunt deest, sunt à  
 disciplinis reiectæ. Et inuestigatur huiusmodi p̄positiones  
 p̄ regulas ampliationū. ut ois homo est currēs: ergo quoddā cur  
 rēs est homo. Ois homo fuit currēs: ergo quod fuit currēs, est  
 uel fuit homo. Ois homo erit currēs: ergo quod erit currēs,  
 est uel erit homo: & ita de cæteris p̄ regulas ampliationis or  
 dinē: obseruata semp̄ hac regula, In omni conuersione termi  
 ni teneant uniuoce: neq; latius, neq; pressius, neq; dissimili mo  
 do appellēt: sed eodē modo teneātur. ¶ Sequens regula duas  
 cōtinet particulas. Prima, Vniuersalis affirmatiua de p̄dica  
 to trāscēdente, nō cōuertit p̄ cōtrāpositionē. Vt nō sequitur: ois  
 homo est ens: ergo omne nō ens est nō homo. cū ārecedēs sit  
 uerū & cōsequēs falsum. cū sit p̄positio affirmatiua cui⁹ subie  
 ctū, nō ens, p̄ nullo supponit. ex q̄ terminus eius finitus, ens, p̄  
 qlibet accipit. ¶ Scda pars est, Particularis negatiua de subie  
 ctō nō supponēte, nō cōuertit p̄ cōtrāpositionē. Vt nō sequitur:  
 chimæra nō est homo: ergo aliqs nō homo nō est nō chimæra,  
 cū ārecedēs sit uerū & consequēs falsum: ex q̄ eius cōtradictō  
 riū, ois nō homo est nō chimæra, sit uerū. Quod em̄ terminus  
 finitus chimæra p̄ nullo accipit: eius terminus infinitus, non  
 chimæra, p̄ qlibet accipit sicut & ens: p̄dicta igit̄ uniuersalis  
 affirmatiua, æqualest̄ isti, ois nō homo est ens, at illa est uera:  
 40 igit̄ & sua æqualēs, ois nō homo est nō chimæra. ¶ In prima  
 aut̄ parte regulæ, sumit̄ trāscēdēs, p̄ trāscēdēte scdm̄ signifi  
 cationē: quod scilicet significationē habet cōmunem, oia suo  
 ambitu cōplectētē, ut ens, aliqd, res, unū: q̄ qdem trāscēdētis  
 significatio apud Aristotē nō est, pbata, uocātem id trāscen  
 dēs, quod aptū est uocabulū ad philosophandum de rebus su  
 pramundanis, hæc sensibilia longe trāscēdētib⁹: ut ens, unū,  
 bonum, uerum, & reliqua diuinæ philosophiæ nomina.

### ¶ De propositione hypothetica.

**P**ropositio hypothetica, est proposi  
 tio plures habens categoricas par  
 tes principales sui: atque adinuicē  
 coniunctas.

Propositio conditionalis, est propositio hy  
 pothetica cuius principalis copula est nō

ta illationis si, aut illi æquivalens.

Conditionalis vera, est conditionalis cuius antecedens esse verum, consequente existente falso, est impossibile. Antecedens conditionalis, est prima eius pars. Et consequens, est eius secunda.

Prima pars conditionalis, est ea cuius pars quæ immediatius coniunctionem si, aut æquivalens sequitur.

Conditionalis falsa, est conditionalis cuius possibile est antecedens esse verum, consequente existente falso.

Copulatiua, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est coniunctio copulatiua &, aut æquivalens.

Copulatiua vera, est copulatiua, cuius vtraque partium vera est. Pars, pars principalis, propinqua, tota.

Copulatiua falsa, est copulatiua cuius altera partium est falsa.

¶ Propositionis hypotheticæ diffinitio, duplices eius partes explicat: scilicet materiales quæ sunt plures categoricæ: aut due, si simplex sit hypothetica: aut plures duabus, si sit hypothetica composita. Simplex quædam hypothetica, est cuius utraque pars principalis, est propositio categorica: ut homo sedet, & equus mouetur. Composita uero: cuius altera pars principalis est propositio hypothetica: ut omne animal est sensibile, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est sensibilis. Et hæc in analogia respondet propositio ni categoricæ: cuius alterum extremum est complexum, ut animal ratio nale est substantia. illa uero categoricæ cuius utrumque extremum est incomplexum: ut homo est animal. ¶ Scdo, eadem diffinitio ex 41

plicat partē formālē siue copulā partiū principalīū: q̄ est con-  
 iunctio aut aliqd̄ cōiūctiōē includēs: p̄inde atq; copula uer-  
 balis est copula propositionis categoricæ. Exemplū diffini-  
 tionis. ut si hō est aīal, homo est substātia. Partes principales  
 43 sunt hæ duæ categoricæ, hō est aīal, homo est substātia, ad in-  
 uicē cōiūctiōē si, copulatē. ¶ Sunt autē p̄positionis hypothe-  
 ticæ tres p̄cipuæ species: cōditionalis, copulatiua, & disiūcti-  
 ua: ad quas cæteræ oēs reducunt, ut sequētia ostendēt. Propo-  
 sitionis cōditionalis exēplū. ut si hō currit, homo mouet: cui⁹  
 principalis copula est nota illationis si. Similiter hō currit, er-  
 go hō mouet: cuius principalis copula æqualēt notā illatio-  
 nis si. ¶ Vnde oīs p̄positio hypothetica cuius partes p̄ notā il-  
 lationis cōnectunt, ad cōditionalē reducūt. nā q̄libet illationis  
 nota, æquale notā illationis si. In oī autē consequētia, princi-  
 palis copula, est nota illationis p̄ diffinitionē. q̄re oīs cōsequē-  
 44 tiam, aut cōditionalis est aut ad cōditionalē reducūt. De condi-  
 tionali uera, exēplū. ut si oīs hō sedet: aliq; homo sedet, cuius  
 impossibile est antecedens esse uerū: cōsequente existēre falso.  
 Datæ autē cōditionalis antecedens est, oīs hō sedet, q̄a est prima  
 pars cōditionalis, & immediate sequens notā illationis si. cō-  
 sequēs uero eiusdē est, aliq; hō sedet: q̄a est sc̄da pars cōditio-  
 nalis, & nō sequēs immediate cōiūctiōē si. Quod si trāspo-  
 situs fuerit, p̄positionum ordo hoc modo: aliq; hō sedet, si oīs  
 homo sedet: nihilominus, p̄positio, oīs homo sedet, est antecē-  
 dens, quāuis sc̄do ponat lo co. & aliq; homo sedet, est cōsequēs  
 tamen si primo loco cōstituat. Non em̄ hic ordo partiū sc̄dm  
 sitū considerat: sed sc̄dm consequentiā & collocatiōē ad no-  
 tā illationis. In rationalit⁹ autē p̄positionibus, q̄ ad cōditiona-  
 les reducunt, antecedens est p̄positio p̄cedens notā illationis:  
 cōsequens uero, q̄ eā sequitur. ut oīs homo sedet: ergo homo se-  
 det, p̄positio, oīs homo sedet, est antecedens: & homo sedet, est  
 consequens. ¶ Cōditionalis falsæ exemplū. ut si oīs homo se-  
 det, aliq; homo loquitur. Siq̄dem possibile est antecedens esse ue-  
 rū: cōsequēte existēte falso. Et si sumatim, oīs bona cōsequētia  
 est cōditionalis uera, & ediuerso, ut ex diffinitionib⁹ utriusq;  
 q̄ constat. Similiter oīs mala cōsequētia, est cōditionalis falsa,  
 & eōtra: ut utriusq; diffinitiones clare ostēdūt. ¶ De p̄posi-  
 tione copulatiua exemplū: ut oīs homo est aīal, & oīs homo  
 est rationalis. in q̄ principalis copula est cōiūctio copulati-  
 ua &. Cui q̄dem cōiūctiōni æqualēt cæteræ cōiūctiōes  
 copulatiuæ: ac, atq; q; nec, neq;. Eadē p̄positio data, est exē-

plū copulatiuæ ueræ, cū eius utraq; pars sit uera. Sane cuiuslibet copulatiuæ, duæ sunt partes: prima scilicet q̄ p̄cedit cōiūctiōne copulatiuā: & sc̄da, q̄ eā sequitur. Et sumit hic, imō in tota hypotheticæ determinatione, pars, p̄ parte principali & totali siue p̄pinq̄, q̄ scilicet totius hypotheticæ solū pars est & nō partis, & nō p̄ parte minus principali, partiali siue remota: q̄ est pars partis, & nō solū totius. Quare istę nō sunt copulatiuę ueræ, Aristoteles fuit quādo Adā fuit: Aristoteles fuit ubi Adā fuit. Nā licet partes remotę eiusdē copulatiuę q̄ sunt, Aristoteles fuit, Adā fuit, sint simul uerę: nō tñ partes principales & p̄pinq̄, q̄ p̄ resolutionē aduerbiū sumēdæ sunt. Primæ em̄ p̄positionis principales partes sunt, Aristoteles fuit in aliquo tpe, & in eodem Adā fuit, quare sc̄da pars, est manifeste falsa. Sc̄dæ uero, p̄positionis partes, p̄pinq̄æ sunt: prima, Aristoteles fuit in aliq̄ loco: sc̄da, & in eodē Adā fuit. Et hæc etiā est falsa: quare abæ sunt copulatiuæ falsæ. ¶ Copulatiuę falsę exemplum, ut dīs homo est animal, & aliquis homo est lapis. Siq̄dem altera eius pars, scilicet secunda, est falsa. Ita si prima pars solum sit falsa, ut homo est lapis, & homo est aīal. Deniq; si utraque pars fuerit falsa, ut homo est lapis, & equus est asinus: tota copulatiua per diffinitionem est falsa.

Sub copulatiua continentur temporalis, localis, similitudinis, expletīua, causalis, relationalis, substantiæ, quātitatis, qualitatis, & exponibiles. Exponibiles sūt exclusiuæ, exreptiuę, reduplicatiuæ, cōparatiuę, de differt & æqualētibus de incipit & desinit. Sub incipit cōprehēdūtur generatur, fit, acquiritur. Sub desinit uero: corrumpit, deperditur, non fit, & similia.

Temporalis est propositio hypothetica, cuius principalis copula aut eam includens, est aduerbiū temporis. Et ita de alijs suo modo dicatur.



Causalis, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est coniunctio quia: aut æquiualens.

Causalis vera, est causalis cuius cum vtraque partiū fuerit vera: prima est causa secūde

Quæ enim immediatius sequitur quia, aut æquiuales: est eius prima pars. Id est causa alterius, quod ad quæsitium quare, de eo conuenienter respondetur.

- 45 ¶ Sub copulatiua continentur propositiones hypotheticæ, nō habentes explicitā coniunctionē copulatiuā, sed alterā copulā, ipsā includētē: quæ implicitæ sunt, & p copulatiuā explicitā resoluuntur: ut quæ in litera numerantur. De temporali exemplū. ut sol lucet quādo dies est. quæ quædā ira resoluitur: sol lucet in aliquo tempore, & in eodē dies est. Propositio localis, est propositio hypothetica, cuius principalis copula est aduerbiū loci: ut Ioānes sedet, ubi Petrus scribit. Propositio similitudinis, est propositio hypothetica cuius principalis copula est aduerbiū similitudinis. ut Ioānes scribit, sicut Petrus legit. Expletiva, est propositio hypothetica cuius principalis copula est coniunctio expletiva. ut ois homo est animal, aliquis autē homo sedet. De causali quæ in litera post temporalem diffinitur exemplū. ut quia sol lucet, dies est. quæ sic explicat: sol lucet, & ideo dies est. Propositio relatiui substantiæ est propositio hypothetica cuius principalis copula est relatiuū substantiæ ut homo currit quod mouetur, quæ sic resoluitur. homo currit, & ille mouetur. Propositio relatiui quantitatis, est cuius principalis copula est relatiuū quantitatis, ut Sortes est bicubitus, quætus est Plato: hoc est, & taurus est Plato, Sic relatiui qualitatis, propositio, est cuius principalis copula, est relatiuū qualitatis: ut Sortes est albus, qualis est Plato: hoc est, & talis est Plato. Propositio autē exponibilis, est propositio hypothetica cuius principalis copula est signū exponibile, aut exclusiuū, ut tantum animal est homo, & ea est exclusiua: aut exceptiuū, ut omne animal præter hominem est irrationale, & illa est exceptiua: aut reduplicatiuū, ut homo inquantū est rationalis, est risibilis: & illa est reduplicatiua. Et ita de alijs quæ in suppositiōibus declarate sunt. Sub uerbo autē incipit, comprehenditur uerba acquisitionē denotaria, ut gignatur, fit, acquiritur. Sub de-

finit, uerba significatiua deperditione: ut corrumpitur, deperditur, non fit. Ex quibus constitutæ propositiones, hypotheticæ sunt: & eodem modo exponuntur sicut, propositiones de incipit & desinit. **46** Nã de æqualitib<sup>9</sup> idem est iudiciũ. ¶ Et si in p̄dictis exponibilib<sup>9</sup> non ponit negatio cadēs sup signũ exponibile à quo denominatur, ipsę exponuntur per copulatiuã, & sunt copulatiuæ. Si ỹo cadat negatio supra signũ exponibile, exponuntur p̄ disiunctiuã, & sunt disiunctiuæ: ut in arte suppositionũ amplius est ostensum. Oēs aut̄ propositiones quæ sub copulatiua cõtinentur, ueræ sunt: quare utraq; pars est uera: ut temporalis uera, est temporalis cuius utraq; pars est uera: ut Aristoteles fuit quãdo Plato fuit. Falsæ aut̄, cũ earũ altera pars est falsa: ut temporalis falsa, est temporalis cuius altera partiũ est falsa: ut Aristoteles fuit quãdo Adam fuit, & ita de cæteris p̄ analogiã, præter solã causale ad cuius ueritatẽ præter utriusq; partiũ ueritatem requiritur q̄ prima pars eius sit causa secundæ: hoc est q̄ prima cõueniẽter respondeatur ad quæstiuũ quare, de secundã parte: ut q̄ ignis est leuis, mouet sursum. Cuius prima pars est, ignis est leuis, cum immediatus sequatur cõiunctiõnẽ quia. secunda uero pars est, ignis mouetur sursum, cum nõ sequatur immediatus cõiunctiõnem quia. Et datæ propositionis utraque pars est uera, & prima pars est causa secundæ. Nã quærenti, cur ignis mouetur sursum: recta datur responsio: quia ignis est leuis. Causalis autẽ falsa, est causalis cuius altera partiũ est falsa, aut cuius prima pars nõ est causa secundæ: ut quia homo est animal, homo est lapis. similiter q̄ sol lucet, homo sedet: cuius prima pars non apte de secunda respondetur.

¶ **Disiunctiua**, est propositio hypothetica cuius principalis copula est cõiunctio disiunctiua uel, aut æquiualens.

¶ **Disiunctiua uera**, est disiunctiua cuius altera partium uera est.

¶ **Disiunctiua falsa**, est disiunctiua cuius utraq; partium est falsa.

¶ Est & alia disiunctiuæ significatio apud diuum Seuerinũ & alios latinos: de qua nihil est præsens.

¶ Quæ dicuntur de hypothetica: intelliguntur de affirmatiua.

¶ Erit enim affirmatiua, quando principalis copula non negabitur.

¶ Pars, pars principalis: ut & ubiq; superius intelligendum est.

¶ Propositio possibilis, est propositio quæ potest esse vera.

¶ Propositio contingens, est propositio quæ potest esse vera, & quæ eadē potest esse falsa.

¶ Propositio impossibilis, est propositio falsa, quæ non potest esse vera.

¶ Propositio necessaria, est propositio vera, quæ falsa esse non potest.

¶ De propositiōe disiunctiua exēplū: ut oīs homo est aīal, uel oīs homo est lapis: in qua principalis copula, est cōiunctio disiunctiua uel. Cui quidem æquivalent ceteræ cōiunctiōes disiunctiue, ut seu, siue, aut. Eadē est disiunctiua uera, cum altera eius partium, utpote prima, sit uera. Quod si secūda disiunctiue pars sola sit uera: ut hō est lapis, aut hō est aīal: aut si utraq; pars uera fuerit: ut hō est aīal, uel hō est rationalis, tota disiunctiua per definitionē est uera. Quare tribus modis cōtingit dare disiunctiuā uerā, & solū uno modō falsam, cū scilicet utraq; pars eius est falsa, ut homo est equus, uel hō est lapis: opposito ad copulatiuā modō. Prima autē pars disiunctiue est, quæ pcedit cōiunctiōē uel. Scda uero, quæ sequit: sicut in copulatiua dictū est. ¶ Diuus autē Seuerinus Boetius in quinto libro suorum commentariorum in topica Ciceronis, & Cicero eodem in loco, cōiunctiuā ponunt disiunctiue significationem, uocantq; disiunctiuā propositionem hypotheticā, ex repugnātib; p cōiunctiōem disiunctiuā coniunctis constitutā: cui una pars posita interimit alterā: & una pars interempta ponit alterā, ut dies est, aut nox est. Nā ad affirmationem primæ partis, sequitur negatio secundæ hoc modo, Sed dies est, ergo non est nox. Similit

liter ad negationem primæ partis, sequitur affirmatio secundæ  
 hoc modo: sed non est dies, ergo est nox. Boetii quidem uerba  
 sunt hæc. Quartus modus in disiunctiōe consistit hoc modo.  
 Aut dies est, aut nox est, sed dies est: nox igitur non est: huius hæc  
 ratio est: quia in disiunctiua enumeratione proposita, prior eius  
 pars assumit affirmatio, ut sequens auferatur. Ex ea enim pro-  
 positione quæ dicitur aut dies est, aut nox est: assumimus. Atqui dies  
 est: scilicet affirmantes esse diem, quæ affirmationem in assump-  
 tionis, statim consequitur non esse noctem. Ciceronis autem  
 uerba sunt hæc. Reliqui dialecticorum modi plures sunt, quæ ex  
 disiunctiōe constant, ut hoc aut illud, hoc autem, non igitur il-  
 lud. Item, aut hoc, aut illud: non autem hoc, igitur illud. Quæ  
 conclusiones idcirco ratiæ sunt: quia in disiunctiōe plus uno uerum  
 esse non potest. Hæc autem disiunctiua significatione potissimum  
 rhetores utuntur: & ergo talis disiunctiua, rhetorica dicitur.  
 Quæcumque autem de ueritate & falsitate hypotheticarum dicta sunt  
 intelliguntur solum de affirmatiuis, & quarum principalis copu-  
 la non negat, quauis interdum inter partes ponatur negatio, quæ non ca-  
 dit in copulam principalem: ut si Ioannes est homo, Ioannes est animal.  
 si Ioannes non est animal, Ioannes non est homo. Quas si quis uelit  
 facere negatiuas, proponat toti propositioni negationem eadem-  
 tem super copulam principalem: ut non si Ioannes est homo, Ioan-  
 nes est animal, non Ioannes est homo, & Ioannes est animal. Hic enim  
 unicus est contradicendi in hypotheticis modus: aut toti pro-  
 positioni proponendo, aut propositam auferendo negationem. Neque  
 alia propter contradictionem in hypotheticis inuenitur oppositio.  
 Cum autem affirmatio clarior sit negatione: ad cognoscendam  
 ueritatem, aut falsitatem negatiua obscurioris, respiciendum  
 est ad suam affirmatiua manifestiorem: quæ si uera fuerit, negati-  
 ua eius contradictoria est falsa. Et si affirmatiua falsa, negati-  
 ua eius contradictoria est uera. Ut hæc negatiua, non si homo  
 sedet, baculus stat in angulo: cognoscitur esse uera, quia eius af-  
 firmatiua, si homo sedet, baculus stat in angulo, est falsa. Quæ  
 tuor autem sequentes diffinitiones, magni habent in logica po-  
 dus & momentum, & principia sunt: quorum non est querenda cau-  
 sa, ualentem ad sequentium regulas demonstrationes. De impossi-  
 bilitate possibili sumatur exemplum: ut homo est sedens. De coningē-  
 ti: ut homo est ambulans. De impossibili, ut homo est lapis. De  
 necessariaria: homo est animal. Et horum quatuor diffinitionum pri-  
 mum est secundo & quarto superius, tertio autem repugnans.  
 Secundum tertio & quarto, iridem & tertium quarto repugnans.

¶ Consequentiarum regulæ.

¶ Quid consequentia, mala, bona, materialis, formalis, quid antecedens, quid consequens: prius dictum iam est.

¶ Ab uniuersali ad suam particularem, est 1 formalis consequentia.

¶ Ab æquivalenti ad suam æquivalentem 2 est formalis consequentia.

¶ A conuersa ad conuertentem, est formalis 3 consequentia.

¶ Si ad antecedens sequitur consequens: 4 ad oppositum consequentis sequitur oppositum antecedentis.

¶ Si ad oppositum consequentis sequitur 5 oppositum antecedentis: ad antecedens sequitur consequens.

¶ Quicquid sequitur ad consequens bonæ 6 consequentiæ: sequitur ad eius antecedens.

¶ Ad impossibile sequitur quodlibet. Necessarium 7 ex quolibet. & hæc duæ non sunt disciplinis applicabiles.

¶ Prima regula consequentiarum, numero decimonono huius introductionis demonstrata est. ¶ Secunda uero, numero uicesimo 2  
50 simotertio & uicesimo quarto. ¶ Quatuor enim modis potest fieri ab æquivalenti ad suam æquivalentem consequentia. Primo, ab uniuersali affirmatiua ad suam æquivalentem, ut ois homo currit ergo non quidam homo non currit. Secundo, ab uniuersali negatiua, ut nullus homo currit, ergo ois homo non currit. Tertio, a particulari affirmatiua, ut quidam homo currit, ergo non nullus homo currit. Quarto, a particulari negatiua ad suam æquivalentem, ut quidam homo non currit, ergo non ois homo currit. Et

3 ea: q̄libet etiā fit ediuerso, a cōsequēte ad antecedēs p eandē  
 4 regulā pcedēdo. ¶ Tertiaregula (q̄ solū de cōuersione simpli  
 5 ei & p accidēs intelligit) nūero 34, 35, & 37 huius introductio  
 6 nis ostensa est. ¶ Quarta uero, numero 29. ¶ Quinta, prius nu  
 7 mero tricesimo demonstrata est. ¶ Sexta, eodē itidē numero  
 prius p̄bata: q̄re earū hic repetenda nō sunt exēpla neq; p̄ba  
 tiones. ¶ Septima regula, duas habet partes. Prima est, ad an  
 tecedens impossibile sequitur q̄libet cōsequens, ut hñ sequit  
 homo est lapis, ergo baculus stat in angulo. Quæ sic p̄batur.  
 Sit, a est, p̄positio impossibilis. Dico ad eā sequi q̄cūq; cōse  
 quens. Vt p̄positionē. b est. Patet: q̄a si nō sequatur, a est, ergo  
 b est, sit gratia disciplinæ antecedēs uerū & cōsequēs falsum.  
 Cū antecedens, a est, sit uerū p̄ hypothesin: ipsum potest esse  
 uerū: & p̄ positū est, p̄positio impossibilis: igitur p̄positio im  
 possibilis potest esse uera, quod est suæ diffinitionis oppositū.  
 ¶ Sc̄da pars est. Cōsequēs necessariū ex q̄libet antecedēte se  
 quitur, ut hñ sequit, hō est asinus, ergo hō est aial. Quæ sic ostē  
 ditur. Sit b est, p̄positio necessaria. Dico eā sequi ex quolibet  
 antecedente ut ex isto, a est. Patet: q̄a si nō sequat a est, ergo  
 b est, sit p̄ diffinitionē malæ cōsequētiæ antecedēs uerū & con  
 sequens falsum. Cū p̄ hypothesin cōsequens sit falsum, ipsum  
 potest esse falsum. Et positū est esse necessariū: igitur p̄posi  
 tio necessaria potest esse falsa, quod est cōtra ipsi diffinitio  
 nem. Et hæ duæ regulæ nō habent applicationem in discipli  
 nis q̄ nullam habeant p̄bandi efficaciam.

51

8 ¶ A tota conditionalī cū positione antece  
 dentis ad positionem cōsequentis, est for  
 malis consequentia.

9 ¶ A tota cōditionali cū destructione cōse  
 quentis ad destructionem antecedentis,  
 est formalis consequentia.

Destruere, est oppositum contradicto  
 rium sumere.

10 ¶ Ad oēm cōditionalē sequitur alia cōdi  
 tionalis eiusdē cōsequentis: cuius antece  
 dēs antecedit ad antecedens primæ.

¶ Ad oēm cōditionalē sequitur alia condi-  
tionalis, cuius antecedens est oppositum  
consequentis primæ, & cōsequens oppo-  
situm antecedentis primæ.

¶ A tota cōditionali cū positione cōsequē-  
tis ad positionē antecedentis: non est ne-  
cessaria consequentia.

¶ A tota cōditionali cū destructione ante-  
cedentis ad destructionē cōsequentis, si-  
militer nō est firma consequentia.

§ 2 ¶ Ostruē regulæ exēplū, ut si oīs homo est aīal, aliquis hō est  
aīal, sed oīs homo est aīal, ergo aliqs hō est aīal. Que sic osten-  
ditur. Sit data cōditionalis: si a est, b est. Dico ab ea cū posi-  
tione antecedētis ad positionē cōsequētis necessariā esse con-  
sequentiā, & formaliter sequi: si a est, b est. sed a est, ergo b est.  
Pater: nā posito antecedēte uero, necesse est cōsequēs esse ue-  
rū. Sit em p hypothēsī antecedēs si a est, b est: sed a est, uerū.  
cū ipm sit ppositio copulatiua: ei<sup>9</sup> urraq; pars p diffinitionē  
copulatiuē uerē, est uera. qre a est, eius scda pars, est uera: & si  
a est, b est: ei<sup>9</sup> prima pars idē uera, & ea ipsa est cōditioalis:  
ergo p diffinitionē cōditionalis uerē i possibile est antecedēs  
eius esse uerū, cōsequente existente falso. Atqui antecedens a  
est, ostensum est esse uerū: ergo & cōsequens b est, est uerū. Et  
idē est cōsequens toti<sup>9</sup> cōsequentię data: igit toti<sup>9</sup> cōsequen-  
tię cōsequens est uerū: qre data cōsequentia est bona. Et cum  
datis qbuscūq; alijs terminis cōsimilis argumentādi sit for-  
ma, data cōsequentia est formalis: qd est, ppositū. Possēt eadē  
regula, pbari p impossibile, posito toto antecedēte uero & cō-  
sequente falso, eodē ferme pcedendi modo.

§ 3 ¶ Nonā regulæ  
exēplū: ut si hō est insensibilis, aīal est insensibilis. Sed nullum  
aīal est insensibile, ergo nullus hō est insensibilis. Que sic oste-  
ditur. Sit data cōditionalis si a est, b est. Dico ab ea cū destruc-  
tione siue cōtradictorio cōsequētis ad destructionē, cōtra-  
dictorio iūq; antecedentis formalem esse consequentiam: hoc  
modo. si a est, b est. sed nullum b est, ergo nullum a est. Pater:  
quia si non sequatur: sit antecedens uerum & consequens falso

sum p diffinitionē male cōsequētię. Cū cōsequēs, nullū a est,  
 sit falsum: suū cōradictoriū a est, est uerū. Et cū totū antecē-  
 dēs sit uerū, & sit una copulatiua, p diffinitionem copulatiuę  
 uerę, eius utraq; pars est uera: q̄re nullū b est, scđa ei⁹ pars, est  
 uera: itidē & prima eius pars, si a est, b est, uera. Et hęc est con-  
 ditionalis: ergo p diffinitionē cōditiōalis uerę, ipossibile est  
 antecēdēs eius esse uerū, cōsequēte existēte falso. Atq; antecē-  
 dēs eius, a est, pbatū est uerū: igit & cōsequēs, b est, etiā est ue-  
 rū. Et suū cōradictoriū idētidē positū est uerū: sunt igit dug  
 cōradictorię simul uerę qđ est impossibile. Erat igit prima  
 cōsequentia necessaria. Et argumentatiōes p has regulas for-  
 mař: syllogisimū sunt hypothetici disciplinis aptissimi. ¶ De-  
 cimę regulę exēplū, ut bñ sequitur, si hō sedet, aīal sedet: er-  
 go si oīs homo sedet, aīal sedet: ubi ad primā cōditiōalē, se-  
 quitur scđa eiusdē cōsequentis. Et scđa cōditiōnalis antecē-  
 dens, antecedit ad antecēdēs primę: cū antecēdēs scđę, rea-  
 cte infert antecēdēs primę, nā bñ seqtur, oīs hō sedet, ergo  
 homo sedet, que sic ostenditur. Sit data cōditiōnalis, si a est, b  
 est. Dico rectē sequi: si a est, b est, ergo si omē a est, b est. Patet  
 nā posito antecēdente uero, necesse est & cōsequēs esse uerū.  
 Sit em̄ p hypothesin antecēdēs uerū, ipsum per diffinitionē  
 est bona cōsequentia & rectē sequitur: si a est, b est. Tūc sic, re-  
 cte sequitur per hypothesin, si omē a est, a est, cū antecēdēs  
 scđa positū sit infere antecēdēs primę. Et ultra sequitur,  
 ut nunc ostensum est, si a est, b est: ergo de primo ad ultimū  
 bñ sequitur: si omne a est, b est, p sextā regulā cōsequentiarę:  
 quare p diffinitionē ipsa est cōditiōnalis uera: & est cōsequēs.  
 ¶ data cōsequentię, igitur & cōsequens est uerū: quare data cō-  
 sequentia est bona. ¶ Undecimę regulę exēplū, ut si homo  
 sedet, aīal sedet: ergo si nullū aīal sedet, nullus hō sedet. Vbi  
 scđa cōditiōnalis antecēdēs est oppositū: & cōradictoriū  
 cōsequentis primę, & cōsequens oppositū antecēdētis. Que  
 sic ostenditur. Sit data cōditiōnalis, si a est, b est. Dico bñ se-  
 qui, si a est, b est: ergo si nullū b est, nullū a est: & posito ante-  
 cedente uero, consequens debet esse uerum. Sit em̄ per hypo-  
 thesin, antecēdēs uerum: si a est, b est, ipsum per diffinitio-  
 nem est bona cōsequentia: cuius a est, est antecēdēs: & b est,  
 consequens. Cum itaq; rectē sequatur, si a est, b est: ergo per  
 quartā regulam consequentiarum, ad oppositum consequen-  
 tis sequitur oppositum antecēdētis: quare etiā rectē sequi-  
 tur, si nullū b est, nullū a est: igitur & hęc per diffinitionē est



conditionalis uera. Et est data consequentia consequens: igitur & consequens est uerum. Itaque data consequentia qua ex una

conditionali sequitur altera, est bona: quod est propositum. Et confirmatur in alijs quibuslibet terminis argumentabere.

56 ¶ Duodecime regulæ exemplum. ut non sequitur si omnis homo sedet, 12  
aliquis homo sedet, sed aliquis homo sedet, ergo omnis homo sedet.

Quæ sic ostenditur. Sit per secundam partem legis subalternarum particularis, a est b, uera: sua uniuersali. omne a est b, existente falsa.

Dico non recte sequi, si omne a est b, aliquid a est b: sed aliquid a est b, ergo omne a est b. Patet: quia illius consequentia antecedens est uerum, & consequens falsum. Quod enim consequens sit falsum,

manifestum est per hypothesin. Quod autem antecedens sit uerum, patet: quia est una copulatiua cuius utraque pars est uera. Secunda enim pars per hypothesin est uera, scilicet aliquid a est b. Prima

autem pars, si omne a est b aliquid a est b: est bona, imò necessaria consequentia per primam regulam consequentiarum, ergo per diffinitionem

est conditionalis uera: quare & prima pars est uera. Itaque per diffinitionem malæ consequentia, constat data consequentiam non

57 esse bonam: quod est propositum. ¶ Decimæ tertie regulæ exemplum 13  
plurimum: ut non sequitur, si omnis homo sedet, aliquis homo sedet: sed non

omnis homo sedet, ergo non aliquis homo sedet. quæ sic demonstratur. Sit per legem subalternarum particularis aliquid a est b uera: sua uniuersali omne a est b, existente falsa. Dico non recte sequi, si

omne a est b, aliquid a est b, sed non omne a est b, ergo non aliquid a est b. Patet: nam data consequentia antecedens est uerum, & consequens falsum. Quod enim consequens sit falsum, manifestum est:

cum per hypothesin eius contradictorium, aliquid a est b, sit uerum. Quod autem antecedens sit uerum, constat: quia est copulatiua cuius utraque pars est uera. Si quidem prima pars, si omne a est b aliquid a est b, est uera: cum sit bona consequentia per primam

regulam consequentiarum. Et secunda pars, non omne a est b, etiam est uera: cum per hypothesin sua contradictoria, omne a est b, sit posita falsa. Quare per diffinitionem malæ consequentia, data consequentia est mala: quod est propositum.

¶ Si ad aliquam copulatiuam sequitur aliquid 14  
quod consequens ad oppositum consequentis

tis cum alterutra partium copulatiuæ sequitur oppositum alterius partis.

¶ A tota copulatiua ad alteram eius partem, 15

est formalis consequentia.

- 16 ¶ A destructione partis copulatiue, ad destructionē totius, est formalis cōsequētia.
- 17 ¶ A parte copulatiue ad totam copulatiuā, non necessaria est consequentia.
- 18 ¶ A destructiōe totius copulatiuæ, ad destructionem partis eius, simili modo, non valet consequentia.

14 ¶ Decima quartæ regulæ exemplum: ut ad hanc copulatiuam, homo est animal, & homo est rationalis, sequitur hoc consequens, homo est animal rationale; quare ad oppositum consequentis, cum prima parte, sequitur oppositum secundæ partis hoc modo: nullus homo est animal rationale, & homo est animal, ergo nullus homo est rationalis. Similiter ad oppositū cōsequētis, cum secunda parte, sequitur oppositū primæ partis hoc modo. Nullus homo est animal rationale, & homo est rationalis, ergo nullus homo est animal. Quæ sic probatur. Sit data copulatiua, a est, & b est, ad quam sequatur consequens, c est. Dico ad oppositum cōsequētis cum prima parte sequi oppositum secundæ partis, ut bene sequitur: nullum c est, & a est, ergo nullum b est. Si em̄ nō sequatur, sit per diffinitionem malæ cōsequentiæ antecedens uerū, & cōsequens falsum. Cū cōsequens, nullum b est, sit falsum: eius contradictoriū b est, est uerum. Cum præterea antecedens, nullū c est, & a est, sit uerū, & sit copulatiua, per diffinitionem utraq; pars eius est uera: quare nullum c est, prima eius pars est uera: & a est, secūda eius pars etiā uera. At bene sequitur per hypothesin, a est, & b est, ergo c est. Sed antecedens a est, & b est, est uerum, cū sit copulatiua cuius utraq; pars, probata est uera: ergo & consequens, c est, per diffinitionē bonæ consequentiæ etiā est uerū. At qui eius contradictoriū, nullum c est, etiam concessum est uerū. Sunt igitur duæ cōtradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile: quare data consequentia erat bona: quod est, ppositum. Eodem modo, probandum est q̄ ad oppositū consequentis cum secūda parte copulatiuæ sequitur oppositū primæ partis: ut q̄ bene sequitur, nullū c est, & b est, ergo nullum a est. Et hæc, regula magnā habet in disciplinis & frequentem applicatio-

- 59 nem. ¶ Decimæ quintæ regulæ exemplū: ut formaliter sequitur, homo est aīal, & equus est brutū: ergo homo est aīal. Similiter sequitur, homo est aīal, & equus est brutū: ergo equus est brutum. Quæ sic ostēditur: sit data copulatiua, a est, & b est. Dico necessario sequi, a est, & b est: ergo a est. Nā si antecedēs sit uerū, prius oportet & consequēs esse uerū. Sit em̄ per hypothesin antecedēs uerū, cum ipsum sit copulatiua, utraq; eius pars est uera: quare, a est, prima eius pars est uera. & illa est data consequēs: igitur per diffinitionē bonæ cōsequentiaē est bona cōsequentia. Et similiter datis quibuscunq; alijs terminis, fiat p̄batio.
- 60 ¶ Decimæ sextæ regulæ exemplū, ut formaliter sequitur, nō homo est lapis, ergo nō homo est animal & homo est lapis. Quæ sic ostēditur. Sit data copulatiua a est, & b est. Dico necessario sequi, nō a est: ergo nō a est, & b est. Pater: quia formaliter sequitur, a est, & b est: ergo a est, per regulā præcedentem: igitur ex opposito sequitur nō a est, ergo nō a est, & b est: a destructione scilicet & cōtradictorio partis copulatiuaē ad destructionem totius per quartam regulam cōsequentiarū: quod est propositum.
- 61 ¶ Decimæ septimæ regulæ exemplum: ut non sequitur, homo est animal, ergo homo est animal & homo est lapis: cum antecedens sit uerū, & consequens falsum. quæ sic demonstratur. Sit particularis, quoddam a est b, uera: & sua uniuersalis, omne a est b, falsa. Dico non recte sequi, quoddam a est b, ergo omne a est b, & quoddam a est b. Pater: nam illius consequentiaē antecedens est uerum per hypothesin, & consequēs falsum: cum ipsum sit propositio copulatiua cuius altera pars, utpote prima, per hypothesin est falsa: igitur illa est mala cōsequentia: quod est propositum.
- 62 ¶ Decimæ octauæ regulæ exemplum: ut non sequitur, nō homo est animal, & homo est lapis: ergo nō homo est animal. quæ sic demonstratur, seruata hypothesi modo posita. Dico non bene sequi, nō omne a est b, & aliquod a est b, ergo nō aliquod a est b. Nam antecedens dataē consequentiaē est uerum, cum eius cōtradictorium sit falsum. Consequens autem est falsum, cum eius cōtradictorium sit positum uerum. Præterea non sequitur, aliquod a est b, igitur omne a est b, & aliquod a est b, ut per regulam præcedentem est ostensum. igitur ex opposito consequentis non sequitur, nō omne a est b, & aliquod a est b: igitur nō aliquod a est b, si enim ad antecedens non sequitur consequens, ad oppositum consequentis non sequitur oppositum antecedentis: quod est propositum.

19 ¶ A parte disiunctiuæ ad totam disiunctiuam, est formalis consequentia.

20 ¶ A destructione toti<sup>9</sup> disiunctiuę ad destructionem partis ei<sup>9</sup>, est formalis cōsequētia.

21 ¶ A tota disiunctiuā cū destructione vnius partis ad positionem alterius, est formalis consequentia.

22 ¶ A destructione vnius partis disiunctiuæ ad destructionem antecedentis, cuius cōtradictoria alterius partis pars vna fuerit, est formalis consequentia.

19 ¶ Decimæ nonæ regulę exēplū: ut bene sequitur, homo est aīal, ergo homo est aīal uel homo est lapis: quæ sic demonstratur. 63

Sit data disiunctiuā, a est, uel b est. Dico necessario sequi a est, ergo a est uel b est. Patet: quia si antecedēs est uerū, necesse est cōsequēs simul esse uerū. Sit em̄ antecedēs, a est, uerum: ipsum est una pars ipsius disiunctiuę quę est cōsequens: igit̄ una pars illius disiunctiuę est uera: quare per diffinitionē tota disiunctiuā est uera, & ip̄a est cōsequēs: igit̄ data cōsequētia est bona, quod 64

20 ¶ Vicefimę regulę exēplū: ut bene sequitur, nō homo est aīal, uel homo est lapis: ergo nō homo est aīal, quæ sic probatur. Sit data disiunctiuā, a est uel b est. Dico formaliter sequi, nō a est, ergo a est uel b est. igit̄ ex opposito, p̄ quā 64

21 ¶ Vicefimæ primæ regulę exēplū, ut bene sequitur, homo est animal uel homo est lapis, sed nullus homo est lapis, ergo homo est aīal. quæ sic demonstrat. Sit data disiunctiuā, a est, uel b est. Dico formaliter sequi: a est, uel b est: sed nō est a, ergo b est. Patet: quia si nō sequatur, possibile est p̄ diffinitionē malę cōsequentię antecedēs esse uerū, cōsequēte existente falso. Sit itaq; antecedens uerū, & cōsequēs falsum. Cū 65

cōsequens sit falsum, eius contradictorium, non est b, est uerum. Cum insuper antecedens sit uerum, & sit copulatiua: utraque eius pars per diffinitionē est uera: quare secūda pars, non est a, est uera: itidem & prima, a est, uel b est, est uera:

¶ Cū sit disiunctiua, p̄ diffinitionē pars eius altera est uera. At qui prima pars, a est, nō est uera: cū sua cōrradictoria, nō est a, cōcessa sit uera, igit̄ sc̄da pars, b est, est uera: & sua cōrradictoria, nō est b, cōcessa etiā est uera. sunt igit̄ duæ cōrradictoriae simul ueræ, quod est impossibile. fuit igit̄ prima cōsequentiā formalis. ¶ Vice sima se cūda regula hoc declarat exēplo. bene seq̄tur, nō homo est aīal: ergo non homo est aīal, uel homo est lapis, & nullus homo est lapis. Fit em̄ hęc argumentatio à destructione unius partis disiunctiue ad destructionē totius antecedentis cōstituti ex tota disiunctiua, & cōrradictorio alterius partis eiusdē disiunctiue. Et hęc regula, p̄cedit ex opposito regulæ p̄cedentis, sicq̄ demonstrat. Sit data disiunctiua, a est, uel b est: dico necessario seq̄, nō est b, ergo nō a. est: uel b est, & nō est a. Pater: nā formaliter sequit̄ p̄ regulā p̄cedētē: a est, uel b est. Atq̄, nō est a, ergo b est: igitur ex opposito, per quartam regulam consequentiarum, formaliter sequitur, non b est, ergo non a est, uel b est, & non est a, quod est propositum.

¶ A tota copulatiua ad disiunctiuam ex eisdē partibus constitutam, est formalis consequentiā, at non e contra.

¶ A copulatiua negatiua ad disiunctiuam de partibus contradicentibus, est formalis cōsequentiā.

Copulatiua negatiua, æquipollet disiunctiue affirmatiue de partibus contradicentibus.

¶ A disiunctiua negatiua ad copulatiuam de partibus contradicentibus, est formalis cōsequentiā.

¶ Vice sima tertia regula, duas habet partes. Exēplū primæ, ut formaliter sequit̄, homo est aīal, & homo est rationalis: ergo homo est aīal, uel homo est rationalis. q̄ sic ostēdit. Sit data quilibet copulatiua: ut a est, & b est. Dico formalit̄ seq̄, a est, & b est: ergo a est, uel b est. Pater. Nā impossibile est antecedēs eius esse ueræ, cōsequētē existēte falso. Sit em̄ antecedēs ue



69 est impossibile. quare prima consequentia fuit bona. ¶ Documentū  
 huic regulæ subiunctū, patet hoc exēplo. Copulatiua negati  
 ua, non hō est aīal, & homo est lapis, æqpoller disiunctiua de  
 partib⁹ contradicētib⁹, nullus homo est aīal, uel nullus homo  
 est lapis. Dicunt autē hypotheticæ æquales: q̄ ex eisdē par  
 tibus, simili ordine cor̄ stātibus cōponunt: & quare unam esse  
 uerā, altera existente falsa, est impossibile. Quod q̄dem docu  
 mentū sic ostendit. Sit data copulatiua, a est, & b est. Dico co  
 pulatiuā negatiuā, non a est, & b est, æqpollere disiunctiua, nul  
 lū a est, uel nullū b est, cōstituta ex partibus contradicētib⁹ co  
 pulatiua affirmatiua data, a est, & b est. Patet: nā formaliter  
 sequit, non a est, & b est, ergo nullū a est, uel nullū b est, p̄ hanc  
 uicesimā quintā regulā: ergo si antecēdēs est uer⁹, simul & cōse  
 quens est uer⁹. Quare si copulatiua negatiua est uera: disiuncti  
 ua de partibus contradicētib⁹ est uera. Preterea cōtra sequit,  
 nullū a est, uel nullū b est: ergo nō a est, & b est. Nē p̄ posito an  
 tecedēte uero, simul necesse est cōsequēs esse uer⁹. Sit em̄ per  
 hypothēsin antecēdēs uer⁹. Cū ipsum sit, p̄positio disiunctiua:  
 altera eius pars est uera, Itaq; gratia exēpli sit prima pars, nul  
 lū a est, uera. cū p̄positio, nullū a est, sit uera: eius cōtradictio  
 ria, a est, est falsa. quare copulatiua, a est, & b est, cuius data p̄po  
 sitio est una pars, est falsa p̄ diffinitionē: ergo eius cōtradictio  
 ria, nō a est, & b est, est uera. & ea est p̄positio consequētiæ cōse  
 quēs: data igit̄ consequētia est bona. Quare si disiunctiua de par  
 tibus contradicētib⁹ est uera, & copulatiua negatiua est uera.  
 Cū itaq; copulatiua negatiua, & disiunctiua de partibus cōtra  
 dicētib⁹ se mutuo consequant, & sint eiusdē ueritatis, & fal  
 sitatis, ut ostēsum est: p̄spicuum est eas æqualere p̄ diffinitio  
 nē æqualentiū, quod est p̄positū. ¶ Vicesimæ quintæ regulæ  
 70 exēplū. ut bene sequit, non hō est equus, uel hō est lapis, ergo  
 nullus hō est equ⁹, & nullus hō est lapis. Qui antecēdēs est dis  
 iunctiua negatiua, & consequens est copulatiua affirmatiua de  
 partibus contradicētib⁹ disiunctiua affirmatiua, hō est equ⁹,  
 uel, hō est lapis. q̄ sic demonstrat. Sit data disiunctiua, a est, uel  
 b est. Dico q̄ bene sequit: non a est, uel b est, ergo nullū a est,  
 & nullū b est. Si em̄ non sequat: sit gratia disciplinæ antecēdēs  
 uer⁹, & consequens falsum. Cū cōsequēs per hypothēsin sit fal  
 sum & sit p̄positio copulatiua: per diffinitionē altera pars  
 est falsa. Sit itaq; prima eius pars, nullum a est, falsa. Rursum  
 antecēdēs est uer⁹ p̄ hypothēsin: ergo suum contradictoriū, a  
 est, uel b est, falsū, & est p̄positio disiunctiua: ergo utraq; pars

eius est falsa. quare, a est, prima eius pars est falsa. Atque sua contra-  
dictoria, nullum a est, itidem concessa est falsa. Sunt igitur duae con-  
tradictoriae simul falsae. Quod si copulativa (quae est consequens)  
posita falsa, dicat secunda pars esse falsa: eodem argumento  
probabis secundam partem disiunctivae contradictoriae antece-  
dentis esse falsam: & iterum duas contradictorias esse falsas.

26 **A disiunctiva ad copulativam negativam  
de partibus contradicentibus, est forma-  
lis consequentia.**

27 **Disiunctiva negativa equipollet copulati-  
vae de partibus contradicentibus.**

28 **Ad omnem disiunctivam cuius altera par-  
tis est possibilis, & altera impossibilis,  
partem possibilem sequi necesse est.**

29 **A tota disiunctiva cum positione unius par-  
tis ad positionem alterius, non est necessa-  
ria consequentia.**

30 **A tota disiunctiva cum destructione unius  
partis, ad destructionem alterius, itidem  
firma consequentia non est.**

26 ¶ **Vicesima sexta regulae exemplum.** ut nullus homo est ani-  
mal, vel nullus homo est lapis: ergo non homo est animal, &  
homo est lapis. Cuius quidem consequentiae antecedens est dis-  
iunctiva, & consequens copulativa negativa, ex partibus con-  
tradictoriis disiunctivae positae in antecedente, constituta. Quae  
sic ostenditur. Sit data disiunctiva, nullum a est, vel nullum b  
est. dico formaliter sequi, nullum a est, vel nullum b est, ergo  
non a est, & b est. Patet: quia per documentum vicesimae quar-  
tae regulae, copulativa negativa equipollet disiunctivae de par-  
tibus contradicentibus: ergo ediuerso disiunctiva de partibus  
contradicentibus equipollet copulativae negativae. At ab aequi-  
valenti ad suam aequivalentem est formalis consequentia per  
secundam regulam consequentiae: igitur a disiunctiva ad cop-  
ulativam negativam de partibus contradicentibus est formalis



7 consequentia, quod est, ppositum. Alia eiusdem regulæ pro-  
 batio, in prædicti documenti ostensione posita est. ¶ Vice- 27  
 mæse primæ regulæ exemplum, ut non homo est equus, uel  
 homo est lapis, æqui pollet huic: nullus homo est equus, & nul-  
 lus homo est lapis, quarum prima disiunctiua negatiua: secū-  
 da uero copulatiua affirmatiua de partibus contradicenti-  
 bus disiunctiua affirmatiua. Quæ sic ostenditur, sit data co-  
 pulatiua, nullum a est, & nullum b est, dico disiunctiuam ne-  
 gatiuam, non a est, uel b est, æqui pollere datæ copulatiua. Pa-  
 tet: nam formaliter sequi, non a est, uel b est, ergo nullum a  
 est, & nullum b est, per uicesimam quintam regulam: ergo p  
 diffinitionem bonæ consequentiæ si disiunctiua negatiua est  
 uera, quæ est antecedens, & copulatiua quæ est consequens,  
 erit uera. Præterea, contrà sequitur: nullum a est, & nullum b  
 est, ergo non a est, uel b est: quia posito antecedente uero, p  
 antecedens esse uerum, cum ipsum sit propositio copulatiua, utra-  
 que pars eius est uera, quare prima eius pars, nullum a est, est  
 uera: & per consequens sua contradictoria, a est, falsa, Similia-  
 ter secunda pars copulatiua, scilicet nullum b est, etiã est ue-  
 ra, & sua cõradictoria, b est, falsa. Itaq; disiunctiua, a est, uel  
 b est, cuius utraq; pars ostensa est falsa, p diffinitionem est fal-  
 sa: sua igitur contradictoria, non a est, uel b est, est uera, & est  
 prædictæ consequentiæ consequens, igitur data consequentiã  
 est bona. Si ergo copulatiua est uera, quæ est antecedens, & dif-  
 iunctiua negatiua de partibus contradicentibus est uera, tunc  
 sic argumentor. Disiunctiua negatiua, & copulatiua de parti-  
 bus cõradicentibus sunt eiusdem ueritatis & falsitatis, & se-  
 mutuo consequuntur, ut ostensum est: igitur per diffinitionem  
 73 inter se æquivalent: quod est, ppositum. ¶ Vice- 28  
 regulæ exemplum, ut bene sequitur: homo est sedens, uel ho-  
 mo est lapis: ergo homo est sedens. Et hic antecedens est dif-  
 iunctiua, cuius prima pars est possibilis: & secunda pars im-  
 possibilis, consequens uero est illius disiunctiua pars possibili-  
 lis: quæ sic ostenditur. Sit a est, propositio possibilis: & b est,  
 ppositio impossibilis: dico recte sequi, a est, uel b est: ergo a  
 est. Si enim antecedens sit uerum: cum ipsum sit una disun-  
 ctiua, altera eius pars per diffinitionem est uera. A et secunda  
 pars, b est, non est uera: cum sit posita impossibilis: ergo pri-  
 ma eius pars, a est, est uera: & illa est datæ consequentiæ con-  
 sequens: igitur si antecedens est uerum, & consequens uerum esse

necesse est. quare per diffinitionē data consequentia est bona:  
 quod est ppositū. Cōsimili modo ostendatur, q̄ ad oēm ppo-  
 sitionem sequitur copulatiua: ex ipsa ppositione data, & altera  
 parte ppositione necessaria cōstituta: ut bene sequitur, homo  
 sedet, ergo homo sedet, & homo est aīal. cum posito antecede  
 29 te uero, oporteat consequēs esse uerū. ¶ Vice simā nonā regu  
 lā exemplū: ut nō sequitur, oīs homo est sedens, uel aliq̄s hō est 74  
 sedens. Sed aliq̄s homo est sedens, ergo oīs homo est sedens.  
 quē sic demonstratur. Sit uniuersalis, omne a est b, falsa, & sua  
 particularis, aliquod a est b, uera, per legem subalternarū. Di  
 co consequentiā, omne a est b, uel aliquod a est b, sed aliquod  
 a est b: ergo omne a est b, nō esse necessariā. Patet: nā datā cō-  
 sequentiā antecedens est uerū, & cōsequens falsum. Nā ante-  
 cedens est una copulatiua cuius utraque pars est uera. Prima  
 quidem q̄ disiunctiua sit: cuius altera pars, utpote secūda, per  
 hypothesin est uera. Secūda autem totius antecedentis & co-  
 pulatiuā pars est uera ppositū. Et per idem, cōsequēs est fal-  
 30 sum: igitur data cōsequentia non ualeat. ¶ Tricesimā regulā 75  
 exemplū, ut nō sequitur formaliter, oīs homo est sedēs, uel ali-  
 quis homo est sedens, sed nō oīs homo est sedens: ergo aliquis  
 hō est sedens. Quā quidē sic pbatur. Sit data superior hypo-  
 thesis. dico consequentiā, omne a est b, uel quoddā a est b: sed  
 nō omne a est b, ergo nō quoddā a est b, non esse necessariam.  
 Nam illius consequentiā antecedens est uerū, & cōsequēs fal-  
 sum. Siq̄dem antecedens est ppositio copulatiua, cuius utraq̄  
 pars est uera. Nam prima eius pars, est disiunctiua cuius altera  
 pars, utputa secūda, est uera, cum eius contradictoria sit falsa,  
 ergo prima pars est uera. Secūda etiā pars totius copulati-  
 uā quā est antecede, est uera, cū sua contradictoria per hy-  
 pothesin sit falsa. Consequens autē est falsum, cū eius contra-  
 dictorium sit positū uerum: igitur data consequentia nō est  
 firma, quod est propositum.

¶ De modalibus.



Odi sunt hi: possibile, cōtin-  
 gēs, impossibile & necesse,  
 & equiuales. Possibile, cō-  
 tingēs, impossibile, & neces-  
 se, iterdū sunt categoriae.

ta & ppositiōnū passiōes: & tūc possibi-  
le, ppositio possibilis: cōtingens, ppositio  
cōtingēs: impossibile, ppositio impossibi-  
lis: & necesse, ppositio necessaria. & h̄dē  
faciunt modales compositas.

¶ Modalis cōposita, est ppositio categori-  
ca, cuius vnū extremorū est modus, & al-  
terū est dictū, nō aliunde modificata.

¶ Dictum est oratio ex obliquo & infinis-  
tuo constituta, aut æquiualens.

¶ Possibile & cōtingēs, hoc in loco, idem.

- 76 ¶ Propositio modalis, à modo suū nomen sortita est, nō quocūq; sed aliquo istorū quatuor, possibile, cōtingēs, impossibile, necesse. Nā solū hi quatuor faciūt modales, tum cōpositas, tum diuisas. Aequiuoce tñ sumūtur cum modales reddūt cōpositas & cum diuisas. Nā cum efficiūt cōpositas, sunt categoremata & si significatiua, passiōesq; siue pprietates, & cōdi-  
tiōes sunt ppositiōnū. Nā possibile idem est qđ ppositio possi-  
bilis, cōtingēs, ppositio cōtingens, impossibile, impossibilis,  
& necesse, idem est qđ ppositio necessaria. Quid aut sit pposi-  
tio possibilis, cōtingēs, impossibilis, necessaria: superius ostē-  
sum est. Et hoc pacto, dicti modi copulā non determināt, sed  
sūt alterū ppositiōis extremū aut subiectū: ut possibile est ho-  
minē currere: aut p̄dicatū, ut hoīem currere est possibile. Qđ  
ex diffinitione modalis cōpositæ statim est notū. Nēpe mo-  
dalis cōpositæ aut modus est subiectū, & dictū est p̄dicatū,  
ut possibile est hominē currere, cōtingens est hoīem sedere,  
impossibile est hominē esse lapidem, necesse est hominē esse  
aiā. Aut ecōtra, dictū est subiectū, & modus p̄dicatū, ut ho-  
minem currere est possibile, hoīem sedere est cōtingēs, ho-  
minē esse lapidem est impossibile, hoīem esse aiā est necesse.  
Debet autē modalis cōposita non esse aliūde modificata: hoc  
est nō habere modū alio loco q̄ in subiecto aut p̄dicato, nec  
q̄ habere copulam aliquo istorū modorum determinatam.  
Nā quis alicuius ppositiōis extremum sit modus: si tamen  
copulæ superaddatur modus eam determinans, non erit illa

propositio modalis composita, sed diuisa, ut hominem currere possibile est contingens. ¶ Dicitur autem in proposito, est oratio ex accusatiuo ante uerbum recto & infinitiuo constituta, ut hominem currere: aut oratio tali orationi æquiuales, qualis est indicatiuo ex notatiuo & uerbo indicatiuo constituta, in qua oratio infinitiua resoluitur, ut homo currit. Et hæc alterum modalis compositæ extremum esse potest: perinde atque oratio infinitiua ei æquiualens, ut hæc est modalis composita, homo currit est propositio possibilis, sicut ista, hominem currere est possibile. Porro in modalibus compositis, oratio infinitiua supponit, accipiturque, per sua oratione indicatiua, ut hominem currere est possibile, ualet hæc: homo currit est propositio possibilis. Sæpius tamen auctores, infinitiua oratione quam indicatiua utuntur. ¶ Possibile autem & contingens, si modales faciunt compositas, idem sunt: sicut ensis & gladius. Nam utrumque eorum, idem est quod propositio possibilis. Neque hic capitur contingens per propositione contingenti, ut superius est diffinita: quod sit propositio quæ potest esse uera, & quæ eadem potest esse falsa. Nam in hac significatione, esset contingens minus commune quam possibile. Si quidem omnis propositio hoc modo contingens, est possibilis: non tamen ediuerso. Quare & contingens hoc modo minus est commune quam contingens primo modo. Quicquid enim est minus commune uni æquiualentium, minus est & altero. Hinc contingens primo, uocatur contingens generaliter acceptum, prout æqualest possibili: & contingens secundo, specialiter acceptum.

### ¶ Regula.

- 1 ¶ Si aliqua propositio est possibilis, eadem est contingens, eadem non est impossibilis: & eius opposita contradictoria non est necessaria.
  - 2 ¶ Si aliquid propositio non est possibilis, eadem non est contingens, eadem est impossibilis: & eius opposita contradictoria est necessaria.
- ¶ A & e, significant attributionem: i & u remotionem: a & i, dictum affirmatum: e & u, dictum negatum.

Possibile	a   c   i   u
Contingens	a   c   i   u
Impossibile	i   u   a   c
Necessè	u   i   e   a

- 79 ¶ Prima regula tres habet partes. Prima, si aliqua ppositio est possibilis, eadē est contingēs. Et hęc statim loco ab æquiua lētibus nota est. Scda pars: si aliqua ppositio est possibilis: eadē nō est impossibilis. quę sic ostēditur. Sit, a est, per hypothesin, ppositio possibilis: dico eadē nō esse impossibile, qđ quis dubitās admittat eadē esse impossibile: cū ppositio, a est, p hypothesin sit possibilis, ipsa potest esse uera p diffinitionē. Et cū eadē sit ppositio impossibilis, ipsa non potest esse uera: igitur eadē ppositio potest esse uera, & nō potest esse uera, quod est impossibile. Tertia pars est: si aliqua ppositio est possibilis eius cōtradictoria nō est necessaria. Quę sic ostēditur. Sit, a est, ppositio possibilis: dico eius cōtradictoriā, nō a est, nō esse necessariā. Si quis id dubitet: ponat disciplinā gratia propositionem, non a est, propositionis possibilis cōtradictoriā esse necessariā. cum ppositio, a est, per hypothesin sit possibilis: ipsa per diffinitionem potest esse uera. Sit itaq; pro quocunq; libet tempore uera, ut tempore b. Cum item per hypothesin, non a est, sit ppositio necessaria: per diffinitionem est ppositio uera, quę non potest esse falsa: quare etiam tempore b est uera, quo & sua cōtradictoria concessa est uera: sunt igitur duę cōtradictorię simul uerę, quod est impossibile: quare manifestum est ppositum. ¶ Secūda regula itidem tres partes complectitur. Prima, si aliqua ppositio non est possibilis, eadem non est contingens: quę per locū cū ab æquiualetibus euadit manifesta. A quocunq; enim remouetur unum æquiualetium, ab eodem remouetur & reliquum. Secūda pars, si aliqua ppositio nō est possibilis: eadem est impossibilis: quę sic ostēditur. Detur ppositio quęlibet quę non est possibilis, ut a est: dico eadē esse impossibile. Nam cum a est, non sit ppositio possibilis per hypothesin, non potest esse uera per diffinitionem: quare per sufficiētem diuisionem est falsa. Omnem enim propositionem aut uerā aut falsam esse necesse est. Cum itaq; a est, sit ppositio falsa quę non potest esse uera: per diffinitionem a est, est ppositio impossibilis, quod est ppositū. Tertia pars est: si aliqua
- 80

propositio non est possibilis, eius contradictoria est necessa-  
 ria, quæ sic demonstratur. sit, a est, propositio non possibilis.  
 dico eius contradictoriam, non a est, esse necessariam. Quod si  
 quis neget, ponat gratia disciplinæ eam non esse necessariam.  
 Cum propositio, a est, non sit propositio possibilis, per diffini-  
 tionem non potest esse uera: est igitur ipsa falsa. Cū præterea  
 propositio, non a est, per hypothesin nõ sit necessaria, per diffi-  
 nitionem potest esse falsa: sit itaq; ipsa pro quolibet tempore  
 falsa, ut pro tempore b, quo quidem & sua contradictoria est  
 falsa: sunt igitur duæ contradictoriæ simul falsæ, quod est  
 impossibile. Et utraq; istarum duarum regularum habet applica-  
 tionem ad duo propositionum genera, utpote ad propositio-  
 nes affirmatiuas & negatiuas. Idcirco ex istis duabus possunt  
 formari quatuor regulæ speciales: quatuor Petri Hispani re-  
 gulis respondentes, hoc modo. ¶ Prima regula est, Cuiuscunq;  
 dicto affirmato attribuitur possibile: eidem attribuitur con-  
 tingens, ab eodem remouetur impossibile, & ab eius contra-  
 dictoriæ opposito remouetur necesse: hoc est: si aliqua pro-  
 positio affirmatiua est possibilis, eadem est contingens, eadem  
 non est impossibile, & eius contradictoria non est necessaria.  
 Secunda regula est, Cuiuscunq; dicto negato attribuitur possibi-  
 le, eidem attribuitur contingens, ab eodem remouetur im-  
 possibile, & ab eius contradictoriæ opposito remouetur necesse.  
 Et hæc de propositione negatiua debet exponi: ut præce-  
 dens de affirmatiua. Tertia regula a quocunq; dicto affirma-  
 to remouetur possibile, ab eodem remouetur contingens, ei-  
 dem attribuitur impossibile, & eius contradictoriæ opposito  
 attribuitur necesse: hoc est, si aliqua propositio affirmatiua nõ  
 est possibilis, eadem non est contingens, eadem est impossi-  
 bilis, & eius contradictoria est necessaria. Quarta regl'a, A quo-  
 cunq; dicto negato remouetur possibile, ab eodem remoue-  
 tur contingens, eidem attribuitur impossibile: & eius contra-  
 dictoriæ opposito attribuitur necesse. Et hæc de propositione  
 negatiua exponenda est, ut præcedens de affirmatiua. Et harum  
 regularum prima, designatur per uocabulū artis Ama-  
 bimus: & secunda, per Edentuli: tertia, per Iliace: quarta, per  
 Purpurea. Vnde manifestum est duas primas Petri Hispani  
 regulas respondere primæ regulæ hic positæ: primam quidem  
 in propositionibus affirmatiuis, secundam in negatiuis. Et  
 duas ultimas Petri Hispani respondere secundæ regulæ hic  
 positæ: utpote tertiam in propositionibus affirmatiuis: quar-

- 82 tā uero in negatiuis. ¶ Dicitur autē dictū affirmatū, inter cuius partes non ponitur negatio: quodq; p affirmatiua p positione accipitur, ut hoīem currere, p ppositione, homo currit. Dictū uero negatū, est inter cuius partes, super eius copulā cadēs, ponitur negatio: & quod p negatiua ppositione supponit, ut hoīem non currere, p ppositione, homo nō currit.
- 83 ¶ Sic dictū uniuersale, quod accipitur p ppositione uniuersali, ut oēm hoīem currere. Particulare, quod p particulari sumitur, ut quendā hoīem currere. Indefinitū, quod p ppositione indefinita, ut hoīem currere. Et singulare, quod p singulari, ut Sor tē currere. Consimiliter dicta contraria, sub contraria, & cætera p analogiā diffiniātur. Attribui autē hic, est modū de dicto affirmari, ut hominē currere est possibile, hoīem nō currere est possibile. Remoueri uero, est modū de dicto negari, ut hoīem currere non est possibile: hoīem non currere non est possibile. ¶ In modalibus itaq; cōpositis eius dē ordinis, quæ p datas regulas se cōsequitur: primo, ad primū sequitur scđum, scilicet ad possibile contingēs, ut hominē currere est possibile: ergo hoīem currere est contingens. Secūdo, ad primū sequitur tertū, scilicet ad possibile impossibile, ut hoīem currere est possibile: ergo hoīem currere non est impossibile. Tertio, ad primū sequitur quartū, scilicet ad possibile necesse, ut hoīem currere est possibile: ergo hoīem non currere non est necesse. Quarto, ad secūdū sequitur tertū, scilicet ad contingens, impossibile, ut hominem currere est contingens, ergo hominem currere non est impossibile. Quinto, ad secūdū sequitur quartum, scilicet ad contingēs, necesse, ut hominē currere est contingens: ergo hominē non currere non est necesse. Sexto, ad tertium sequitur quartum, scilicet ad impossibile ipsum necesse, ut hominē currere nō est impossibile: ergo hominē non currere non est necesse. Et quia in omnibus istis ediuerso ex consequente ualet mutua cōsequentia ad antecedens: idcirco sex possent sumi conuersæ consequentiæ & in summa duodecim. ¶ Cæterum, ad intelligendā horum uocabulorū, Amabimus, Edentuli, Iliacæ, Purpurea, quatuor modalitū cōpositarū ordines designārium artē, id annotatu dignū putetur, unāquāq; earū, quatuor habere syllabas: quarū prima, designat ppositionē de possibili sui ordinis: scđa, ppositionem de contingenti: tertia, ppositionē de impossibili: & quarta, ppositionem de necessario. In unaquāq; autem syllabāq; est aliqua istarū uocalium,

a, e, i, u : quæ sunt notæ & indicia negationis in sua ppositio-  
ne ponendæ, uel omittendæ. Siquidem a, significat, neq; ad  
dictum, neq; ad modum negationem ferri debere, ut homi-  
nem currere est possibile. e, significat negationem ferri ad di-  
ctum & non modum, ut hominem non currere est possibile. i, signi-  
ficat negationem ferri ad modum, & non ad dictum, ut hominem  
currere non est possibile. u uero, significat negationem ferri ad  
dictum & ad modum, ut hominem non currere non est possibile.  
Itaq; a, designat dictum affirmatum & etiã modum. e, dictum  
negatum & modum affirmatum. i, dictum affirmatum & mo-  
dum negatum. u, tam dictum, q̄ modum negatum, & id in  
quantiscunq; propositionibus uniuersalibus, particularibus,  
indefinitis & singularibus ueritatem habere putetur, ut in  
uniuersalibus hoc modo.

## Purpurea.

## Iliace.

Oem homi. nō cur. nō ē possi. Oem hoīem curre. nō ē possi.

Oem homi. nō cur. nō ē cōtin. Oem homi. cur. nō est cōtingēs

Oem homi. nō cur. est ipossi. Oem homi. curre. est imposs.

Quēdā hom. curre. est necesse. Aliquē ho. nō cur. est necesse.

## Amabimus

## Edentuli.

Oem hoīem curre. est possibi. Oem homi. nō curre. est possi.

Oem hom. curre. est cōringēs. Oem homi. nō cur. est contin.

Oem homi. cur. non est ipossi. Oem ho. nō cur. non est ipossi.

Aliquē ho. nō cur. nō ē necesse. Aliquē ho. cur. nō est necesse.

¶ Et consimiliter in particularibus, indefinitis, & singulari- 86  
bus, quatuor ordines modalium cōpositarū disponantur, q per  
figurā secundæ regulæ subiunctā designantur. In qua primus li-  
mes à sursum in deorsum tēdens, significat primū ordinē mo-  
daliū denotatū uocabulo artis, Amabimus. Secundus limes, si-  
gnificat eodē ordinem modalium designatū p Edentuli. Ter-  
tius, tertium explicatū per Iliace. Quartus uero, quartū, qui  
insinuatur per Purpurea, ut uocales ipsæ per seriem disposi-  
tæ ostendunt. In formādis autem exemplis trium primarū  
eiusdem ordinis ppositionū, scilicet de possibili contingenti,  
& impossibili: seruanda est eadem quāritas ex parte dicti.  
In quarta uero eiusdē ordinis ppositione, mutāda est quāri-  
tas dicti, ut si in tribus primis uniuersale fuerit dictū in quar-



ta sit particulare. Et si prius particulare fuerit, in quarta sit uniuersale: dūmodo subiectum dicti sit terminus cōmunis. Nā si subiectū terminus fuerit singularis: eadem seruāda est in omnibus eiusdē ordinis, ppositionibus ex parte dicti quā-  
tiras: quandoquidē singularis, singulari est cōtradiēctoria.

¶ Si aliqua æquipollentiū est possibilis, con- 3  
tingens, impossibilis aut necessaria: & re-  
liqua similiter.

¶ Si conuersa possibilis est: & eius conuer- 4  
tens possibilis.

¶ Si conuersa est contingens: & eius con- 5  
uertens contingens est.

¶ Si conuersa impossibilis est: nō oportet 6  
eius conuertem esse impossibilem.

¶ Si conuersa necessaria est: & eius cōuer- 7  
tens necessaria est.

¶ Si conuersa nō est possibilis: nō oportet 8  
eius conuertentem non esse possibilem.

Et ita si conuersa non fuerit contingens.

¶ Si aliqua propositio nō est impossibilis: 9  
neq; eius cōuertens impossibilis est.

¶ Si aliqua propositio non est necessaria: 10  
non idcirco oportet eius conuertentem  
non esse necessariam.

¶ Tertia regulā quatuor habet partes. Prima, si una æqpollē- 3  
tiū est possibilis, & altera est possibilis: ut oēm hoīem curre-  
re est possibile: ergo nō quendā hoīem nō currere est possibi-  
le. Secūda pars est. Si una æqualentiū est cōtingens: & altera  
est cōringēs: ut recte sequitur: oēm hoīem nō currere est cōrin-  
gēs: ergo nullū hoīem currere est cōtingēs. Tertia pars est, si  
una æqpollentiū est impossibilis, & altera est impossibilis: ut  
quendā hoīem nō esse aīal est impossibile: ergo nō oēm homi

nem esse aial est impossibile. Quarta pars est, Si una æqpollē-  
 tium est necessaria, & altera est necessaria: ut oēm hoīem esse  
 aial est necesse: ergo nō quendā hoīem nō esse aial est necesse.  
 Et cuiuslibet harū partiū ratio est: q̄a de æqualētib⁹ idem est  
 iudiciū. ¶ Unde cū p̄positiones modales cōpositæ habent si- 87  
 gnū uniuersale aut particulare determinās subiectū dicti, aut  
 cū subiectū dicti est terminus cōmunis sine signo sumpt⁹, aut  
 terminus singularis: ipse p̄positiōes sunt indefinitæ, earumq̄  
 subiectū est totū dictū cum signo adiecto materialiter sum-  
 ptū: ut oēm hoīem currere est possibile, aliquē hoīem currere  
 est possibile, hominē currere est possibile, Sortem currere est  
 possibile. Quæ q̄dem oēs sunt indefinitæ, diuersorū tñ subie-  
 ctorū, prout eorū dicta p̄ diuersis accipiūtur p̄positionib⁹. Si  
 uero toti dicto p̄ponatur signū uniuersale neutri generis, de-  
 terminās totū dictū, p̄positiōes fient uniuersales: si signū par-  
 ticulare, fient particulares. Et si p̄nomē demonstratiuū primi-  
 tiuæ speciei, fient singulares: ut omne oēm hoīem currere est  
 possibile: quoddā oēm hoīem currere est possibile, istud oēm  
 hoīem currere est possibile. His tñ p̄positionibus cum signo  
 uniuersali, aut particulari, p̄nomineue demonstratiuū neutri  
 generis, ad totū dictū adiuncto sumptis, nō utūtur authores:  
 sed solis alterius generis, p̄positionib⁹, in q̄bus signū uniuers-  
 ale, particulare, aut p̄nomen, ad subiectū dicti ponit. Preter-  
 ea modales cōpositæ affirmatiuæ sunt, in q̄bus nō ponit ne-  
 gatio cadēs sup̄ copulā principalē, & si inter partes dicti col-  
 locetur: ut hoīem currere est possibile, hoīem nō currere est  
 possibile. Negatiuæ uero sunt, in q̄bus ponit negatio cadens  
 sup̄ copulā principalē: ut hoīem currere nō est possibile, ho-  
 minē nō currere nō est possibile. ¶ Quartæ regulæ exēplū: ut  
 bene sequitur, oēm hominē esse aial est possibile: ergo quoddā  
 aial esse hoīem est possibile. Et huius ratio est: q̄a si alicuius cō-  
 sequētis antecedēs est possibile, & cōsequēs est possibile. Con-  
 uersa autē est antecedēs, & cōuertēs est cōsequens: ut supiora  
 declararūt. ¶ Quintæ regulæ exēplū: ut bene sequitur, omnem  
 hominem ambulare est cōringēs: ergo quoddā ambulans esse  
 hoīem est cōringens. Et hæc per regulā præcedentē est mani-  
 festa: cum possibile & cōringēs hoc in loco sint idem. ¶ Sextæ  
 regulæ exēplū: ut nō sequitur, omne aial esse hoīem est impossi-  
 bile: ergo aliquē hoīem esse aial est impossibile: cū antecedens  
 sit uerū & cōsequēs falsum. Et ratio in præoptu est: q̄a nō oportet  
 si antecedens sit impossibile, & cōsequēs esse impossibile,

præsertim ubi ad cōsequēs nō ediuerso sequitur antecedēs. Nā  
 si ad cōsequēs eōtra etiā sequitur antecedēs: tunc si cōuersa est  
 impossibilis, oportet etiā cōuertentem esse impossibilē. Nam  
 si unū conuertibiliū secundū cōsequentiam est impossibile, &  
 alterū. ¶ Quare in cōuersione simplici uniuersalis negatiuæ &  
 in seipsam, & particularis affirmatiuæ in seipsam, si cōuersa  
 est impossibilis, & cōuertēs, cū in illis mutua sit cōuersio ad cō  
 uertentē cōsequētia. Quā si q̄s dubitet ponat gratia discipline  
 istā cōsequentiam nō ualere, nullum a est b est impossibile: ergo  
 nullū b est a est impossibile: & tñ admittat duas p̄positiones  
 nullum a est b, & nullū b est a, se mutuo cōsequi. Cū prior cō  
 sequētia per hypothesin nō ualeat, sit eius antecedens uerū &  
 cōsequēs falsum. Cū cōsequēs, nullū b est a est impossibile, sit  
 falsum: eius cōtradiCTORIū, nō nullū b est a est impossibile, est  
 uerū: quæ æquale huius, nullū b est a est possibile. Atqui sequit  
 per hypothesin nullū b est a: ergo nullū a est b. Antecedēs autē  
 p̄batū est esse possibile, & cōsequēs positū impossibile: igit ex  
 possibili sequitur impossibile, q̄d est incōueniēs: quare data cōse  
 quētia est bona. Ita de particulari affirmatiua ostendat. ¶ Sec<sup>7</sup>  
 ptimæ regulæ exemplū: ut bene sequitur, oēm hoiem esse aīal est  
 necesse: ergo quoddā aīal esse hoiem est necesse. Et huius re  
 gulæ ratio est: q̄a si alicuius cōsequētiæ antecedēs est necessa  
 riū: & cōsequēs itidem est necessariū. ¶ Octauæ regulæ exem  
 plū: ut nō sequitur, omne animal esse hoiem nō est possibile aut  
 cōtingens: ergo aliquē hominē esse aīal, nō est possibile aut cō  
 tingēs: cum antecedēs sit uerū, & cōsequens falsum. Et intell  
 igitur hæc regula, quādo cōuersa ad conuertentem non est  
 mutua cōsequētia. Alioqui si cōuersa nō est possibilis, neque  
 cōuertens: ut in uniuersalibus negatiuis, & particularib<sup>9</sup> aff  
 firmatiuis. ¶ Nona regula hoc patet exemplo, omnem homi  
 nē esse aīal nō est impossibile: ergo quoddam aīal esse hoiem  
 nō est impossibile. Et ratio est. q̄a si alicuius cōsequētiæ ante  
 cedēs nō est impossibile: neq; eius cōsequens. Et hæc per locū  
 ab æquialētibus respōdet quartæ regulæ prius positæ. ¶ De  
 cimæ regulæ exemplū: ut nō sequitur, omne animal esse ho  
 minem nō est necesse: ergo hominem esse animal non est ne  
 cesse. Et ratio est: quia si alicuius consequentiæ antecedens  
 non est necessarium non idcirco oportet consequens nō esse  
 necessariū. Et intelligitur hæc regula de cōuersionib<sup>9</sup> quæ  
 non sunt mutue consequentiæ: q̄a in mutuis conuersionibus,  
 si conuersa non est necessaria: neq; eius conuertens.

¶ Interdum possibile, contingens, impossibile, necesse & similes: sunt syncategoremata & copularum determinationes: & tunc faciunt modales diuisas.

¶ Propositio modalis, est propositio categorica, cuius copula aliquo modorū possibile, cōtingens, impossibile aut necesse syncategorematum determinata est.

¶ Modalis, modalis diuisa.

¶ Modi particulares, sunt possibile & contingens.

¶ Modi vniuersales, sunt impossibile & necesse: impossibile negatiuus: necesse affirmatiuus, possibile cōtingens, aliquis quidā, impossibile necesse, nullus omnis. Quid est aliquis & quidā ad subiectū: hoc est possibile & cōtingēs ad copulā. & quod est nullus & omnis ad subiectū: id quoque est impossibile & necesse ad copulam.

¶ Oppositio, lex, æquipollentia, cōuersio, eodē modo & in totis cōpositis (quia & illæ de inesse sunt) & in diuisis per analogiā sicut & in illis de inesse sumuntur.

¶ Quatuor predicti modi possibile, cōtingēs, impossibile, necesse, aliqui sunt syncategoremata & consignificatiui: quia per se sumpti nihil significāt: cū significatiuis tñ in oratione positus locū habēt. nā copulā determināt perinde atq; signa uniuersalia & particularia, subiectū. & hoc modo sumpti, cōstituūt modales diuisas, q; proprie & simpliciter modales dicuntur: ut cū propositio modalis aut noietur aut diffiniatur: statim diuisa intelligenda sit.

composita uero, non simpliciter modalis dicitur: sed tantum modalis composita. De modalis diuisa exemplum: ut hominem possibile est esse currentem. In quo accusatiuus hominem, subiectum est: currentem, predicatum. infinitiuus esse, copula. & modus possibile compositiue significatiuus, determinatio copulae. Et uniuersaliter in modalis diuisa de uerbo infinitiuo, accusatiuus praecedens infinitiuum, est subiectum. uerbum infinitiuum esse, copula: cuius modus est determinatio. & accusatiuus infinitiuum sequens, est predicatum. In modalis autem diuisa de uerbo indicatiuo, ut homo possibile est currere, copula & extrema sumunt sicut in simplici categoria. Modalium tamen de uerbo infinitiuo, frequentior est usus. ¶ Modos autem facientium modales diuisas, aliqui sunt particulares, ut possibile & contingens: quae inter se synonymi sunt. quae admodum haec duo signa particularia, aliqui & quidam, ad quae dicti modi habent analogiam. Alii uero uniuersales, ut impossibile & necesse. Quorum modus impossibile est negatiuus, quae admodum signum nullus: cui in analogia respondet. Modus uero necesse, affirmatiuus: quae admodum signum omnis, cui assimilatur, ut enim omnis & nullus faciunt subiectum uniuersaliter sumi quae ad supposita: ita necesse & impossibile, copulam quae ad tempus. Et sicut aliqui & quidam, subiectum reddunt particulariter sumptum quae ad sua singularia: ita possibile & contingens, copulam quae ad tempus. Quare, ut signa uniuersalia & particularia ante copulam non inclusa inter partes subiecti, non sunt partes subiecti, sed solum determinationes: ita modi in modalibus diuisis non sunt partes copulae, sed solum determinationes. ¶ Quo autem pacto sumatur oppositio, & quae pollentia, & conuersio in compositis gratia dicti solum, prius dictum est. quia solum habenda est ratio oppositionum de inesse, per quibus ipsa dicta accipiunt. Atque in totis & integris compositis, tamen subiecti quam predicati considerationem habendo, sumenda sunt praedictae passionis sicut in illis de inesse. Oppositio quidem, ut dictis positis quatuor propositionibus, prima, omnem hominem currere est possibile. secunda, omnem hominem currere non est possibile. tertia, quendam hominem currere est possibile. quarta, quendam hominem currere non est possibile. prima & secunda sunt contrariae, tertia & quarta subcontrariae, prima quarta, & secunda tertia, contradictoriae, prima tertia, & secunda quarta, subalternae. De conuersione exemplum, ut uniuersalis affirmatiua, omnem hominem currere est possibile, conuertitur in sum particulari affirmatiua, quoddam possibile est hominem currere. Et uniuersalis negatiua, omnem hominem currere non est possibile, in

uniuersalē negatiuā, nullum possibile est hominem currere.  
 Ita de particulari affirmatiua. De æqpollentijs exemplum, ut  
 non omnem hominē currere est possibile: & omnem hominem  
 dā hominem currere non est possibile: & quod dā hominē currere est possi-  
 currere non est possibile, huic, nullū hominē currere est possi-  
 bile: ut signū determinet totum subiectū. & ista, non omnem  
 hominē currere non est possibile, huic, quē dā hominem cur-  
 rere est possibile: p̄ regulas æqpollentiarū prius positas. ¶ Nā 90  
 modales cōpositę, sūt, p̄positiones de inesse: ut, p̄positio de in-  
 esse sit, p̄positio categorica, cuius copula non determinat aliq̄  
 modorū, possibile, cōtingens, impossibile, necesse, syncatego-  
 rematum: & distinguit contra modalē diuisā. Non autē capien-  
 do, p̄positionem de inesse, p̄ categorica, in q̄ neq; ut extremū,  
 neq; ad copulā ponit aliq̄s dictorū modorū, q̄ modo plerunq;  
 sumit. Et hæc sc̄da p̄positionis de inesse ratio, minus cōmunis  
 est: altera uero cōmuniō. Hęc autē oppositio, cōuersiō  
 & æqpollentiarū habitudinem in totis cōpositis sumptā, non  
 obseruāt disciplinarū auctores, sed solum primā ex parte di-  
 sti cōsideratā. ¶ Ad p̄dictas autē passiones in modalibus diuisis 91  
 cognoscendas: earū q̄litas & quāritas q̄ pacto sumat, p̄noscen-  
 dum est. Si q̄dem in modalibus diuisis, bifariā sumit quāritas.  
 primo, ex parte subiecti. q̄ si fuerit terminus singularis, p̄po-  
 sitio est singularis. si termin⁹ cōmunis sine signo, p̄positio est  
 indefinita. Si uero terminus cōmunis cū signo particulari sūt  
 ptus, p̄positio est particularis de subiecto. Si uero ipsum fue-  
 rit terminus cōmunis sumptus cū signo uniuersali, p̄positio  
 est uniuersalis de subiecto: ut Sortē possibile est currere, ho-  
 minem possibile est currere, quē dā hominē possibile est cur-  
 rere, omnem hominē possibile est currere. ¶ Sc̄do attendit mo-  
 dalium diuersarū quāritas ex parte modi, determinātis copu-  
 lā. Nēpe si modus necesse uel impossibile non impeditus, co-  
 pulæ adiectus fuerit, p̄positio est uniuersalis de modo: ut ho-  
 minē necesse est esse aīal. hominē impossibile est esse lapidē.  
 Si uero copulā determinet modus possibile uel cōtingens nō  
 impeditus, p̄positio est particularis de modo. ut hominē pos-  
 sibile est currere: hominem cōtingit currere. Tūc autē modus  
 est nō impeditus, quādo ipsi modo non p̄ponit negatio. Nam  
 modo p̄posita negatio, de modo uniuersali facit particularē,  
 & de particulari uniuersalem. Itaq; interdum utraq; quāritas  
 in modalī diuisa est cōformis: ut cum est tota uniuersalis, q̄lis  
 est hæc, omnem hominem necesse est esse aīal: aut tota parti

cularis, ut aliquem hominē possibile est esse aīal. Interdū uero una alteri est difformis: scilicet quādo, ppositio est uniuersalis de subiecto, & particularis de modo, ut omnē hominē possibile est esse aīal. Aut cum est particularis de subiecto & uniuersalis de modo: ut aliquē hominē necesse est esse aīal.

¶ De q̄litate aut̄ modalium diuisaz, dicendum est sicut in ppositionib⁹ de inesse. Nā si sup copulā nulla ferat negatio, aut plures in numero pari: ppositio est affirmatiua, ut hominē necesse est esse aīal, hominē nō possibile est non esse aīal. Si uero āte copulā uerbuinq; infinitiuum una ponat negatio, siue pposita modo, siue postposita, aut plures in numero impari: ppositio est negatiua, ut hominē non possibile est esse lapidem, hominē possibile est non esse lapidem, hominē nō impossibile est non esse lapidem. in quarum ultima, tres sunt negationes: duæ expressæ, & tertia est inclusa modo.

¶ Cōtrarię modales, sūt modales eiusdē subiecti & p̄dicati: quarū vna tota est uniuersalis affirmatiua, & altera tota uniuersalis negatiua. Modalis est tota uniuersalis: q̄ & de subiecto & de modo est uniuersalis

¶ Subcōtrarię modales: sunt modales eiusdem subiecti & p̄dicati: quarū vna est tota particularis affirmatiua, & alia tota particularis negatiua. Modalis est tota particularis, quæ & de subiecto & de modo particularis est. Et est de subiecto & de modo particularis, quādo totū subiectum & modus particulariter tenentur.

¶ CōtradiCTORIÆ modales, sūt modales eiusdem subiecti & eiusdem p̄dicati, diuersæ qualitatē: quarum vna est tota uniuersalis, altera uero est tota particularis.

¶ Subalterne modales: sūt modales eiusdē subiecti & p̄dicati atq; qualitatis: quarum vna est tota vniuersalis, & altera tota particularis. Et p̄dicatarum singulæ, oppositę sunt proprię, atque de forma dicuntur.

¶ Propositiones modales eiusdē subiecti & p̄dicati & diuersę qualitatis, quarū vna est tota vniuersalis, & altera partim vniuersalis: legem contrariarum participant.

¶ Propositiones modales eiusdem subiecti & p̄dicati & diuersę qualitatis, quarū vna est tota particularis: & altera partim particularis: legem subcontrariarum participant.

¶ Propositiones modales eiusdem subiecti & p̄dicati diuersę qualitatis partim dissimiliter uniuersales, partimq; dissimiliter particulares: legē cōtradictoriarū participant, imo sunt cōtradictorię. Erūt em̄ dissimiliter uniuersales & dissimiliter particulares, quando una erit uniuersalis de subiecto, & altera de mō: & una particularis de subiecto, altera vero de modo.

¶ Propositiones modales eiusdē subiecti & p̄dicati & qualitatis, quarū una est tota uniuersalis, altera vero partim particularis: legē subalternarum participant. item partim uniuersalis & tota particularis.



¶ Hic modalium diuisarum oppositarum de forma, species definiunt. & primo contrariae de forma: quarum tale sumat exemplum. ut omnem hominem necesse est esse animal, & omnem hominem impossibile est esse animal. sunt enim abque modales, eiusdem subiecti & eiusdem predicati: quarum prima est tota uniuersalis affirmatiua: & secunda est tota uniuersalis negatiua. Quod utraque sit tota uniuersalis, manifestum per definitionem est. quia utraque & de subiecto & de modo est uniuersalis, ¶ Subcontrariae de forma exemplum. ut aliquem hominem possibile est esse animal, & aliquem hominem possibile est non esse animal. sunt enim abque modales, eiusdem subiecti & predicati: quarum prima est tota particularis affirmatiua: secunda uero tota particularis negatiua. In utraque enim & subiectum & modus sumit particulariter. ¶ Contradictoriae de forma exemplum, ut omnem hominem necesse est esse animal, & aliquem hominem possibile est non esse animal. nam eiusdem sunt subiecti & predicati diuersae quantitates: quarum prima est tota uniuersalis, secunda uero tota particularis. Similiter & haec: omnem hominem impossibile est esse animal, & aliquem hominem possibile est esse animal: sunt contradictoriae de forma. ¶ Subalternae de forma exemplum. ut omnem hominem necesse est esse animal, & aliquem hominem possibile est esse animal. Nam eiusdem sunt subiecti & predicati, & eiusdem quantitates: nam ambae sunt affirmatiuae, quarum prima est tota uniuersalis & secunda tota particularis. Similiter & haec, omnem hominem impossibile est esse animal, & aliquem hominem possibile est non esse animal: quarum ambae sunt negatiuae: prima quidem uniuersalis, & secunda particularis. ¶ Deinde definiunt suo ordine oppositae secundum legem, & primo contrariae: quarum hoc sit exemplum, ut omnem hominem necesse est currere: quarum est tota uniuersalis affirmatiua, est contraria de lege huic, omnem hominem possibile est non currere: item & huic, aliquem hominem necesse est non currere: quae sunt negatiuae partim uniuersalis. Si uero omnem hominem impossibile est currere, quae est tota uniuersalis negatiua, est contraria secundum legem huic, omnem hominem possibile est currere. item & huic, aliquem hominem necesse est currere: quae sunt affirmatiuae partim uniuersales. ¶ De subcontrariis secundum legem, & quae subcontrariae legem participat exemplum: ut aliquem hominem possibile est currere: quae est tota particularis affirmatiua, est hoc modo subcontraria huic, omnem hominem possibile est non currere. item & huic aliquem hominem necesse est non currere: quae sunt negatiuae partim particulares. Similiter aliquem hominem possibile est non currere, quae est tota particularis negatiua: est subcontraria secunda

dum legem huic, omnē hominē possibile est currere: & huic, aliquē hominē necesse est currere: quæ sunt affirmatiuæ partim particulares. Data enim ppositiones, & aliæ similis forme, nõ possent simul esse falsæ, sed bene simul ueræ, ergo sub contrariarū legem participat. Quare per diffinitionē sunt subcontrariæ scdm legem. ¶ In cōtradictorijs autē de lege, solū una uni est cōtradictoria: ut huic, quendā hominē necesse est esse currentem, cōtradicit ista, omnem hominem possibile est nõ esse currentē. Nā diuersæ sunt qualitatē, & utraque est partim uniuersalis & partim particularis: sed dissimiliter. Si quidem prima est particularis de subiecto, & uniuersalis de modo: secūda uero ediuersa est uniuersalis de subiecto & particularis de modo. Similiter & istæ, omnē hominē possibile est esse currentem, & aliquem hominem impossibile est esse currentē, sunt cōtradictoriæ de lege: nā diuersæ sunt qualitatē, & prima uniuersalis de subiecto, particularis autē de modo. Secūda uero contrā, est particularis de subiecto, & uniuersalis uicem ppositionis uniuersalis obtinēs, est subalternā ppositioni partim uniuersali, & partim particulari, locū particularis tenenti: ut omnem hominē necesse est esse currentem: quæ est tota uniuersalis affirmatiua, est subalternā huic: omnem hominem possibile est esse currentem, & etiam huic: aliquē hominem necesse est esse currentem, quæ sunt affirmatiuæ, partim particulares. Sic oēm hominem necesse est nõ esse currentem, quæ est tota uniuersalis negatiua, est subalternā huic: omnem hominem possibile est non esse currentem: & etiam huic, aliquem hominem necesse est nõ esse currentē, quæ sunt negatiuæ partim particulares. Præterea partim uniuersalis, quæ uicem uniuersalis obtinet, est subalternā de lege omnino particulari eiusdem qualitatē, ut huic, aliquem hominē possibile est esse sedentem, subalternā sunt, aliquem hominem necesse est esse sedentem: & omnem hominem possibile est non esse sedentem. Ita huic, aliquem hominem possibile est non esse sedentem: quæ est tota particularis negatiua, subalternātes sunt: aliquem hominem necesse est non esse sedentem: & omnem hominem possibile est non esse sedentem, quæ sunt negatiuæ, partim uniuersales.

¶ Propositiones modales eiusdē subiecti & prædicati, diuersæ qualitatē, de subiecto

211

E

singulares & vniuersales de modo: legē  
cōtrariarū participāt. Particulares de mo  
do: legē subcontrariarū. Vna vniuersalis,  
& alia particularis: contradictoriarū imo  
sunt contradictoriæ singulares.

¶ Quod si ambę eiusdē qualitatis fuerint,  
& earum altera de modo vniuersalis, alte  
ra uero particularis: legem subalternarū  
participant.

¶ Propositiones modales eiusdē subiecti &  
predicati, diuersę qualitatis, partim cōsi  
militer vniuersales, partim consimiliter  
particulares: nullam legem participant.

¶ Legem enim participare, est aliquas p  
positiones & oēs similis formæ, aliquarū  
oppositarum legem obseruare.

¶ Dicuntur partim cōsimiliter vniuersales:  
quarū vtracq; est vniuersalis aut ex parte  
subiecti solum, aut ex parte modi solū. Et  
ita partim consimiliter particulares.

¶ Propositiones modales eiusdē subiecti &  
predicati & qualitatis partim dissimiliter  
uniuersales, partimq; dissimiliter particu  
lares: nullam legem participant.

¶ Negatio præposita modo uniuersali, aut  
particulari: facit eqpollere cōtradio.

¶ Postposita modo uniuersali: contrario.

¶ Præposita & postposita modo uniuersa

li & particulari: subalterno.

¶ Modales cōposite, ad disciplinas ptinent.

¶ Modales autem diuisæ, ad sophisticam.

¶ Diffiniuntur hic, ppositiões de subiecto singulari: opposita  
rū lege ratione modi participātes. Quas hęc sunt exēpla.  
De participātibz legē cōtrariæ: siue cōtrarijs scdm legem,  
ut Sortē necesse est esse aīal, Sortem impossibile est esse aīal.  
De subcōtrarijs, ut Sortē possibile est esse aīal, Sortē possibi-  
le est nō esse aīal. De cōtradictorijs singularibus, ut Sortem  
necesse est esse aīal, & Sortē possibile est nō esse aīal: simili-  
ter Sortē impossibile est esse aīal, & Sortem possibile est esse  
aīal, q̄ sunt cōtradictoriæ singulares: q̄a sunt singulares eius-  
dē subiecti & p̄dicati, diuersæ qualitaris, & ex parte modi di-  
uersæ quātitatis. De singularibus subalternis, ut Sortē neces-  
se est esse aīal, & Sortē possibile est esse aīal, similiter Sortem  
impossible est esse aīal, & Sortē possibile est nō esse aīal. q̄re  
uniuersalis de modo, uicē uniuersalis obrinet: particularis ue-  
ro de modo uicē particularis. ¶ Deinde ponuntur duæ regulę, 74  
q̄bus cognoscuntur modales nullā legē participātes. Primę exē-  
plū, ut omnē hominē possibile est currere, & omnē hominem  
possible est nō currere, q̄ sunt modales eiusdē subiecti & p̄-  
dicati, & diuersę q̄litaris, partim uniuersales, & partim parti-  
culares, sed cōsimilit. Nā sunt abæ uniuersales de subiecto, &  
particulares de modo. Quod aut̄ huiusmodi ppositiones &  
aliæ similis formę, cōtrariæ: legē nō participāt, patet: q̄a pos-  
sūt abæ simul esse ueræ, ut datæ ppositiones. Quod nō subcō-  
trariarū, cōstat: q̄a possūt abæ simul esse falsæ, ut oēs ens possi-  
bile est esse eternū, & oēs ens possibile est nō esse eternū, q̄ sūt  
abæ simul falsæ. Ex q̄bus etiā liquet q̄ nō participāt legē cō-  
tradictoriæ, neq̄ itidē subalternæ: legē seruāt. Nā affirma-  
tiua potest esse uera: sua negatiua existēte falsa, ut omnē ho-  
minē possibile est esse aīal: & omnē hominē possibile est non  
esse aīal. Non igit̄ affirmatiua erit subalternans, & negatiua  
subalternata. E diuerso potest affirmatiua esse falsa, negatiua  
existēte uera, ut omnē hominē possibile est esse lapidē: & om-  
nē hominē possibile est nō esse lapidē. q̄re negatiua non erit  
subalternans, & affirmatiua subalternata. Itaq̄ p̄ sufficientem  
inductionē, nullā legem participāt. ¶ Secūda regulę exēplū,  
ut quendā hominē necesse est esse currentem, & omnē homi-  
nem possibile est esse currentem, sunt enim eiusdem subiecti

& prædicati, & eiusdem qualitatris, partim uniuersales, & partim  
 particulares: sed dissimiliter. Nam prima est particularis de subiecto  
 & uniuersalis de modo: secunda uero est uniuersalis de subiecto, &  
 particularis de modo. Quod autem tales positiones contrariarum legem  
 non participant, manifestum est: quia possunt dari duæ simul ueræ,  
 ut aliquem hominem necesse est esse animam, & omnem hominem  
 possibile est esse animam. Similiter datur duæ simul falsæ, ut quædam  
 hominem necesse est esse asinum, & omnem hominem possibile est  
 esse asinum: quare neque subcontrariarum, neque contradictoriarum  
 legem participant. Præterea potest dari uniuersalis de modo falsa, &  
 particularis de modo uera, ut aliquem hominem necesse est sedere,  
 & omnem hominem possibile est sedere. Contra potest dari particularis  
 de modo uera, ut quoddam animal necesse est esse hominem, & omne  
 animal possibile est esse hominem: quare non potest prima ad secundam  
 esse subalternas, neque secunda ad primam: non igitur legem subalternarum  
 participant, & per consequens nullam legem, quod est propositum. ¶ Mox tres ponuntur  
 regulæ æquipollentiarum modalium quæ fiunt per præpositionem, aut  
 postpositionem negationis ad modum, secundum analogiam præpositionum  
 de inesse. Primæ regulæ exemplum, ut aliquem hominem non necesse est  
 currere, æquipollet huic, aliquem hominem possibile est non currere.  
 Similiter, hominem non possibile est currere, æquipollet huic, hominem  
 impossibile est currere. ¶ Secundæ regulæ exemplum, ut omnem hominem  
 necesse est currere, æquipollet huic, omnem hominem impossibile est  
 currere: similiter omnem hominem impossibile est non currere, æquipollet  
 huic, omnem hominem necesse est currere. ¶ Tertiæ regulæ exemplum, ut  
 hominem non necesse est currere, æquipollet huic, hominem possibile est  
 currere: & ista, hominem non possibile est non currere, huic, hominem  
 necesse est currere. Et probandæ sunt hæc regulæ eo modo: quo probatæ  
 sunt regulæ æquipollentiarum de inesse. Et per eas, omnes eiusdem ordinis  
 modales diuisæ adinuicem penes quantitatem subiecti cõsimiles, inter se  
 æquipollent. Næpe ad modalium æquipollentiam, requiritur quod eiusdem  
 ex parte subiecti sint quantitates diuisarum: autem usus, solum ad  
 sophisticam pertinet. Quare positiones disciplinarum in quibus ponitur  
 aliquis dictio, siue præponatur, siue interponatur, siue postponatur:  
 intelligendæ sunt esse modales compositæ.

¶ A & a, significāt modū & uerbū similiter se habere. A & e, modum similiter, & uerbū dissimiliter. A & i, modū dissimiliter & uerbū similiter. A & u, & uerbum & modū, sese habere dissimiliter.

¶ Similiter em̄ se habent modo, quādo neutrius aut utriusq; modo præponitur negatio: & similiter uerbo quando neutri aut utriq; post modū ponitur negatio.

¶ Et similiter modo, & uerbo dissimiliter: quādo neutri aut utriq; præponitur negatio modo, & uni postponitur negatio modo, alteri uero minime.

¶ Et se habēt uerbo similiter & modo dissimiliter, qñ utriq; aut neutri postponitur negatio modo: & uni præponitur negatio modo, alteri uero non.

¶ Et se habēt uerbo & modo dissimiliter, quādo uni præponitur negatio modo, alteri autē nō: & uni postponitur negatio modo, alteri uero non.

	Parti.affir.	parti.neg.	uni.neg.	uni.affir.
Possibile	a	e	i	u
Contingens	a	e	i	u
Impossibile	i	u	a	e
Necesse	u	i	e	a

¶ Vocales, a, e, i, u, posite in syllabis quatuor dictionū Amabimus, Edentuli, Iliace, Purpurea, denotāt istū ordinem modalium diuisarum: denotāt habitudinē modi & copulæ penes affirmam

tionē & negationē. Nā a, significat neq; negationē præponi modo neq; postponi, ut hominē possibile est currere, e, negationē solū postponi modo, ut hominē possibile est nō currere, i, negationē solū præponi, ut hoīem nō possibile est currere, u, uero negationē præponi & postponi, ut hoīem nō possibile est nō currere. ¶ Et cōparādo duas eiusdē ordinis propositiones adinuicē, quatuor sumuntur regulæ æquipollentiā. Prima. Propositiones de possibili & cōtingenti, æquipollēt, uerbo & modo similiter se habētibus. Si em̄ unius uerbū est affirmatū: & alterius. Et si unius negatū: & alterius, ira & de modo, ut hoīem possibile est currere, & hoīem cōtingēs est currere. ¶ Sc̄da regula. Propositiones de possibili & impossibili, æquipollēt: modo dissimiliter & uerbo similiter se habente. Nā super unius modū fertur negatio, & nō super alterius. At sup utriusq; aut neutrius uerbū, fertur negatio, ut hoīem possibile est currere, & hoīem nō impossibile est currere. Ita, propositiones de contingenti & impossibili, cōsimiliter æquipollēt. ¶ Tertia regula. Propositiones de possibili & necessario æquipollēt, uerbo & modo dissimiliter se habentibus. Nā sup unius modū fertur negatio & alterius nō, ita & super uerbū, ut hoīem possibile est esse sedentē, & hoīem non necesse est nō esse sedentē. Eodē modo æquipollēt, propositiones de cōtingenti & necessario. ¶ Quarta regula. Propositiones de impossibili & necessario æquipollēt, modo similiter & uerbo dissimiliter se habente. Nā aut sup utriusq; aut neutrius modū fertur negatio: sup unius autem uerbū fertur & sup alterius nō, ut hominē nō impossibile est esse sedentē & hominem nō necesse est nō esse sedentē. Et cuiuslibet harū regularū in unoquoq; ordine sumātur exēpla. ¶ In subiecta autē formula, primus limes à sursum in deorsum porrectus, designat primum ordinem modalium diuisarū, quæ sunt particulares affirmatiuæ de modo. Secundus limes, sc̄dm ordinem modalium, quæ sunt particulares negatiuæ. Et designatur per uocabulū artis Edentuli, sicut primus per Amabimus. Tertius limes, designat tertium ordinem modalium, quæ sunt uniuersales negatiuæ de modo, & significatur per Iliace. Quartus limes, designat quartum ordinem modalium, quæ sunt uniuersales affirmatiuæ de modo, & significatur per uocabulum artis Purpurea. Quod si fiant similis & eiusdem quantitaris ex parte subiecti, cuius sunt ex parte modi, inter eas reperietur, propositiones oppositæ de forma, hoc modo.

Purpurea.

Iliace.

O<sup>m</sup> homi. nō possi. ē nō cur. O<sup>m</sup> hoīem nō possi. ē curre.

O<sup>m</sup> homi. nō cōtin. nō cur. O<sup>m</sup> homi. nō cōtingit curre.

O<sup>m</sup> homi. ipossi. est nō cur. O<sup>m</sup> homi. ipossi. est curre.

O<sup>m</sup> hoīem necesse est curre. O<sup>m</sup> homi. necesse ē nō curre.

Amabimus

Edentuli

Quēdā homi. possi. est curre. Quēdā ho. possi. est non curre.

Quēdā homi. cōtingit curre. Quēdā homi. cōtin. nō curre.

Quēdā homi. nō ipossi. est cur. Quēdā ho. nō ipossi. ē non cur.

Quēdā ho. nō necesse ē nō cur. Quēdā ho. nō necesse est cur.

Et p<sup>o</sup>sitiones primi & secūdi ordinis sunt subcōtrariæ de forma. tertius & quartus ordo, contrarij. primus & tertius, item secundus & quartus, cōtradictorij. primus & quartus, item secundus & tertius, subalterni.

¶ Propositio modalis tota uniuersalis affirmatiua, per accidens in totam particularem affirmatiuam, de necessitate atq; formaliter conuertitur.

¶ Tota uniuersalis negatiua, simpliciter in totam uniuersalē negatiuā, & per accidēs in totā particulare, & mixtim in partim uniuersalē, partimq; particulare conuertit.

¶ Propositio modalis tota particularis negatiua, non conuertitur.

¶ Propositio modalis tota particularis affirmatiua, conuertitur simpliciter in totam particularem affirmatiuam.

¶ Propositio modalis affirmatiua partim uniuersalis, partimq; particularis, mixtim in totam particularem conuertitur.

¶ Propositio modalis negatiua partim



uniuersalis partimq; particularis, nullo pa-  
cto conuertitur.

- 97 ¶ Postremo, ponatur lex regulæ cōuersionū modalium diuisa-  
rū. Exemplū primæ, ut oēm hoīem necesse est esse aīal, ergo  
quoddā aīal possibile est esse hominē. Quæ sic ostenditur. Sit  
data uniuersalis affirmatiua, oēm a necesse est esse b. Dico eā  
cōuerti in suā totā particulare quoddā b possibile est esse a.  
Pater: quia si nō sequat, oēm a necesse est esse b; ergo quoddā b pos-  
sibile est esse a. sit gratia disciplinæ antecedēs uerū & conse-  
quēs falsum. Cū cōsequēs sit falsum, eius cōtradictoriū oēm b  
necesse est nō esse. a, est uerū. Et cū antecedēs sit uerū, ita eius  
particularis, aliqd a possibile est esse b, etiā est uera: quare ali-  
quid idem possibiliter est a & b. Quæcūq; em de se in uicem  
possibiliter uerificatur: & de eodem tertio uerificabūtur. sit  
itaq; illud tertiu c. Cum c possibiliter sit a, & c possibiliter sit  
b: uerū admissum est, aliqd b possibiliter est a. Quæcūq; em  
de eo dē tertio possibiliter uerificatur: & de se in uicem possibili-  
ter uerificabūtur. Atqui maior est uera & minor, per cōces-  
sum ergo & cōclusio est uera, & ei⁹ cōtradictoria, oēm b ne-  
cessario nō est a etiā cōcessa est uera: sunt igitur duæ cōradicto-  
riæ simul ueræ, qd est impossibile: qre data cōuersione erat bo-  
na. Et solū uno hoc modo potest cōuerti, ppositio modalis to-  
ta uniuersalis affirmatiua, nō em potest cōuerti in affirmati-  
uā totā uniuersalē, neq; in affirmatiuā partim uniuersalē &  
partim particulare, cū eūc uniuersalis affirmatiua in uniuer-  
salē affirmatiuā cōuertetur: qd est incōueniēs. ¶ Secūda regu-  
la, tres habet partes. Pria est, Modalis diuisa tota uniuersalis  
negatiua cōuertit simplr in totā uniuersalē negatiuā, ut oīs  
hō necessario nō est lapis, ergo oīs lapis necessario nō est ho-  
mo. Quæ sic demonstrat. Sit data uniuersalis negatiua, oēm a  
necessario nō est b. Dico eā formaliter cōuerti in istā, oēm b  
necessario nō est a. Nā, si nō sequat, sit antecedēs uerū & cōse-  
quēs falsum. Cū cōsequēs sit falsum, eius cōtradictoriū, qd dā  
b possibiliter est a, est uerum, & est affirmatiuū, ergo, aliquid  
idem possibiliter est a & b, sit igitur illud tertiu, c. Tūc sic, c pos-  
sibiliter est b, & possibiliter est a, ergo quoddā a possibiliter est  
c. Maior est uera & minor, ex cōcesso: ergo & cōclusio: & eius  
cōtradictoria, oēm a necessario nō est b, etiā cōcessa est uera:  
sunt igitur duæ cōradictoriæ simul ueræ, qd est impossibile: qre  
data cōuersione erat necessaria. ¶ Secūda pars. Modalis diuisa

tota uniuersalis negatiua cōuertit per accidēs in totā particu-  
 larē negatiuā: ut, ois homo necessario nō est lapis, ergo aliq̄s  
 lapis possibiliter nō est hō. Quæ sic ostēdit. Si data tota uni-  
 uersalis negatiua, om̄e a necessario nō est b. Dico eā formalit̄  
 cōverti in suā totā particulārē, q̄ddā b possibiliter nō est a.  
 Nā bene sequitur, om̄e b necessario est a, ergo q̄ddā a possibili-  
 ter est b, per primā regulā: igit̄ ex opposito etiā sequitur, om̄e  
 a necessario nō est b: ergo q̄ddā b possibiliter nō est a, q̄d est, p̄  
 positū. ¶ Tertia pars. Modalis diuisa tota uniuersalis negati-  
 ua cōuertit mixtim, id est partim simp̄r & partim per acci-  
 dēs, in p̄positionē negatiuā, partim uniuersalē & partim par-  
 ticulārē. Et hoc dupliciter fit: primo tota uniuersalis negati-  
 ua, cōuertit in negatiuā uniuersalē de subiecto, & particula-  
 rē de modo: ut, ois homo necessario non est lapis: ergo ois la-  
 pis possibiliter non est homo. Q̄d p̄bat: nā bene sequitur, om̄e a  
 necessario non est b, ergo om̄e b necessario non est a, per pri-  
 mā partē huius regulæ. Et ultra sequitur: om̄e b necessario non  
 est a: ergo om̄e b possibiliter non est a, per legē subalternarū ex  
 parte modi, ergo de primo ad ultimū recte sequitur, om̄e a ne-  
 cessario nō est b: ergo om̄e b possibiliter nō est a, p̄ sextā regu-  
 lā cōsequentiariæ. Secūdo, tota uniuersalis negatiua cōuertit in  
 negatiuā particulārē de subiecto, & uniuersalem de modo: ut  
 ois homo necessario nō est lapis: ergo aliq̄s lapis necessario nō  
 est homo. Quæ sic ostēdit. Nā bene sequitur, oē a necessario nō  
 est b: ergo om̄e b necessario nō est a, p̄ primā partē presentis  
 regulæ. & ultra sequitur, om̄e b necessario non est a: ergo aliq̄d  
 b necessario nō est a, p̄ legē subalternarū ex parte subiecti:  
 ergo de primo ad ultimū h̄n sequitur, om̄e a necessario nō est b  
 ergo aliq̄d b necessario non est a: p̄ sextā regulā consequentiariæ  
 r̄i, q̄d est p̄positū. ¶ Tertie regulæ cōuersionis exēplū: ut nō  
 sequitur, quoddā aial possibiliter non est homo, ergo quidā hō  
 nō possibiliter non est aial. Q̄d sic ostēdit. Non sequitur (ut  
 in prima regula dictū est) om̄e a necessario est b: ergo om̄e b  
 necessario est a. Igitur ex opposito etiā non sequitur, quoddā b  
 possibiliter non est a: igit̄ quoddā a possibiliter nō est b: sicut  
 nec in p̄positiōib⁹ de inesse. ¶ Quartæ regulæ exemplum: ut  
 formaliter sequitur, quidā homo possibiliter est aial, ergo ali-  
 quod animal possibiliter est homo. Patet, quia per primā par-  
 tem secundæ regulæ bene sequitur: omne a necessario non  
 est b: ergo omne b necessario non est a: igitur ex opposito per  
 quartam regulam consequentiariæ bene sequitur: aliquod b

99 possibiliter est a: ergo aliquod a possibiliter est b: quod est  
 propositum. ¶ Quinta regula bifariam fieri potest. Primo af-  
 firmatiua uniuersalis de subiecto & particularis de modo con-  
 uertitur in totam particularem affirmatiuam: ut, ois homo  
 possibiliter est animal: ergo aliqd animal possibiliter est ho-  
 mo. Pater: quia recte sequitur per tertiam partem secundæ re-  
 gulæ: omne a necessario non est b: ergo quoddam b necessario  
 non est a: igitur ex opposito per quartam regulam consequen-  
 tiarum bene sequitur, omne b possibiliter est a, ergo aliquod  
 a possibiliter est b: quod est propositum. Secundo, affirmatiua  
 particularis de subiecto & uniuersalis de modo conuertitur  
 in totam particularem affirmatiuam: ut homo necessario est  
 animal, ergo aliquod animal possibiliter est homo. Quod sic  
 ostenditur: bene sequitur per tertiam partem secundæ regulæ  
 hic posite, omne a necessario non est b: ergo omne b possibi-  
 liter non est a: igitur ad oppositum consequentis, quoddam b  
 necessario est a, sequitur oppositum antecedentis, quoddam a  
 100 possibiliter est b: quod est propositum. ¶ Sexta autem regula  
 conuersionum modalium, habet ueritatem siue modalis nega-  
 tiua fuerit uniuersalis de subiecto & particularis de modo, ut  
 non sequitur, omne habens pedes possibiliter non est ambu-  
 lans: ergo aliquod ambulans possibiliter non habet pedes. Pa-  
 tet: quia non sequitur, omne a necessario est b: ergo aliquod b  
 necessario est a, ut in prima harum regularum dictum est: igi-  
 tur neque ex opposito sequitur: omne b possibiliter non est  
 a: ergo aliquod a possibiliter non est b, quod est huius partis  
 propositum. Secundo, modalis negatiua particularis de subie-  
 cto, & uniuersalis de modo, non recte conuertitur: ut non se-  
 quitur, quoddam animal necessario non est homo, ergo ali-  
 quis homo possibiliter non est animal. Quod sic ostenditur.  
 Non sequitur, omne a necessario est b: ergo omne b possibi-  
 liter est a: ut in prima regula dictum est: igitur neque ex oppo-  
 sito consequentis, quoddam b necessario non est a, sequitur op-  
 positum antecedentis, quoddam a possibiliter non est b: quod  
 est propositum.

¶ Ars syllogismorum.

- ¶ Argumentatio
- Syllogismus
- Inductio

- Exemplum.
- Enthymema.
- ¶ Syllogismus.

• Categoricalus	Primæ figuræ
• Hypotheticus	Secundæ figuræ
¶ Categoricalus	Tertiæ figuræ
• Communis	Directe concludens
• Expositorius	Indirecte cōcludēs.
¶ Communis	Perfectus
• Simplex	Imperfectus.
• Compositus	

**A**rgumētatio, est consequētia bona.  
 ¶ Syllogismus, est oratio ī qua quibusdā positis, aliud quiddā ab ijs que posita sunt de necessitate accidit, eo quod hæc sunt.

¶ Quibusdā positis, quibusdā propositionibus, de necessitate; formaliter, ī consequētia necessaria ac formali. Accidit, sequitur. Eo quod hæc sunt, propter hæc. Prima illarū propositionū vocatur maior. Secunda minor.

¶ Et illa que ex ipsis infertur, vocatur conclusio. Propositio, præmissa.

¶ Supremū & primū huius artis, est argumētatio; que in quatuor diuidit species: syllogismū, inductionē, exemplū & enthymema. Syllogismus (de quo præcipua hic agit determinatio) diducit deinde in syllogismū categoricū & hypotheticū. Syllogismus categoric⁹, in syllogismū categoricū cōmunem & expositoriū; quod ulteriorē nō habet diuisionē. Syllogismus autē categoric⁹ cōmunis, diuidit in simplicē & cōpositū. Quorum uterque trifariā subinde diducit. Primo in syllogismū primæ figuræ, secundæ, & tertiæ. Secūdo in syllogismū directe concludētē & indirecte. Tertio in syllogismū perfectū & imperfectū. Que oia, scdm positam in diuisione seriem diffiniuntur.

**A**rgumētatio cōmuniter accepta, & cōsequētia idē, & cōplectit tā ueras argumentationes & bonas cōsequēcias, q̄ apparentes argumentationes, & malas cōsequēcias, q̄ ita à logica reſciunt, sicut solcē cismus & barbarismus (q̄ nō latina est locutio, sed esse uideſ) à grāmatica. Proprie uero accepta, argumētatio & bona cōsequētia, idē sunt. & hæc potissimū logicæ est cōsiderationis. ut recta locutio latina, grāmaticæ. ¶ Diffinitio aut̄ syllogismi, sic intelligēda est. Syllogismus, est oratio (est em̄ ppositio hypothetica rationalis & argumētatio) in q̄, cū duæ ad minus, ppositiones siue pmissæ in antecedēte positæ fuerint, & cōiunctione copulatiua cōnectæ: cōclusio alia ab utraq; pmissæ formaliter sequitur. nō ppter maiore tantū, neq; minore tantū: sed maiore & minore simul. Ut hæc argumētatio, omne aial est substātia, & ois homo est aial, ergo ois homo est substātia: est syllogismus. nā, est oratio in q̄ quidā, ppositionibus positis: ponunt em̄ hæc duæ, ppositiones, omne aial est substātia, &, omnis homo est aial, p̄ toto antecedēte: & cōnectunt per cōiunctionē copulatiua: quum prima, & cōiunctionem p̄cedens, est maior: & scda, cōiunctionē neq; sequēs, minor: aliud ab his q̄ posita sunt de necessitate accidit. nam cōclusio, ois hō est substātia: alia non modo à toto antecedēte, sed & à maiore & à minore formaliter sequitur. nā tenet in omnibus terminis simili forma argumētandi retēta. eo q̄ hæc sunt, hoc est ppter hæc posita, scilicet maiore & minore simul positas, & nō ppter alterā tantum. Quo fit ut argumentatio, cuius cōclusio utriq; aut alteri pmissæ est similis: minime syllogismus dici queat. q̄lis est hæc, ois homo est homo, & ois homo est homo, ergo ois homo est homo q̄ ridicula est argumētatio, & ob petitionem principij statim prorsus inepta. Et ppter eandē rationem hic nō est syllogismus: omne aial est substātia, & ois homo est aial: ergo omne aial est substātia. cū cōclusio sit eadē alteri ppositionū assumptæ, formalis tñ est cōsequētia à tota copulatiua ad alterā eius partē & enthymema hypotheticū copulatiuum. Fit etiā ut si alicuius argumētationis cōclusio una ppositione remota, ex altera formaliter adhuc sequat: illa argumētatio nō sit syllogismus. ut omne aial est substātia, & ois homo est aial, ergo quoddā aial est substātia. nā remota minore, omnis homo est aial: adhuc cōclusio sequit ex maiore formaliter p̄ legem subalternæ. q̄re cōclusio nō sequitur necessario eo q̄ hæc sunt,

id est, propter maiorem & minorem simul, sed, propter maiorem tantum. cum minor nihil conferat ad necessariam eius illationem. In recto autem syllogismo: ex sola maiore non sequitur formaliter conclusio, ut non necessario sequitur, omne animal est substantia, ergo omnis homo est substantia, cum non sequitur in simili forma, omne animal est substantia, ergo omnis albedo est substantia. Neque ex sola syllogismi minore sequitur formaliter conclusio, ut non necessario sequitur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, cum in simili forma non sequitur, omnis homo est animal, ergo omnis homo est equus.

¶ Ex hac autem diffinitione manifestum est omnem syllogismum ex duabus constitui propositionibus, maiore & minore & inferri ex conclusione. Propositio, in proposito, est ad conclusionem inferendam in syllogismo, assumpta enuntiatio, propositio, premissa, idem: quod conclusioni inferendae praemittitur sic dicta. Maior syllogismi, est prima syllogismi propositio, & quae coniunctionem copulativam praecedit. Maior, maior propositio, maior praemissa maior assumptio, idem. Minor syllogismi, est secunda syllogismi propositio, & quae coniunctionem copulativam sequitur. Minor, minor propositio, minor praemissa, minor assumptio, idem. Tertium antecedens syllogismi: est propositio copulativa ex maiore & minore composita. Et haec prima est partium principalium, syllogismi nota illationis praecedens. Conclusio syllogismi, est ex premissis syllogismi conclusio enuntiativa, uel est quae ex praemissis in syllogismo inferitur enuntiativa, & est consequens syllogismi & secunda eius pars principalis, sequens notam illationis.

¶ Syllogismus categoricus, est syllogismus cuius utraque praemissarum assumptarum, pariter & conclusio, categorica est.

¶ Syllogismus hypotheticus, est syllogismus cuius altera propositionum assumptarum, aut conclusio, hypothetica est.

¶ Syllogismus categoricus communis, est syllogismus categoricus, cuius medium, est terminus communis.

¶ Syllogismus categoricus expositivus,

est syllogismus categoricus, cuius mediū,  
est terminus singularis.

¶ Syllogismus categoricus communis sim-  
plex, est syllogismus categoricus commu-  
nis, cuius extrema & copula suarū pro-  
positionū & conclusionis, sunt simplicia.

¶ Syllogismus categoricus communis cō-  
positus, est syllogismus categoricus com-  
munis, cuius aliquod extremum aut co-  
pula est composita.

¶ Syllogismus non dicitur categoricus, q̄ totus sit, p̄positio ca-  
tegorica, cū syllogismus oīs sit, p̄positio hypothetica: sed q̄  
utraq; præmissarum & cōclusio est categorica, ut, omne aīal  
est sensibile, & oīs homo est aīal, ergo oīs homo est sensibilis.  
Dati syllogismi maior, est categorica, & minor itidem & cō-  
clusio, q̄re est syllogismus categoricus. Syllogismus aut̄ hy-  
potheticus, est cuius uel maior est p̄positio hypothetica, ut, si  
oīs homo est aīal, omnis homo est sensibilis, at oīs homo est  
aīal: ergo omnis homo est sensibilis. aut cuius minor est p̄po-  
sitiō hypothetica, ut, oīs homo est aīal, at si oīs homo est aīal,  
omnis homo est sensibilis, ergo oīs homo est sensibilis. Aut  
cuius cōclusio fuerit hypothetica, ut, omne aīal est sensibile,  
& omnis homo est aīal: ergo omnis homo est sensibilis, uel a-  
liq; homo non est sensibilis. Maxime autem syllogismus hy-  
potheticus, est cuius maior est hypothetica & minor & cōclu-  
sio itidem hypothetica, ut si homo est, aīal est, & si aīal est, sub-  
stātia est: ergo si homo est, substātia est. ¶ Hanc aut̄ & cæte-  
ras syllogismorū hypotheticorum formas tradit diuus Seue-  
rinus Boetius in libro de syllogismis hypotheticis: quem tra-  
duxit ex Eudemio & Theophrasto discipulis Aristotelis: in  
q̄ hic positā syllogismi diffinitionē ponit tam syllogismo ca-  
tegorico, quā hypothetico cōuenientem: cum in syllogis-  
mo hypothetico quibusdā positis, p̄positionibus hypotheti-  
cis, aut saltem aliq̄, necesse est aliud ab ijs q̄ posita sunt: nūc ca-  
tegoricum, nūc hypotheticum accidere, sicut suo modo in  
syllogismis categoricis fieri cōtingit. ¶ De syllogismo com

muni hoc sumit exemplum. omne aial habet tactu, & omnis homo est aial, ergo omnis homo habet tactum. Eius em̄ medium, est aial: cū sit terminus his positus ante cōclusionem: semel qdem in subiecto maioris, & semel in p̄dicato minoris, ipsam conclusionē non intrās, & aial, est terminus cōmuni, ut notū est. ¶ De syllogismo expositorio. ut Sortes est substātia, & Sortes est aial, ergo quoddam aial est substantia. Sigdē eius medium, est Sortes, cū sit terminus his sumptus, ante cōclusionē, scilicet semel in subiecto maioris, & semel in subiecto minoris, ipsam conclusionē non intrans: & Sortes est terminus singularis. ¶ De syllogismo cōmuni simplici. ut, omne aial est substantia, & omnis homo est aial: ergo omnis homo est substantia. nam extrema maioris, aial & substantia, simplicia sunt, & copula est etiā simplex. similiter extrema minoris, homo & aial, sunt simplicia, itidem & copula. deniq; extrema conclusionis, homo & substātia, incomplexa sunt: similiter & copula, simplex & incomplexa. ¶ Syllogismus cōpositus, est quādo aut maior extremitas est complexa, aut minor, aut mediū. Exemplum primi. ut, omne aial est substātia animata sensibilis, & omnis homo est aial: ergo omnis homo est substātia animata sensibilis. Exemplum secundi, ut, omne aial est substantia, & omne aial rationale est aial: ergo omne aial rationale est substantia. Exemplum tertiū. ut, omne corpus animatum sensibile est substātia, & omne aial est corpus animatū sensibile: ergo omne aial est substantia. ¶ Et si qs hec 4 tria secundum regulam ternarij connectere uelit, septem sumentur modi syllogismi compositi. scilicet tres q dicti sunt: quartus quando maior extremitas & minor erūt complexa: quintus, cum maior extremitas & medium sunt complexa: sextus, quando minor extremitas & mediū sunt complexa: septimus, quando maior extremitas, minor & medium sunt complexa: quorum facile est exempla sumere. Præterea, quādo copula, ppositionum syllogismi & conclusionis est composita, syllogismus est compositus, ut omne aial est uel fuit substantia, & omnis homo est uel fuit aial: ergo omnis homo est uel fuit substantia. sed quia copula cōposita raro utuntur authores in disciplinis: secundum eam rarus admodum fit syllogismus compositus.

¶ Syllogismus categoricus primæ figuræ, est syllogismus categoricus, cuius mediū



subiicitur in maiore & prædicatur in minore. Mediū syllogismi, est terminus bis sumptus ante conclusionem, ipsam cōclusionem non intrans.

- ¶ Syllogismi primæ figuræ sunt, barbara, celarent, darij, ferio, baralipton, celantes, dabitis, sapelmo, frifesomorum.
- ¶ Syllogismus secundæ figuræ, est syllogismus categoricus, cuius medium prædicat in utraque præmissarum.
- ¶ Secundæ figuræ syllogismi sunt cesare, camestres, festino, baroco.
- ¶ Syllogismus tertię figuræ, est syllogismus categoricus cuius mediū subiicitur in utraq; præmissarum.
- ¶ Syllogismi tertię figuræ sunt darapti, felapton, disamis, datisi, bocardo, ferison.
- ¶ Syllogismus directe concludens, est syllogismus categoricus cōcludēs maiorem extremitatem de minore.
- ¶ Syllogismus indirecte cōcludēs, est syllogismus categoricus cōcludēs minorem extremitatem de maiore.
- ¶ Maior extremitas, est q̄ cōtinet in maiori, ppositiōe cū medio. Et minor extremitas, quę ponitur in minori cū medio.
- ¶ Syllogismi indirecte cōcludētes sunt bar

ralipton, celantes, dabitis, fapesmo, frifeso  
 morū. Reliqui omnes nominati, sunt dire  
 cte concludentes. Fapesmo & frifeso  
 rum, sunt indifferentes syllogismi primæ  
 figuræ, secundæ figuræ, & tertiæ figuræ:  
 homonyme tamen capti.

¶ De syllogismo primæ figuræ hoc detur exemplū: omne aīal est  
 substāria, & oīs homo est aīal: ergo oīs hō est substāria. in quo  
 mediū animal (est em terminus bis sumptus ante cōclusionē,  
 ipsam cōclusionē nō intrans) subiectū est in maiore, & præ  
 dicatū in minore. Et diffinit hic syllogismus primæ figuræ  
 de forma directa: in quo absq; præmissarū transpositione ex  
 præmissis directe sequitur cōclusio. syllogismus autē primæ fi  
 guræ de forma indirecta (in quo. s. per præmissarū trāspositio  
 nē, eadē ut prius, sed indirecte, sequitur cōclusio) est cuius me  
 diū prædicatur in maiore & subijcitur in minore: ut oīs hō  
 mo est aīal, & omne aīal est substāria, ergo oīs homo est substā  
 tia. Et hæc forma, fit ex prima, per solā præmissarū trāspositi  
 tionē. At sola præmissarū transpositio nō variat figuram: sed  
 eandē cōclusionē directe cōclusam facit cōcludi indirecte, &  
 prius indirecte conclusam directe, ppter maioris extremita  
 tis in minorē, & minoris in maiore cōmutationē: quare hæc  
 secūda forma nō quartam facit figurā, ut asserūt nōnulli: sed  
 eandē cum priore scilicet primā figurā. Prima autē figura, ut  
 utranque formā, & primā & secundā complectitur, est cuius  
 mediū subijcitur in una præmissa: & prædicatur in alia. ¶ Mo  
 di autē syllogismorū primæ figuræ noīantur uocabulis artis  
 posterius explicādis: ex quibus sumūtur uniuscuiusq; diffini  
 tiones, q̄ pariter sūt cōclusiones paulopost demonstrādē. ¶ Bar  
 bara, syllogismus primi modi primæ figuræ, est syllogismus  
 primæ figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & mi  
 nor uniuersalis affirmatiua, cōclusionē uniuersalē affirmati  
 uā directe cōcludēs, ut omne aīal est substāria, & oīs homo est  
 aīal: ergo oīs homo est substātia. Syllogismus primi modi  
 primæ figuræ, modus primæ figuræ, idē. ¶ Celarent, syllogis  
 mus scđi modi primæ figuræ, est syllogismus primæ figuræ, cu  
 ius maior est uniuersalis negatiua, & minor uniuersalis affir  
 matiua, cōclusionē uniuersalē negatiuā directe cōcludens, ut

nullū animal est lapis: & oīs homo est animal: ergo nullus ho-  
 mo est lapis. Syllogismus secūdi modi primæ figuræ, secūdus  
 modus primæ figuræ, idem. ¶ Darii, syllogismus tertij modi  
 primæ figuræ, est syllogismus primæ figuræ, cuius maior est  
 uniuersalis affirmatiua, & minor particularis affirmatiua, cō-  
 clusionem particularē affirmatiuā directe cōcludēs: ut omne  
 animal est substātia, & aliquis homo est aīal, ergo aliqs homo  
 est substātia. Syllogismus tertij modi primæ figuræ, tertius  
 modus primæ figuræ, idem. ¶ Ferio, syllogismus quarti modi  
 primæ figuræ, est syllogismus primæ figuræ, cuius maior est  
 uniuersalis negatiua, & minor particularis affirmatiua, cōclu-  
 sionē particularē negatiuā directe cōcludēs: ut nullū aīal est  
 lapis, & aliqs homo est aīal: ergo aliqs homo nō est lapis. ¶ Ba-  
 ralipton, syllogismus quinti modi primæ figuræ, est cuius ma-  
 ior est uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis affirma-  
 tiua, cōclusionē particularē affirmatiuā indirecte cōcludēs: ut  
 omne animal est substātia, & oīs homo est animal: ergo quēdā  
 substātia est homo. ¶ Celantes, syllogismus sexti modi primæ  
 figuræ, est syllogismus primæ figuræ, cuius maior est uniuersalis  
 negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusionem  
 uniuersalem negatiuā indirecte cōcludēs: ut nullū aīal est la-  
 pis, & omnis homo est animal: ergo nullus lapis est homo.  
 ¶ Dabitis, syllogismus septimi modi primæ figuræ, est syllo-  
 gismus primæ figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua,  
 & minor particularis affirmatiua, cōclusionē particularē affir-  
 matiua indirecte cōcludēs: ut omne aīal est substātia, & aliqs  
 homo est aīal: ergo quēdā substātia est homo. ¶ Fapesmo, syllo-  
 gismus octaui modi primæ figuræ, est syllogismus primæ  
 figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis  
 negatiua: cōclusionē particularē negatiuā indirecte  
 cōcludēs, ut omne aīal est substātia, & nullus lapis est aīal: ergo  
 quēdā substātia non est lapis. ¶ Friesomone, syllogismus noni  
 modi primæ figuræ, est syllogismus primæ figuræ, cuius ma-  
 ior est particularis affirmatiua, & minor uniuersalis negati-  
 ua: cōclusionē particularē negatiuā indirecte cōcludēs, ut ali-  
 quod aīal est substātia, & nullus lapis est aīal: ergo quēdā substā-  
 tia nō est lapis. Et idē dicitur nonus modus primæ figuræ, si-  
 cut pcedētes oēs cōsi militer dicūtur. ¶ Syllogismus scdæ fi-  
 guræ, est cui⁹ mediū est p̄dicatū maioris, p̄positionis pariter  
 & minoris. Et eius quatuor sunt modi, id est species, directe  
 cōcludentes. ¶ Cesare, primus modus scdæ figuræ, est syllo-

gismus scđæ figuræ, cuius maior est uniuersalis negatiua, &  
 minor uniuersalis affirmatiua: cōclusionē uniuersalē negati  
 uā directe cōcludēs. ¶ Camestres, syllogismus scđi modi se  
 cūđæ figuræ, est syllogismus secūđæ figuræ, cuius maior est  
 uniuersalis affirmatiua, & minor uniuersalis negatiua: cōclu  
 sionē uniuersalē negatiuā directe cōcludēs. ¶ Festino, syllo  
 gismus tertij modi scđæ figuræ est syllogismus scđæ figuræ,  
 cuius maior est uniuersalis negatiua, & minor particularis  
 affirmatiua: cōclusionē particularē negatiuā directe conclu  
 dēs. ¶ Baroco, syllogism⁹ quarti modi scđæ figuræ, est cuius  
 maior est uniuersalis affirmatiua: & minor particularis ne  
 gatiua: cōclusionē particularē negatiuā directe concludens. 8  
 ¶ Syllogism⁹ tertij figuræ, est syllogism⁹ cui⁹ mediū est subie  
 ctū in utraq; pmissarū, ut omnis homo est risibile, & omnis  
 homo est aīal: igitur aīal est risibile. Et eius sex sunt modi.  
 ¶ Darapti, syllogismus primi modi tertij figuræ: est syllo  
 gismus tertij figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua  
 & minor uniuersalis affirmatiua: cōclusionē particularē affir  
 matiua directē cōcludēs. ¶ Felapto, syllogismus secūđi modi  
 tertij figuræ, est cuius maior est uniuersalis negatiua, & mi  
 nor uniuersalis affirmatiua: cōclusionē particularē negatiuā  
 directē cōcludens, ut null⁹ hō est lapis, & oīs hō est aīal: ergo  
 aīal nō est lapis. ¶ Disamis, syllogismus tertij modi tertij fi  
 guræ, est syllogismus tertij figuræ, cuius maior est particu  
 laris affirmatiua, & minor uniuersalis affirmatiua, cōclusi  
 nē particularē affirmatiuā directē cōcludēs, ut, qđā hō est sub  
 stātia, & oīs hō est aīal, ergo quoddā aīal est substātia. ¶ Dati  
 si, syllogismus quarti modi tertij figuræ, est syllogismus ter  
 tij figuræ, cuius maior est uniuersalis affirmatiua, & minor  
 particularis affirmatiua: cōclusionē particularē affirmatiuā  
 directē cōcludēs. ¶ Bocardo, syllogismus quinti modi tertij  
 figuræ, est syllogismus tertij figuræ, cuius maior est parti  
 cularis negatiua, & minor uniuersalis affirmatiua: cōclusionē  
 particularē negatiuā directē cōcludēs. ¶ Ferisō, syllogismus  
 sexti modi tertij figuræ, est syllogismus tertij figuræ cuius  
 maior est uniuersalis negatiua, & minor particularis affirma  
 tiua: cōclusionē particularē negatiuā directē cōcludēs. Et oēs  
 iste diffinitōes suo loco demonstrabūt. ¶ Syllogismus directi e 9  
 cōcludēs, est in cui⁹ cōclusiōe p̄dicat maior extremitas de mi  
 nore, ut, oē aīal est substātia, & oīs homo est aīal, ergo oīs ho  
 mo est substātia, hic enim substātia, maior extremitas (nam

ponitur in maiore propositione cū medio) in cōclusionē p̄dicatur de termino homo, q̄ est minor extremitas: nā ponitur in minore propositione cū medio scilicet aīal. Vnde mediū, est terminus bis sumptus ante cōclusionē, ipsam cōclusionē non intrās. Et hęc posterior particula, diffinitioni mediū syllogistici adiecta est, p̄pter syllogismū ex oppositis, qualis est iste: oīs homo est aīal, & nullus homo est aīal: ergo nullus homo est homo. Quāuis em̄ terminus homo, bis sumatur ante cōclusionē: semel quidē, ut maior extremitas, & deinde ut minor: nō tñ est mediū, quia cōclusionē intrat: sed aīal (q̄ cōclusionē nō intret) p̄dicti syllogismi est mediū. Syllogismus indirec̄te cōcludēs, est syllogismus in cuius cōclusionē p̄dicatur minor extremitas de maiore, ut oīs aīal est substātia, & oīs homo est aīal: ergo quēdā substātia est homo. Vbi homo minor extremitas (cū ponatur in maiore propositione cū medio) in cōclusionē p̄dicatur de substātia maiore extremitate: nā in maiore ponitur propositione cū medio. Nominatorū autē modorū quintus, sextus, septimus, octauus, & nonus primę figurę indirec̄te cōcludūt: ceteri uero oēs notati sunt directē cōcludentes, hi quidē primę figurę, hi secūdā, & hi tertię. ¶ Fapesmo uero & frifesomorū sunt cuiuslibet trium figurarū modi: ubiq̄ ex p̄missis ijsdem secūdū qualitātē & quantitātē cōclusionē particularē negatiuā indirec̄te cōcludentes. Aequiuoce tamē sunt primę figurę modi, & secūdā & tertię. Nā cū sunt modi primę figurę: mediū in illis subijcitur in maiore & p̄dicatur in minore, ut paulo ante data ostēdūt exēpla. Cū uero sunt modi secūdā figurę: mediū p̄dicatur in utraq̄ p̄missarū, ut oīs homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidā homo nō est lapis. Similiter aliquis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidā homo nō est lapis. Cū uero sunt modi tertię figurę: mediū subijcitur in utraq̄ p̄missarū, ut oīs homo est animal, & nullus homo est equus: ergo quoddam animal non est equus. Similiter aliquis homo est animal, & nullus homo est equus: ergo quoddam animal nō est equus. Quare ex diffinitione eorū, ut sunt modi primę figurę, facile est sumere eorum diffinitiones, ut sunt modi cæterarum figurarum: cum solū mutandum sit genus diffiniti.

¶ Syllogismus perfectus, est syllogismus, qui nullius alterius indiget ad hoc q̄ ap̄

pareat necessarius. Hoc est qui non indiget conuersione, transpositione præmissarum, aut reductione per impossibile. Necessarium, euidens.

¶ Syllogismus imperfectus, est syllogismus categoricus, qui indiget unius aut plurius ad hoc ut appareat necessarius. Hoc est qui indiget conuersione, transpositione præmissarum, aut reductione per impossibile.

¶ Syllogismi perfecti sunt, barbara, celarent, darij, ferio: & reliqui oēs sunt imperfecti. Oīa hic dicta, intelliguntur de syllogismis cōib<sup>9</sup> & simplicib<sup>9</sup>, de quib<sup>9</sup> Aristoteles præcipuam egit curam atque determinationem.

¶ Literæ significatiuæ sunt A, e, i, o, B, C, c, D, F, m, p, s.

¶ A, uniuersalis affirmatiua. e, uniuersalis negatiua. i, particularis affirmatiua. o, particularis negatiua. Capitalia:

¶ B, reduci ad barbara. C, ad celarent. D, ad darij. F, ad ferio. c, quod non est dictionis principium: conuersiue & impossibile significat.

¶ M, mutationem præmissarum, id est transpositionem

¶ P, per accidens conuersionem.

¶ S, simplicem conuersionem.

¶ De syllogismo perfecto exemplum sumatur: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Nam nullius alterius indiget, ut appareat ne-

cessarius, id est ut demonstretur esse necessaria consequentia,  
 siue ut ostendatur esse evidens, manifestus & indubitatus, no-  
 enim indiget conuersione, transpositione præmissarum, aut re-  
 ductione per impossibile: quauis indigeat principio de omni,  
 & diffinitione de omni ad suam demonstrationem, ut postea  
 futurus est sermo. ¶ De syllogismo imperfecto, ut, nullus lapis  
 est animal, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est  
 lapis, nã indiget unius trium instrumentorum quibus perficiuntur  
 syllogismi aut plurius, ut appareat necessarius: cum indigeat con-  
 uersione. Sane aliquis syllogismus imperfectus, solum unius in-  
 diget ut perficiatur, ut primus modus secundæ figuræ, sola con-  
 uersione, & quartus modus eiusdem figuræ, reductione per im-  
 possibile, aliquis uero plurius indiget instrumentorum perficiendi  
 syllogismos, ut secundus modus secundæ figuræ, conuersione &  
 11 inuentione præmissarum. ¶ Et quatuor modos primæ figuræ syl-  
 logismi perfecti sunt: ceteri autem omnes de medio cõi, sunt imper-  
 fecti, quod postremum adiectum est, propter syllogismos tertiæ figuræ  
 expositiores, qui perfecti sunt, & immediate principijs com-  
 parantur: per quos quidem syllogismos modi tertiæ figuræ, quod solum  
 particulariter concludunt, præter ceteros modos perficiuntur. Et de-  
 monstraciones syllogismorum perfectorum immediate sunt, quod so-  
 lum ex principijs procedunt: quare faciliores & perfectiores. Demõ-  
 straciones autem syllogismorum imperfectorum mediatarum, quia procedunt  
 non statim ex principijs, sed ex cognitis ex principio scilicet  
 conuersione, transpositione præmissarum, & reductione per impossi-  
 bile: & ergo difficiliore sunt & minus perfectæ, ut suo loco oia  
 12 patebunt. ¶ Duodecim autem literarum significatiuarum quatuor  
 primæ, qualitate & quantitate præmissarum & conclusionum signifi-  
 cant: in prima quædam syllaba uocabulorum artis prius nominato-  
 rum qualitate & quantitate maioris, in secunda minoris, in tertia con-  
 clusionis. A, significat uniuersalem affirmatiuam. E, uniuersalem  
 negatiuam. I, particularem affirmatiuam. O, particularem negatiuam.  
 B, significat syllogismos imperfectos à litera B capitali, initia-  
 lique incipientes, reduci ad barbara, ut baralipton, baroco, bo-  
 cardo. C, significat modos imperfectos (quorum ea litera prima  
 est) reduci ad celaret, ut celates, cesare, camestres. D, signifi-  
 cat modos imperfectos ab ea litera incipientes reduci ad darum,  
 ut dabitur, darapti, disamis & datissi. F, uero modos imper-  
 fectos ab hac litera incipientes reduci ad ferio, ut fapesmo, fri-  
 sesomus, festino, felapton, ferison. c paruum, quod non est princi-  
 pius dictionis, sed in medio positum designat modum in quo pos-

nitur, reduci cōuersiue siue p̄ syllogismū cōuersiuū: quā qui-  
 dē reductionē, uocat̄ reductionē p̄ impossibile, ut baroco &  
 bocardo. M, significat modū in quo ponitur p̄fici per muta-  
 tionē siue trāsp̄sitionē p̄missarū, ut fapesmo, frisesomoz,  
 camestres, disamis. Et qui hęc artis uocabula primus exco-  
 gitauit: dictionis mutatio, literam capitalē cepit scilicet M,  
 quę eā significaret, sicut & primā literā huius dictionis, con-  
 uersiue, scilicet parū c̄ q̄ id significet: sicut itē in ceteris lite-  
 rarū significationibus obseruasse compertus est. P, significat  
 p̄missam, aut cōclusionē cuius uocali immediate postponitur  
 conuerti p̄ accidēs, cū modus p̄ficiatur, ut baralip̄ton, darapti,  
 felapton. In baralip̄ton tamē nō significat cōclusionē p̄ acci-  
 dens cōuerti: sed eā in cōuersione p̄ accidens esse cōuertentē  
 conclusionis uniuersalis affirmatiuę, de barbara: cū particu-  
 laris affirmatiua nō cōuertatur per accidens. S, denotat p̄-  
 missam, aut cōclusionem cuius uocali, p̄xime postponitur cō-  
 uerti simpliciter: cū modus imperfectus ad perfectū reduci-  
 tur, ut celantes, dabitis, fapesmo, frisesomoz, cesare, came-  
 stres, festino, disamis, datisi, ferison.

### ¶ Regulæ.

- 1 ¶ Ad quas cūq; p̄missas, sequuntur ipsę  
 eędem transpositę.
- 2 ¶ Ad p̄missas conuersas, sequuntur p̄-  
 missę conuertentis.
- 3 ¶ Ex cuiuslibet syllogismi cōtradictorio  
 cōclusionis cū alterutra p̄missarū, de neces-  
 sitate sequit̄ oppositū alterius p̄missę.

¶ Regulę subiūctę tres primę, pb̄t̄ tria instrumēta qui-  
 bus p̄ficiuntur syllogismi imperfecti, prima quidē trāsp̄sitionē  
 p̄missarū, scđa cōuersionē, & tertia reductionē p̄ impossi-  
 bile siue syllogismū cōuersiuū. ¶ Quę: prima est, q̄ ad quas  
 cūq; p̄missas sequuntur ipsę eędē mutato ordine positę: ut  
 quę ante prior fuerit, sit deinde posterior: & quę posterior,  
 prior: ut bene sequitur, omne aīal est substantia, & oīs homo est  
 aīal, ergo omīs homo est aīal, & omne animal est substantia;  
 ubi secundo loco sumptę p̄missę, oppositū habent sicut  
 ad primas, Patet, quia si non sequatur, omne b est a, & omne



- c est b: ergo omne c est b & omne b est a. Sit gratia disciplina  
 antecedens uerū & cōsequens falsum. Cum cōsequens, omne c  
 est b, & omne b est a, sit falsum, & sit una copulatiua, per diffini  
 tionē, altera pars eius est falsa. Sit ergo prima eius pars, omne  
 c est b, falsa: eius igitur cōtradictoria, quoddā c nō est b, erit  
 uera. Cum antecedēs, omne b est a, & omne c est b, per hypothe  
 sin sit uerū, & sit copulatiua: eius utraq; pars per diffinitionē  
 est uera. quare hæc, omne c est b secūda eius pars est uera: &  
 sua cōtradictoria, quoddā c nō est b, itidem concessa est uera:  
 sunt igitur duæ cōtradictoriae simul ueræ, qđ est impossibile.  
 Quod si qs dicat primi cōsequētis nō primā partē quæ data  
 est, sed secūda partē falsam, omne b est a: eodem ordine p  
 habitur eius cōtradictoria, quoddā b nō est a, debere esse ue  
 ram. Et cum antecedens sit admissum uerū quod est, ppositio  
 copulatiua: eius utraq; pars est uera. quare & hæc, omne b est  
 a, eius prima pars: cuius iam cōtradictoria, quoddā b nō est a  
 est admissa uera: sunt igitur duæ cōtradictoriae simul ueræ, qđ  
 est impossibile. ¶ Ex hac regula sequitur, qđ ad quascunq; præ  
 missas sequitur aliqua cōclusio, ad easdē transpositas sequitur  
 eadē cōclusio: ut sicut bene sequitur, omne aīal est substātia, &  
 oīs homo est aīal: ergo oīs homo est substātia: ita recte sequit  
 oīs homo est aīal, & omne animal est substātia: ergo oīs homo  
 est substātia. Sit supposita hypothesi qđ bene sequatur, omne  
 b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Dico qđ bene etiā se  
 quitur, omne c est b, & omne b est a: ergo omne c est a. Patet:  
 nam bene sequitur, omne c est b, & omne b est a: ergo omne  
 b est a, & omne c est b. Nam ad præmissas non transpositas se  
 quuntur ipsæ eadē transpositæ. Et ultra sequitur per hy  
 pothesin, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a: igit  
 tur de primo ad ultimum bene sequitur, omne c est b, & om  
 ne b est a: ergo omne c est a. Quicquid enim sequitur ad con  
 sequens primæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedens.
- 14
- 15
- ¶ Ex quo patet tot esse syllogismos indirecte cōcludētes ali  
 quam conclusionem, quot sunt eandē directe cōcludentes,  
 & ex eisdem terminis, & ediuerso. Nam sola præmissarum  
 transpositione, & seruata eadē cōclusionē syllogismi, dire  
 cte cōcludentes fiunt indirecte concludentes: & indirecti fiūt  
 directi, ppter mutationem maioris extremitatis in minorē,  
 & minoris in maiorem. ¶ Vnde tot sumuntur modi in omni  
 bus figuris, præmissis transpositis, quot sunt sumpti præmis  
 sis nō transpositis: transferēdo syllabam maioris in locū mi
- 16

noris, & diuerso, qui sunt:

Barbara, calarent, dirai, fireo, brabalipron.

Calentes, dibatis, felsmapo, fresilomorum.

Casere, cesmatres, firefno, boraco, daprati.

Fapleton, damissis, disati, bacordo, fiseron.

¶ Et quatuor primi modi ostendunt formam imperfectam & indirectam primæ figuræ pro qua nonnulli contra Aristotelis sententiam conati sunt quartam astruere figuram. Cæteri autem respondent, tum in prima, tum in secunda, tum in tertia figura suis alijs modis. ¶ Pro secunda regula, cognoscendum est quod præmissæ ipsius conuersæ sunt, in quibus una uel plures conuersæ continentur. Præmissæ autem cõuertentis sunt, in quibus una uel plures continentur conuertentes. ut omne animal est substãtia, & omnis homo est animal, sunt præmissæ cõuersæ. At omne animal est substãtia: & quoddam animal est homo, sunt præmissæ conuertentis: quia hic minor conuertens fit, illic uero minor est cõuersa. ¶ Et per hæc regulam ad primas præmissas sequuntur secundæ, ut recte & necessario sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo quoddam a est b, & omne c est b. Nam impossibile est antecedens esse uerum, quin simul consequens sit uerum. Ponatur enim antecedens omne b est a & omne c est b esse uerum. Cum sit una copulatiua, eius utraque pars est uera, quare omne b est a prima eius pars est uera, & omne c est b secunda pars itidem uera. Et sequitur, omne b est a, ergo quoddam a est b, per conuersionem uniuersalis affirmatiuæ in particularem affirmatiuam. Antecedens autem probatum est uerum, ergo & consequens: quod est prima pars consequentis datæ argumentationis: & secunda eiusdem consequentis pars, omne c est b prius ostensa est uera: igitur utraque consequentis pars est uera: & est una copulatiua: igitur totum consequens est uerum. Possito igitur antecedente uero, necessarium est consequens esse uerum, quod est propositum. Et hac autem regula in præmissis primi modi primæ figuræ, tres habentur modi argumentandi. Primus, ubi ex huiusmodi præmissis sequuntur præmissæ cõuertentis maioris tantum: ut omne b est a, & omne c est b: ergo quoddam a est b, & omne c est b. ¶ Secundus, ubi ex primi modi præmissis sequuntur præmissæ conuertentis minoris tantum: ut omne b est a, & omne c est b: ergo omne b est a, & quoddam b est c. ¶ Tertius, ubi ex eiusdem primi modi præmissis sequuntur præmissæ cõuertentis maioris & mi-

noris simul: ut omne b est a, & omne c est b: ergo quoddam  
 a est b & quoddam b est c. Sic ex secundi modi primę figurę  
 præmissis, tres sumuntur modi argumentandi. Primus, maio-  
 re sola conuersa aut simpliciter aut per accidens: ut nullum b  
 est a, & omne c est b: ergo nullum a est b, & omne c est b, uel  
 ergo aliquod a non est b, & omne c est b. Secundus, minore so-  
 la conuersa per accidens: ut nullū b est a, & omne c est b: er-  
 go nullum b est a & quoddam b est c. Tertius, maiore & mi-  
 nore simul conuersis: ut omne b non est a, & omne c nō est b:  
 ergo nullum a est b & quoddam b est c: uel ergo quoddam a  
 non est b, & quoddam b est c. Et ita in cæteris modis quorum  
 utraque præmissa potest conuerti, tres sumuntur modi ar-  
 gumentandi. ubi uero una tantum præmissa conuertitur ut  
 19 baroco & bocardo: uicinus. ¶ Tertia regula pendet ex deci-  
 ma quarta regula consequentiarum prius ostensa. Diduci-  
 turque in duas regulas speciales. Prima. Ex cuiuslibet syllo-  
 gismi cōtradictorio cōclusionis cū maiore, de necessitate se-  
 quitur cōtradictorium minoris. Vt hic sit syllogismus, om-  
 ne b est a, & omne c est b, ergo omne c est a. Dico quōd bene  
 sequitur, omne b est a, & quoddam c non est a, ergo quoddam  
 c non est b, etiam syllogistice. Si enim non sequatur, sit ante-  
 cedens uerum & consequens falsum. Cum consequens sit fal-  
 sum: omne c est b, eius cōtradictoriū est uerū. Et cum antece-  
 dens per hypothesin sit uerum, & sit ppositio copulatiua: eius  
 utraq; pars per diffinitionē est uera: quare omne b est a, prima  
 eius pars est uera: & etiā secūda pars, quoddā c nō est a. At per  
 hypothesin bene sequitur: omne b est a, & omne c est b, ergo omne  
 c est a: quia admissus est in principio esse syllogismus. Sed ma-  
 ior est uera, & cōcessum est, etiā minor: ergo & cōclusio, omne  
 c est a, est uera: & eius cōtradictoria quoddā c nō est a, eō cessa  
 est uera: sunt igitur duę cōtradictorię simul, ueræ, qđ est im-  
 20 possibile: quare secūdus syllogismus erat bonus. ¶ Secūda pars.  
 Ex cuiuslibet syllogismi cōtradictorio cōclusionis cū mino-  
 re, de necessitate in syllogismo sequitur cōtradictoriū maioris.  
 Vt sit dat⁹ prædictus syllogismus, omne b est a, & omne c est b:  
 ergo omne c est a. Dico & hic esse syllogismū, quoddā c nō est  
 a, & omne c est b: ergo quoddā b nō est a. Quod si quis dubitet: po-  
 nat gratia disciplinæ antecedēs uerū, & cōsequēs falsum. Cū  
 cōsequens per hypothesin sit falsum, eius cōtradictoriū, omne  
 b est a, est uerū. Et cū per hypothesin antecedēs sit uerū, & sit  
 una copulatiua, utraq; partiū eius est uera, quare prima eius

pars, quoddā c nō est a, est uera, itidem & secūda omne c est b. At sequitur per hypothesin, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Maior cōcessa est uera, itidem & minor: ergo & cōclusio, omne c est a, est uera: & sua cōtradictoria, quoddā c non est a etiā cōcessa est uera: sunt itaq; duæ contradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Est igitur secunda cōsequētia bonus syllogismus, quod est propositum.

- 4 ¶ Ad quascunq; præmissas, aliqua sequitur conclusio: ad easdem sequitur cōuertens, subalterna, & omnes conclusionis æquipollentes.

	A	E	I	O
	i	o	ne	na
	no	ni	nan	nen
	en	an	is	o
	ip	es	o	o
	o	op	o	o

- 4 ¶ Quarta regula tres habet partes. Prima. Ad quascunq; præmissas sequitur aliqua cōclusio, ad easdem sequitur cōuertens cōclusionis: ut ad has præmissas, omne b est a, & omne c est b, sequitur cōclusio, omne c est a: quæ cōuertitur per accidēs in hanc, quoddā a est c: ergo cōuertens quoddā a est c, sequitur ad datas præmissas omne b est a, & omne c est b. Et dico bene sequi, omne b est a, & omne c est b, ergo quoddam a est c. Patet: nā per hypothesin bene sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a, per primū modū primæ figuræ. Et ultra sequitur: omne c est a, ergo quoddā a est c, per cōuersionem uniuersalis affirmatiuæ in particularē affirmatiuā, ergo ex primo antecedente sequitur ultimū cōsequens hoc modo, omne b est a, & omne c est b: ergo quoddā a est c. ¶ Secunda pars est. Ad quascunq; præmissas sequitur aliqua cōclusio, ad easdem sequitur conclusio subalterna particularis: ut ad datas præmissas, omne b est a, & omne c est b, sequitur conclusio, omne c est a: cuius particularis subalterna est, quoddam b est a: quæ quidem particularis sequitur ad easdem præmissas. Et dico quod recte sequitur: omne b est a, & omne c est b: ergo quod-

- clam c est a. Nam per hypothesin sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a. Et ultra sequitur omne c est a, ergo quoddam c est a per legem subalternarum: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo quoddam c est a. ¶ Tertia pars regulæ est. Ad quascunq; præmissas sequitur conclusio, ad easdem sequuntur conclusionis æquipollentes. Vt ad datas præmissas, omne b est a, & omne c est b, sequitur conclusio, omne c est a. quæ per secundam regulam æquipollentiæ: æquipollet huic, nullum b non est a: & per primam & tertiam huic, non quoddam b non est a: quod æquipollentes sequuntur ad easdem præmissas. Et dico bene sequi: omne b est a, & omne c est b: ergo nullum c non est a. Nam per hypothesin recte sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo omne c est a: & ultra sequitur, omne c est a: ergo nullum c non est a. Nam ab æquiualentem est formalis consequentia: ergo de primo ad ultimum sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo nullum c non est a. Et cum itidem recte sequatur, omne c est a: ergo non quoddam c non est a. ab æquiualentibus, rursum de primo ad ultimum recte sequitur, omne b est a, & omne c est b: ergo non quoddam c non est a. Nam quicquid sequitur ad consequens bonæ consequentiæ, sequitur ad eius antecedens. ¶ In sequenti formula, quatuor cõstituuntur limites à sursum in deorsum potest recti, in quorum summo ponuntur uocales: a, e, i, o, significantes qualitatem & quantitatem conclusionum cuiuscunq; syllabæ logisimi. A quidem, conclusionem uniuersalem affirmatiuam. E, conclusionem uniuersalem negatiuam. I, conclusionem particularem affirmatiuam. & o, conclusionem particularem negatiuam. Subiectæ autem eiusdem limitis syllabæ significant conclusiones quæ aut per conuersionem aut legem subalternarum aut æquipollentiã sequuntur per hanc quartam regulam ad easdem præmissas, ad quas sequitur conclusio per summam eiusdem limitis uocalem designata: ut syllabæ, i, n, e, n, ip, significant quatuor conclusiones sequentes ad easdem præmissas ad quas sequitur conclusio uniuersalis affirmatiua. Et quælibet quinque syllabæ: secundi limitis, o, ni, an, es, op, significant conclusionem sequentem ad præmissas, ad quas sequitur conclusio uniuersalis negatiua. Et tres syllabæ tertij limitis, ne, nan, is, significant tres conclusiones sequentes ad easdem præmissas, ad quas particularis affirmatiua. Denique duæ syllabæ secundi limitis, na, & nen, duas significant conclusiones

sequentes ad præmissas cōclusionis particularis negatiuæ. In  
 locis aut inferioribus i sola, particularem affirmatiuam, uni-  
 uersalis affirmatiuæ subalternā designat. o sola, particulare  
 negatiuam subalternam uniuersalis negatiuæ. i & o præposi-  
 tæ literæ p, designant tales propositiones conuertentes suæ  
 uniuersalium per accidens: ut ip particularem affirmatiuam  
 conuertentem uniuersalis affirmatiuæ, & op particulare neg-  
 gatiuam conuertentem uniuersalis negatiuæ p accidēs. Vo-  
 cales præpositæ literæ s, designant tātas & tales propositi-  
 nes cōuertētes similitum propositionum conuersione simpli-  
 ci: ut syllaba es, uniuersalem negatiuam conuertentē uniu-  
 salis negatiuæ conuersione simplici: & syllaba is, particulare  
 affirmatiuam conuertentē particularis affirmatiuæ cōuersio-  
 ne simplici. ¶ Vocales cū litera n præposita, significāt æqui-  
 pollentem suæ contradictoriæ p negationis præpositionem.  
 id enim litera n uocali anteposita designat, ut no particularē  
 negatiuam cum præposita negatione æquipollentem uniu-  
 sali affirmatiuæ. Ni particularem affirmatiuā cum negatio-  
 ne præposita sumptam æquipollentem uniuersali negatiuæ.  
 Ne uniuersalem negatiuam negatione præposita æqui pollē-  
 tem particulari affirmatiuæ. Et ita de cæteris per analogiā.  
 ¶ Vocales sumptæ cum litera n postposita, significant æqui-  
 pollentē suæ cōtrariæ per negationis postpositionem. ut syl-  
 laba en significat uniuersalem negatiuam sumptam cum ne-  
 gatione postposita, æquipollētem uniuersali affirmatiuæ. Et  
 an uniuersalem affirmatiuam sumptam cum negatiōe post-  
 posita, æquipollentem uniuersali negatiuæ. ¶ Vocales autem  
 sumptæ cum litera n præposita & postposita, significant ta-  
 lem & tantam propositionem secundum uocalis exigentiam  
 æquipollētem suæ subalternæ per negationis præpositionē  
 & postpositionem. ut syllaba nā designat uniuersalem affir-  
 matiua æquipollentē particulari affirmatiuæ per negatio-  
 nis præpositionem & postpositionem ad ipsam uniuersalem.  
 Et syllaba nen, uniuersalem negatiuam cum negatione præ-  
 posita ac postposita sumptam, æquipollentem particulari ne-  
 gatiuæ. Itaq; secundum ipsorum limitum numerum & ordi-  
 nem quatuor ponuntur regulæ, ipsorum significatiōē expli-  
 cantes. ¶ Prima regula. Ad quas cūq; præmissas sequitur con-  
 clusio uniuersalis affirmatiua: ad easdē sequunt quatuor con-  
 clusiones. primo particularis affirmatiua ipsi cōclusioni sub-  
 alterna, ut, omne animal est substātia, & omnis homo est ani-

- mal: ergo quidam homo est substantia. Syllaba artis, i. Secundo æquipollens ipsius conclusionis uniuersalis affirmatiuæ præpositionem negationis: ut, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo non aliquis homo non est substantia. Syllaba artis, No. Tertio æquipollens præcipuæ conclusionis per postpositionem negationis: ut, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo nullus homo non est substantia. Syllaba artis, En. Quarto particularis affirmatiua cōuertens primæ cōclusionis uniuersalis affirmatiuæ, ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo quædam substantia est homo. Syllaba artis, Ip. ¶ Seda regula. Ad 26 quas cūq; præmissas sequitur cōclusio uniuersalis negatiua, ad easdem sequuntur quinque cōclusiones: primo, particularis negatiua ipsius cōclusionis subalterna: ut cum bene sequatur, nullum animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis: etiam bene sequitur nullum animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo quidam homo non est lapis. Syllaba artis, O. Secundo, æquipollens uniuersalis negatiuæ per præpositionem negationis: ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo non quidam homo est lapis. Syllaba artis, Ni. Tertio, AEquipollens eiusdem datæ conclusionis per postpositionem negationis: ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo omnis homo non est lapis. Syllaba artis, an. Quarto, uniuersalis negatiua cōuertens principalis conclusionis conuersione simplici: ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus lapis est homo. Syllaba artis, Es. Quinto, particularis negatiua conuertens primæ cōclusionis uniuersalis negatiuæ conuersione per accidens: ut nullum animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo quidam lapis non est homo. Syllaba artis, Op. ¶ Tertia regula. Ad 27 quas cūq; præmissas sequitur conclusio particularis affirmatiua, ad easdem sequuntur tres cōclusiones. primo particularis affirmatiuæ æquipollens per præpositionem negationis. ut cum bene sequatur, omne animal est substantia, & homo est animal: ergo homo est substantia. Etiam bene sequitur, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo nonnullus homo est substantia. Syllaba artis, Ne. Secundo, eiusdem particularis affirmatiuæ æquipollens per præpositionem & postpositionem negationis: ut omne animal est substantia, & quidam homo est animal: ergo non omnis homo non est substantia. Syllaba artis, Nan. Tertio, ipsius

data particularis affirmatiuæ conuertens conuersione simpli  
 ci, scilicet altera particularis affirmatiua: ut omne animal est  
 substantia, & quidam homo est animal: ergo quædam substā  
 tia est homo. Syllaba artis, Is. ¶ Quarta regula. Ad quascunq; 28  
 que præmissas sequitur conclusio particularis negatiua, ad  
 eandem sequuntur duæ conclusiones. Primo, æ qui pollens il  
 lius conclusionis particularis negatiuæ, per præpositionem  
 negationis ad suum contradictorium. ut cum bene sequatur,  
 nullum animal est lapis, & quidam homo est animal: ergo qu  
 dam homo non est lapis. Etiam bene sequitur, nullum animal  
 est lapis, & homo est animal: ergo non omnis homo est lapis.  
 Syllaba artis, Na. ¶ Secundo, eiusdem particularis negatiuæ  
 æ qui pollens per præpositionem & postpositionem negatio  
 nis ad suum subalternum: ut nullum animal est lapis, & quidā  
 homo est animal: ergo nonnullus homo non est lapis. Syllaba  
 artis, Nen. Et singulæ harum regularum partes probantur p 29  
 quartam regulam hic positam. ¶ Nunc opportunum est om  
 nium syllogismorum modos, tum perfectos tū imperfectos  
 demonstratione comprobare ad quod diffinitiones & princi  
 pia quædam præmittenda sunt, scilicet duæ diffinitiones, due  
 dignitates, & duæ petitiones. ¶ Diffinitiones. Prima diffini  
 tio. Dicitur de omni est, quando nihil est sumere subiecti, de quo 30  
 non dicitur prædicatum, ut omne brutum est animal: nempe  
 pe nihil potest sumi sub subiecto brutum, quin de eo dicatur  
 prædicatum animal. ¶ Secunda diffinitio. Dicitur de nullo est, 31  
 quando nihil est sumere subiecti, à quo non remoueat præ  
 dicatum, ut nullus lapis est asinus. Sanè nihil sub subiecto la  
 pis sumitur, quin de eo uere negetur prædicatum asinus.  
 ¶ Prima dignitas. Si nihil potest inueniri subiecti de quo nõ  
 dicatur prædicatum: de quocunque dicitur subiectum, de eo  
 dem dicitur & prædicatum, ut cum nihil possit inueniri sub  
 subiecto propositionis omne animal est substantia, de quo nõ  
 uere affirmetur prædicatum substantia: de quocunque dicitur  
 subiectum animal, de eodem dicitur & prædicatum sub  
 stantia. Et hæc dignitas uocatur principium de omni: nam  
 sumitur ex diffinitione de omni. Secunda dignitas. Si nihil  
 potest inueniri subiecti, à quo non remoueat prædicatum:  
 de quocunq; dicitur subiectum, ab eodem remouetur & præ  
 dicatum, ut cum nihil possit inueniri sub subiecto propo  
 nis, nullum animal est lapis, à quo non remoueat lapis: de  
 quocunq; uere affirmatur subiectum animal, de eodem ue



- re negatur prædicatum lapis. Et hæc dignitas, dicitur principium de nullo: quod ex diffinitione dici de nullo sit sumpta.
- 32 ¶ Peritiones. Prima. In omni propositione uniuersali affirmatiua uera, esse dici de omni. ut in hac, omnis color est qualitas & solum in tali. ¶ Secunda. In omni propositione uniuersali negatiua uera, esse dici de nullo. ut nulli animal est planta. & solum itidē in tali. Nempe ordinauit Philosophus artem syllogismorum ad disciplinam demonstratiuam. at demonstrationes solū ex ueris procedunt. Itaq; solum in ueris & propositionibus doctrinalibus est dici de omni, aut dici de nullo. Quare in istis, omnis homo est lapis, Sortes est homo, non est dici de omni: nec in his, nullus homo est animal, Sortes non est lapis, dici de nullo: quia aut non sunt ueræ, aut non sūt uniuersales. Et quanuis in uno tantum exemplo demonstrentur hi modi, tamen de omnibus similis formæ exemplis idem esse iudicium supponitur. Cum enim de omnibus sigillatim demonstratio sumi non possit: sufficit de uno demonstrasse, per quod de cæteris idem cognoscatur demonstrandi modus. Et cum propositiones falsæ sint similis formæ cū propositionibus ueris: quanuis syllogismi ex falsis constituantur, non est in illis uariandus demonstrandi modus. cum in quatuor syllogismorum perfectorum demonstratione supponendum sit semper antecedens esse uerum (quale cūq; ipsum sit) ex quo probetur consequens esse uerum. Nō ergo utrum uerum sit antecedens necne, ad demonstrationem refert: q̄ id solum probandum suscipitur. quod si antecedens sit uerum: necessarium sit cōsequens esse uerū. ¶ Quare Diuus Severinus Boetius apposuit diffinitioni syllogismi illam particulā concessis: cum inquit syllogismū esse orationem in qua quibusdam positis & concessis: non q̄ ea particula sit de integritate diffinitionis syllogismi, sed quia explicat modum demonstrandi syllogismorum in quorū (si modo perfecti fuerint) demonstratione semper petitur antecedens concedi: & ex antecedente concessio: fit demonstratio: quare ex falsis æque, ac ueris syllogismus constituitur, & in utroque est eadem demonstrandi ratio. At quanuis propositiones falsæ sunt similis formæ cum propositionibus dici de omni aut dici de nullo: non tamen sunt dici de omni aut dici de nullo simpliciter licet ex hypothesi contingat eas admitti esse dici de omni aut de nullo: non quatenus falsæ sunt: sed quatenus ex hypothesi admittæ ueræ. ¶ His principijs suppositis: per or-
- 33
- 34

dinem modorum ponuntur conclusiones. Prima conclusio.  
 Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali affirmatiua  
 tiua sit syllogismus primæ figuræ, uniuersalem affirmatiuam  
 directe concludens. Quæ sic ostenditur. Sit, omne b est a, uni-  
 uersalis affirmatiua, & omne c est b, altera uniuersalis affir-  
 matiua scdm primæ figuræ dispositionem. Dico ex illis dire-  
 cte sequi conclusionem omne c est a. & hic esse syllogismum,  
 omne b est a, & omne c est b, ergo omne c est a. Quod si quis  
 dubitet, ponat antecedens esse uerum: dubius tamen utrum  
 idcirco consequens sit uerum. Cum antecedens omne b est a,  
 & omne c est b sit uerum, & sit una copulatiua, per diffinitio-  
 nem, utraque eius pars est uera: quare omne b est a prima es-  
 ius pars est uera, & omne c est b eius secunda pars uera. Cum  
 hæc, omne b est a sit uera, ut probatum est: ergo per primam  
 petitionem ipsa est dici de omni, cum sit uniuersalis affirmati-  
 ua. quare per primam diffinitionem nihil potest inueniri sub  
 subiecto b, de quo non dicatur prædicatum a. At sub subiecto  
 b, sumitur c uniuersaliter: cum ista probata sit uera, omne c est  
 b: ergo prædicatum a, dicitur de c uniuersaliter per principium  
 de omni: quare hæc est uera, omne c est a, & ipsa est data ar-  
 gumentationis conclusio. Si igitur antecedens est uerum, ne-  
 cesse est & consequens esse uerum: quare data consequentia  
 est bona. & cum ualeat in omnibus simili forma arguendi ser-  
 uata, cum in alijs quibuslibet similis sit ostendendi ratio: igitur  
 est consequentia formalis & necessaria. Per impossibile idem  
 hoc pacto ostenditur. Si non sequitur omne b est a, & omne c  
 est b: ergo omne c est a: possibile est antecedens esse uerum,  
 consequente existente falso, per diffinitionem male consequen-  
 tiæ. Sit itaq; antecedens omne b est a, & omne c est b uerum,  
 & consequens omne c est a sit falsum. Cui consequens sit fal-  
 sum: suum cōtradictorium, quoddam c non est a, est uerum.  
 Et cum antecedens sit uerum, & sit una copulatiua, utraque  
 eius pars est uera: quare omne b est a prima pars eius est ue-  
 ra: & omne c est b: secunda eius pars itidem uera. Cum autē  
 hæc omne b est a sit uera, & sit uniuersalis affirmatiua in ea  
 per primam petitionem est dici de omni. quare per diffinitio-  
 nem dici de omni nihil potest sumi sub subiecto b, de quo nō  
 dicatur prædicatum a. At sub subiecto b sumitur omne c. nā  
 hæc admissa est uera omne c est b: igitur per principium de  
 omni, prædicatum a dicitur de omni c. quare ista est uera om-  
 ne c est a, & eius cōtradictoria quoddam c nō est a etiam est

concessa uera: sunt igitur duæ cōtradictoriæ simul ueræ: quod est impossibile. ¶ Secunda cōclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus primæ figuræ, uniuersalē negatiuā directē concludens. Vt dico hic esse primæ figuræ syllogismū, omne b non est a, & omne c est b: ergo omne c non est a: & posito antecedente uero, protinus oportere consequēs esse uerum. Ponatur siquidē antecedens esse uerū, cū sit una copulatiua, p diffinitionē copulatiuæ ueræ, utraq; pars eius est uera: quare prima eius pars, nullū b est a, est uera: itidem & secunda, omne c est b. Cum autē hæc sit uera, nullum b est a, & sit uniuersalis negatiua: per secundam petitionem, in ea est dici de nullo: quare nihil potest sumi sub subiecto b, à quo non remoueatür prædicatū a, per diffinitionem dici de nullo. At sub subiecto b sumitur omne c: est hæc sit posita uera omne c est b: ergo prædicatum a, remouetur, & uerē negatur de omni c per principii de nullo: quare omne c non est a, prædictæ argumētationis conclusio est uera. Si igitur antecedens est uerū: & consequens uerum esse necesse est.

¶ Tertia conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, fit primæ figuræ syllogismus, particularem affirmatiuā directē cōcludēs: ut hic est syllogismus, omne b est a, & quoddam c est b, ergo quoddam c est a: cuius si antecedens sit uerum, oportet & consequēs esse uerum. Ponatur enim antecedens esse uerum, cum ipsum sit una copulatiua: eius utraq; pars est uera: quare omne b est a, eius prima pars est uera, similiter & secunda, quoddam c est b. Cum ista omne b est a, sit uera, & sit uniuersalis affirmatiua: per primam petitionem in ea est dici de omni: quare per primā diffinitionem, nihil potest sumi sub subiecto b, de quo non dicatur prædicatum a. At sub subiecto b, sumitur aliquod c, cum ista probata sit uera, aliquod c est b: ergo de aliquo c dicitur & uere affirmatur prædicatum a. Est igitur ista uera, aliquod c est a: quare non potest antecedens esse uerū, nisi consequens prædictæ consequentiæ sit uerum: igitur est bona, imò necessaria cōsequentia.

¶ Quarta conclusio maiore uniuersali negatiua, & minore particulari affirmatiua, fit syllogismus primæ figuræ, cōclusionem particularem negatiuā directē concludēs, ut nullum b est a, & quoddam c est b: ergo quoddam c non est a. cuius si antecedēs est uerum, dico protinus sequi & cōsequens esse uerum. Supponatur enim disciplinæ gratia antecedens esse uerum, cum ipsum sit propositio copulatiua:

per diffinitionē copulatiuæ ueræ, eius utraque pars est uera, quare nullum b est a, prima eius pars uera est, itidem & secundā quoddam c est b. Cum ista nullum b est a, sit uera, & uniuersalis negatiua: in ea per secundam petitionē est dici de nullo. Quare per secundam diffinitionem nihil potest sumi subiecto b, à quo non remoueatür predicatum a. At subiecto b, sumitur aliquod c, cum ista sit, phata uera aliquod c est b: ergo ista aliquod c nō est a, est uera: & est datę argumentationis consequens. Igitur si antecedens est uerum, & cōsequēs: quare est bona cōsequentia & formalis. ¶ Quinta conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali affirmatiua, sit primę figurę syllogism⁹ particularē affirmatiuam indirecte concludēs, ut omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo quæ dā substantia est homo. Patet, nam bene sequit, omne animal est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est substantia, per primā cōclusionem. Et ultra sequitur, omnis homo est substantia, ergo quædam substantia est homo: per conuersionē uniuersalis affirmatiuæ per accidens: igitur de primo ad ultimum recte sequitur, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo quæ dā substantia est homo. Nam quicquid est consequēs consequētis: consequēs est antecedētis, ut superius monstratū est. ¶ Sexta conclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore uniuersali affirmatiua, sit primæ figurę syllogismus uniuersalē negatiuā indirecte cōcludēs, ut nullū aial est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus lapis est homo. Patet, nam bene sequit, nullum aial est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis, per secundam cōclusionem. Et ultra sequitur, nullus homo est lapis, ergo nullus lapis est homo. Igitur de primo ad ultimū bene sequitur, nullū animal est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus lapis est homo. sed indirecte quidē, cum minor extremitas sit conclusio nis prædicatum. ¶ Septima cōclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore particulari affirmatiua, sit primæ figurę syllogismus particularē affirmatiuā indirecte concludens, ut omne animal est substantia, & homo est animal, ergo quædam substantia est homo. Patet, nam bene sequitur omne animal est substantia & homo est animal, ergo homo est substantia, per tertiā cōclusionē. Et ultra sequit, aliquis homo est substantia, ergo aliqua substantia est homo, per conuersionē particularis affirmatiuæ in seipsam. Igitur de primo ad ultimū

bene sequitur, omne animal est substantia & quidam homo est  
 animal: ergo quædam substantia est homo: & possunt tres ult-  
 timo ostensæ conclusiones confirmari per hanc quartâ regu-  
 læ parrem. Ad quascunq; præmissas sequitur aliqua conclusio:  
 ad eandem sequitur ipsius conclusionis conuertens. ¶ Octaua  
 conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali  
 negatiua, fit primæ figuræ syllogismus particularē negatiuā  
 indirecte concludēs, ut omne animal est substantia, & nullus  
 lapis est animal: ergo quædam substantia non est lapis. Patet,  
 nam bene sequitur omne animal est substantia, & nullus lapis  
 est animal: ergo nullus lapis est animal, & omne animal est  
 substantia. Nam ad quasilibet præmissas sequitur ipsæ eedem  
 transpositæ. Et ultra sequitur, nullus lapis est animal, & om-  
 ne animal est substantia: ergo nullum animal est lapis, & quæ-  
 dam substantia est animal. Nam ad præmissas conuersæ, sequit-  
 tur præmissæ conuertentis. Hic autem utriusq; præmissarum  
 conuertēs sequitur: unius quidem simpliciter, & alterius per  
 accidens. Et ultra sequitur nullum animal est lapis, & quædā  
 substantia est animal, ergo quædam substantia non est lapis, per  
 quartâ conclusionem: igitur de primo ad ultimum sequitur,  
 omne animal est substantia, & nullus lapis est animal: ergo quæ-  
 dam substantia nō est lapis, quod est ppositum. ¶ Nona con-  
 clusio. Maiore particulari affirmatiua, & minore uniuersali  
 negatiua, fit primæ figuræ syllogismus, particularē negatiuā  
 indirecte concludēs, ut quoddam animal est substantia, & nul-  
 lus lapis est animal: ergo quædā substantia non est lapis. Pa-  
 tet, nā bene sequitur, quoddam animal est substantia, & nul-  
 lus lapis est animal: ergo nullus lapis est animal, & quoddam  
 animal est substantia. Nam ad quascunq; præmissas, sequunt-  
 tur ipsæ eedem transpositæ. Et ultra sequitur, nullus lapis est  
 animal, & quoddā animal est substantia: ergo nullū animal  
 est lapis & quædam substantia est animal. Nam ad præmissas  
 conuersæ, sequitur præmissæ conuertentis per secundā regu-  
 lam. Est enim utraq; prioræ præmissarum conuersa sim-  
 pliciter. Et ultra sequitur, nullum animal est lapis: & quædam  
 substantia est animal: ergo quædā substantia non est lapis: per  
 quartum modum primæ figuræ prius demonstratum: igitur  
 de primo ad ultimum bene sequitur: quoddā animal est substan-  
 tia, & nullus lapis est animal: ergo quædam substantia nō est  
 lapis quod est ppositum. Et hi sunt modi primæ figuræ.

uniuersali affirmatiua fit secūde figure syllogismus, uniuer-  
 salem negatiuā directe cōcludens, ut nullus lapis est animal,  
 & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis. Patet,  
 nā bene sequitur, nullus lapis est animal, & omnis homo est  
 animal: ergo nullū animal est lapis, & omnis homo est ani-  
 mal, per secundā regulam prius ostensam: cum maior sit cō-  
 uersa simpliciter. Et ultra sequitur, nullum animal est lapis,  
 & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis, per se-  
 cundam conclusionem: igitur ultimum consequens sequitur  
 ad primum antecedens, quare recte sequitur, nullus lapis est  
 animal, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est la-  
 pis: quod est ppositum. ¶ Undecima conclusio. Maiore uni-  
 uersali affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit secūde  
 figure syllogismus: uniuersalē negatiuā directe cōcludēs,  
 ut omnis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo nul-  
 lus lapis est homo. Patet, nam bene sequitur, omnis homo est  
 animal, & nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est ani-  
 mal, & omnis homo est animal, per primam regulam. Et ul-  
 tra sequitur, nullus lapis est animal, & omnis homo est ani-  
 mal: ergo nullū animal est lapis: & omnis homo est animal,  
 per secundam regulam. Et ultra sequitur, nullum animal est  
 lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis,  
 per secundam conclusionem. Deinceps sequitur: nullus homo  
 est lapis: ergo nullus lapis est homo, per conuersionem sim-  
 plicem uniuersalis negatiuæ in seipsam: igitur ultimum con-  
 sequens sequitur ad primum antecedens: quare recte sequi-  
 tur, omnis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo  
 nullus lapis est homo, quod est ppositum. ¶ Duodecima con-  
 clusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore particulari af-  
 firmatiua, fit scdæ figure syllogismus, particularem negati-  
 uam directe cōcludens, ut nullus lapis est animal, & aliquis  
 homo est animal: ergo aliquis homo non est lapis. Patet, nam  
 bene sequitur, nullus lapis est animal, & homo est animal: er-  
 go nullum animal est lapis, & homo est animal, per secundā  
 regulam: cum maior simpliciter cōuertatur. Et ultra sequi-  
 tur: nullum animal est lapis, & homo est animal: ergo aliquis  
 homo non est lapis, per quartam cōclusionem: igitur de pri-  
 mo ad ultimum bene sequitur, nullus lapis est animal, & qui-  
 dam homo est animal: ergo quidā homo non est lapis: quod  
 est propositū. ¶ Decimatertia conclusio. Maiore uniuersali  
 affirmatiua, & minore particulari negatiua, fit secūde figure

ræ syllogismus, conclusionē particularem negatiuam indi-  
 recte concludēs, ut ois homo est animal, & quidā lapis nō est  
 animal: ergo quidā lapis non est homo. Patet. Nam bene se-  
 quitur per primam conclusionem, omnis homo est animal,  
 & omnis lapis est homo, ergo omnis lapis est animal, ergo p  
 tertiam regulam, ex contradictorio conclusionis quod est,  
 aliquis lapis non est animal, sumpto pro minore cum altera  
 premissarum scilicet maiore, omnis homo est animal, manē-  
 te loco maioris, de necessitate sequitur contradictoriū alte-  
 rius præmissæ scilicet minoris, quod est, aliquis lapis non est  
 homo, hoc modo: omnis homo est animal, & aliquis lapis nō  
 est animal: ergo aliquis lapis non est homo. At quia sapēs mo-  
 & frisesomoz dicti sunt esse modi secundæ figuræ, quando  
 37 ostenduntur in utraque præmissarum prædicatur: ideo hoc loco  
 do sapēs mo, ex maiore uniuersali affirmatiua, & minore uni-  
 uersali negatiua, fit secundæ figuræ syllogismus: particularem  
 negatiuam indirecte concludens, ut omnis homo est animal,  
 & nullus lapis est animal: ergo quidam homo non est lapis.  
 Patet, nam bene sequitur, omnis homo est animal, & nullus  
 lapis est animal: ergo nullus lapis est homo, per undecimam  
 conclusionē in secundo modo secundæ figuræ. Et ultra sequi-  
 tur, nullus lapis est homo: ergo quidam homo non est lapis,  
 per cōuersionem uniuersalis negatiuæ per accidēs: igitur de  
 primo antecedente ad ultimū consequens bene sequitur: om-  
 nis homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidam  
 homo non est lapis. Nempe ad quascunq; præmissas sequitur  
 aliqua conclusio: ad easdem sequitur conuertens cōclusionis,  
 per quartam regulam. ¶ Cōclusio uero respōdens modo frise-  
 somoz secundæ figuræ est. Maiore particulari affirmati-  
 ua & minore uniuersali negatiua, fit secundæ figuræ syllogis-  
 mus: particularem negatiuam indirecte cōcludens, ut aliquis  
 homo est animal, & nullus lapis est animal: ergo quidam ho-  
 mo non est lapis. Patet, quia bene sequitur, aliquis homo est  
 animal, & nullus lapis est animal: ergo nullus lapis est animal,  
 & aliquis homo est animal, per primam regulam. Et ultra se-  
 quitur, nullus lapis est animal, & aliquis homo est animal: er-  
 go aliquis homo nō est lapis, per duodecimam cōclusionem:  
 igitur de primo ad ultimū bene sequitur, aliquis homo est  
 animal, & nullus lapis est animal: ergo aliquis homo non est  
 lapis, quod est propositum. Vnde præmissæ modi sapēs motu,

secundæ est figuræ, sunt eadem præmissis secundi modi secundæ figuræ: eius autem conclusio est particularis negatiua cōuertens conclusionis dicti modi: quare fapesmo indirecte concludit per conuersionem. Præmissæ autem modi frisesomorum, ut secundæ itidē est figuræ, sunt transpositæ ad præmissas tertij modi secundæ figuræ: eius autem conclusio dicti modi conclusioni est eadem: quare frisesomorum concludit indirecte per transpositionem præmissarum. ¶ Decima 38  
quarta conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus tertie figuræ: particularē affirmatiuā directe cōcludēs, ut oīs homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substantia. Nam bene sequitur, omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia, & quoddam animal est homo, per secundam regulam. At ultra sequitur, omnis homo est substantia, & quoddam animal est homo: ergo quoddam animal est substantia, per tertiam cōclusionem: igitur de primo ad ultimum bene sequitur, omnis homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal est substantia: quod est propositum. ¶ Decima  
quinta cōclusio. Maiore uniuersali negatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus tertie figuræ, particularē negatiuam directe concludens: ut nullus homo est lapis, & omnis homo est animal: ergo quoddam animal non est lapis. Patet, nam recte sequitur, nullus homo est lapis, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est lapis: & quoddam animal est homo, per secundam regulam: cum minor cōuertatur per accidens. Et ultra sequitur, nullus homo est lapis, & quoddam animal est homo: ergo quoddam animal non est lapis, per quartam conclusionem, igitur de primo ad ultimum sequitur, nullus homo est lapis, & omnis homo est animal, ergo aliquod animal nō est lapis. ¶ Decima sexta conclusio. Maiore particulari affirmatiua, & minore uniuersali affirmatiua, fit syllogismus tertie figuræ, particularē affirmatiuā directe concludens, ut quidam homo est substantia, & oīs homo est animal: ergo quoddā animal est substantia, patet, nam bene sequitur, quidā homo est substantia, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est animal, & quidā homo est substantia, per primā regulā. Et ultra sequitur, omnis homo est animal, & quidā homo est substantia: ergo omnis homo est animal & quædam substantia est homo, per secundā regulā, nā



particularis in seipsam conuertitur. Et ultra sequitur, omnia  
 homo est animal, & quædam substantia est homo: ergo quæ-  
 dam substantia est animal: per tertiam cōclusionem. Et ultra  
 sequitur, quædam substantia est animal, ergo quoddam animal  
 est substantia: igitur de primo ad ultimū bene sequitur, quid-  
 dam homo est substantia, & omnis homo est animal: ergo  
 quoddam animal est substantia: quod est propositum. ¶ De-  
 cima se prima conclusio. Maiore uniuersali affirmatiua, & mi-  
 nore particulari affirmatiua, fit tertiæ figuræ syllogismus,  
 particularem affirmatiuā directe cōcludens: ut omnis homo  
 est substantia, & quidam homo est animal: ergo animal est sub-  
 stantia. Patet, nam bene sequitur, omnis homo est substantia,  
 & quidam homo est animal: ergo omnis homo est substantia,  
 & quoddam animal est homo. Et ultra sequitur, omnis ho-  
 mo est substantia, & quoddam animal est homo: ergo quod-  
 dam animal est substantia, per tertium modū primæ figuræ:  
 ergo de primo ad ultimum bene sequitur, omnis homo est  
 substantia, & quidam homo est animal: ergo quoddam ani-  
 mal est substantia: quod est propositum. ¶ Decimo octaua cō-  
 clusio. Maiore particulari negatiua, & minore uniuersali af-  
 firmatiua, fit tertiæ figuræ syllogismus, particularem negati-  
 uā directe cōcludens: ut quidam homo non est lapis, & omnis  
 homo est animal: ergo quoddam animal non est lapis. Patet,  
 nam per primam conclusionem recte sequitur, omne animal  
 est lapis, & omnis homo est animal, ergo omnis homo est la-  
 pis: ergo per tertiam regulam ex contradictorio cōclusionis  
 quod est, quidam homo non est lapis, sumpto p maiore cum  
 minore omnis homo est animal, seruante (ut prius) locū mi-  
 noris: sequitur alterius præmissæ, utputa maioris contradi-  
 ctorium, quod est, quoddam animal non est lapis, hoc modo,  
 quidam homo nō est lapis: & omnis homo est animal, igitur  
 quoddam animal non est lapis. ¶ Vnde uigesima conclusio.  
 Maiore uniuersali negatiua, & minore particulari affirmati-  
 ua, fit tertiæ figuræ syllogismus, particularem negatiuā directe  
 cōcludens, ut nullus homo est lapis, & quidam homo est ani-  
 mal: ergo quoddam animal non est lapis. Patet, nam bene se-  
 quitur, nullus homo est lapis, & quidam homo est animal: er-  
 go nullus homo est lapis, & quoddam animal est homo, per  
 secundam regulā, cum minor cōuertatur simpliciter. Et ul-  
 tra sequitur, nullus homo est lapis, & quoddam animal est ho-  
 mo: ergo quoddam animal non est lapis, per quartā conclu-

sionem: igitur de primo ad ultimū bene sequitur, nullus homo  
 est lapis, & quidā homo est aīal: ergo quoddā aīal nō est lapis:  
 qđ est ppositū. ¶ Modor: autē sapiesmo & frifesomorum ut 39  
 sunt tercię figurę, sic duę sumūtur cōclusiones. Prima. Maiore  
 uniuersali affirmatiua, & minore uniuersali negatiua, fit ter-  
 tię figurę syllogismus, particularē negatiuā indirecte cōclu-  
 des: ut oīs homo est aīal, & nullus homo est equus: ergo quddā  
 aīal nō est equus. Patet, qđ bene sequitur, oīs homo est aīal, &  
 nullus homo est equus: ergo nullus homo est equus, & oīs ho-  
 mo est animal per primā regulā: & ultra sequitur, nullus ho-  
 mo est equus, & oīs homo est aīal: ergo quoddā animal nō est  
 equus, per decimam quintā cōclusionē: igitur de primo ad ul-  
 timū bene sequitur, oīs homo est aīal, & nullus homo est equus,  
 ergo quoddā aīal nō est equus: qđ est ppositū. ¶ Secūda cōclu-  
 sio. Maiore particulari affirmatiua, & minore uniuersali ne-  
 gatiua, fit tercię figurę syllogismus, particularē negatiuā in-  
 directe cōcludens: ut quidā homo est aīal, & nullus homo est  
 equus, ergo quoddā animal nō est equus. Patet, qđ bene sequi-  
 tur, quidā homo est aīal, & nullus homo est equus: ergo nul-  
 lus homo est equus, & quidā homo est animal, per primā re-  
 gulā. & ultra sequitur, nullus homo est equus, & quidā homo  
 est animal: ergo quoddam animal non est equus, per undeci-  
 gesimam cōclusionem. Igitur de primo ad ultimū bene se-  
 quitur, quidā homo est animal, & nullus homo est equus: er-  
 go quoddā animal nō est equus, quod est ppositū. Nunc ad  
 ceteras syllogismorum regulas declarandas reuertamur.

5 ¶ In omni syllogismo mediū in altera pre-  
 missarum debet vniuersaliter teneri. Et  
 duntaxat quod vniuersaliter in vna tene-  
 tur, debet esse medium in altera.

6 ¶ In nulla figura ex puris negatiuis fit syl-  
 logismus.

7 ¶ In nulla figura ex puris particularibus  
 fit syllogismus.

8 ¶ Maiore particulari non fit syllogismus  
 primæ figuræ directe concludens.

- 9 ¶ Minore negatiua nō fit syllogismus primæ figuræ directē concludens.
- 10 ¶ Ex puris affirmatiuis nullus fit secundæ figuræ syllogismus.
- 11 ¶ Maiore particulari non fit secundæ figuræ syllogismus directē concludens.
- 12 ¶ In tertiā figura nullus syllogismus cōcludit vniuersaliter.
- 13 ¶ Minore negatiua nō fit tertię figurę syllogismus directē concludens.
- 5 ¶ Quinta regula docet mediū syllogisimū aut in maiore tantū <sup>40</sup> debere distribui, ut in primo modo primæ figurę, aut in minore tantū, ut in tertio modo tertię figurę, aut in maiore & minore simul, ut in primo modo tertię figurę, sed nō posse mediū in utraq; præmissarū particulariter sumi. Quare hic nō est syllogismus, omne rationale animal nō est, & ois homo est animal: ergo ois homo nō est rationalis. nā antecedens est uerū, intelligēdo mediū in maiore particulariter sumi, & cōsequēs falsum. Deinde subiūgit eadem regula, id quod distributū est in una præmissarū, solū sumi debere p̄ medio in altera: ut cuiuslibet animalis anima est sensitua: at ois homo est animal: ergo cuiuslibet hominis anima est sensitua, solū genitius animalis sumit̄ uniuersaliter in maiore, & ergo tantū pro medio resumit̄ in minore: nominatiuus aut̄ anima, pars est maioris extremitatis. Quod si plus ponatur pro medio in una q̄ fuerit uniuersaliter sumptū in altera, nō est bonus syllogismus, sed paralogismus fallacię accidētis: ut in prima figura nō sequitur, Cuiuslibet hominis oculus est dexter, atqui oculus sinister est oculus hominis: ergo oculus sinister est oculus dexter: nā antecedēs est possibile, & cōsequēs impossibile. Et ratio est: q̄a solū genitius hominis sumitur uniuersaliter in maiore: & id totū, hominis oculus, sumit̄ pro medio in minore. Itaq; sic erat formādus syllogismus, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, & omne risibile est homo, ergo cuiuslibet risibilis oculus est dexter. Eadē quoq; ratione nō est hic tertię figuræ syllogismus, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, & alicuius

hominis oculus est sinister: ergo sinistrū est dextrū: q̄ in minore plus sumatur pro medio q̄ fuerit uniuersaliter sumptū in maiore. Sed hoc pacto fuerat argumentandū, Cuiuslibet hoīs oculus est dexter, & homo est aīal, igitur alicuius animalis oculus est dexter. Vbi solū homo p̄ medio & recte sumitur. ¶ Sexta regula dicit, in nulla figura ambab<sup>9</sup> præmissis negatiuis fieri syllogismum: ut non sequitur, nullum animal est lapis, & nullū lignum est animal: ergo omne lignum est lapis: nec sequitur, nullus lapis est animal, & nullus homo est lapis: ergo nullus homo est animal: cum antecedētia uera sint, & cōsequētia falsa: siue inferatur conclusio affirmatiua, siue negatiua. ¶ Septima regula docet in nulla figura ex ambabus præmissis particularibus cōstitui syllogismū: ut nō sequitur: aliquod animal est equus, & aliquis homo est animal: ergo aliquis homo est equus: neque sequitur, aliquod animal nō est rationale, & aliquis homo est animal: ergo aliquis homo nō est rationalis: cū antecedētia uera sint, & consequētia falsa. Ita in secunda & tertia figura sumātur exēpla. ¶ Et in 4.1  
relligūtur iste & sequētes regulæ de syllogismis cōmunibus, in quib<sup>9</sup> seruat̄ forma ab Aristotele tradita. Quod si dēt̄ur syllogismi in quarū cōclusionibus negatiuis aut prædicatum particulariter sumatur, q̄a negatione præcedat: aut cū signo uniuersali affirmatiuo, aut cum relatiuo idem, aut alia quadā particula implicationis: nō fertur instātia cōtra has regulas, sed quedā syllogismorū de forma monstra afferūt̄ur ad harū regularum ueritatem expugnādā: cum ipsa nihil faciāt ad rem, neq; rectam syllogismorum habeāt speciem. ¶ Octaua  
regulæ exemplum: ut nō sequitur, aliquod animal est homo, & omnis equus est animal: ergo aliquis equus est homo. Neque etiā sequitur: aliquod animal non est homo, & omne risibile est animal: ergo aliquod risibile non est homo. Mediū enim in neutra uniuersaliter sumitur. Et intelligitur hæc de syllogismo directe concludente: quoniam in nono modo primæ figuræ maiore particulari, fit syllogismus, sed indirecte  
concludens. ¶ Nonæ regulæ exemplum: ut non sequitur: omnis equus est animal, & nullus lapis est equus: ergo omnis lapis est animal. nec sequitur, omnis equus est animal, & nullus homo est equus: ergo nullus homo est animal, cū utriusq; antecedens sit uerū, & consequens falsum, siue conclusio datur affirmatiua siue negatiua. Intelligitur & hæc de syllogismo directe cōcludente: quoniam in octauo & nono modis pri-

- mæ figure minor enegatiua, fit syllogismus, sed cōcludēs in  
 directe. ¶ Decimæ regulæ exemplū. ut non sequit, ois homo 10  
 est substātia: & ois lapis est substātia: ergo ois lapis est homo.  
 Nec etiā sequit, omne aial est substātia, & ois homo est sub-  
 stātia: ergo nullus homo est aial. Nā utriusq; antecedēs est ue-  
 rum: & cōsequens falsum: hoc qdem negatiuum, illud uero af-  
 firmatiuum. ¶ Undecimæ regulæ exemplum. ut non sequit: 11  
 aliquod aial non est rationale, & omnis homo est rationalis:  
 ergo aliqs homo non est aial. Indirecte tñ fit syllogismus: ma-  
 iore particulari in frisefomoz: ut est modus secūdæ figuræ.  
 ¶ Duodecimæ regulæ exemplū. ut non sequit, ois homo est 12  
 aial, & ois homo est substātia, ergo ois substātia est aial. Nec  
 sequit: nullus homo est equus & ois homo est aial: ergo nullū  
 aial est equus. Nā minor extremitas in minore particulariter  
 sumpta, in conclusione sumit uniuersaliter, quod in syllogis-  
 mo minime licet, cū impedit consequentiam esse formalem. 13  
 ¶ Decimæ tertiæ regulæ exemplū. ut non sequitur: ois homo  
 est aial, & nullus homo est equus: ergo null⁹ equus est aial. Ne-  
 que ad conclusionem affirmatiuam, ut omnis homo est aial,  
 & nullus homo est lapis: ergo omnis lapis est animal. Cum in  
 utraq; argumētatione antecedens sit uerum, & cōsequens fal-  
 sum. Indirecte tamē cōcludens fit syllogismus minore negati-  
 uia in fapesimo & frisefomorum, ut sunt modi tertiæ figuræ.
- ¶ Medium strictius in minore, nō impedit 14  
 syllogismum: latius autem impedit ipsum  
 valere.
- ¶ Præmissis in debita quantitate & qualis 15  
 tate dispositis, semper sequitur cōclusio:  
 dummodo a non uniuersaliter ad uniuers-  
 saliter non fiat argumentatio.
- ¶ Dantur termini in quibus omni: quando 16  
 cū duabus præmissis ueris stat uniuersalis  
 affirmatiua ex extremitatibus cōposita. 17
- ¶ Dantur termini in quibus nulli: quando  
 cū duabus præmissis ueris stat uniuersa

lis negativa ex extremitatibus cōposita.

¶ Stare cum præmissis, est simul esse vera cum præmissis.

- 14 ¶ Decimaquarta regula duas habet partes: prima est, mediū 42  
 ampliātum in maiore, & restrictum in minore non impedit  
 syllogismum: ut aliquis homo est mortuus, & oīs homo est ui  
 uens: ergo uiuens est mortuum. Hic bonusest syllogismus, cu  
 ius mediū homo, ampliāt in maiore ad ea quæ sunt uel q̄ fue  
 runt: & in minore restringit ad ea quæ sunt tātum. Sic omne  
 aīal fuit sedens, & omnis homo est aīal: ergo oīs homo fuit se  
 dens. medium aīal in maiore pro ijs quæ sunt aut fuerunt ca  
 pitur: in minore uero restringit pro ijs quæ sunt. ¶ Secunda  
 pars est. Medium restrictum in maiore, & ampliātum in mi  
 nore, impedit syllogismum ualere: ut oīs homo est uiuens, &  
 aliquis homo est mortuus: ergo mortuum est uiuens. Mani  
 festum est non esse syllogismum, cum antecedens sit uerum  
 & consequens falsum: quod medium in maiore restrictum sit  
 ad præsentia solum, in minore uero ampliātum ad præsentia  
 & præterita. Sic nō sequit: nullus homo est mulier, & Cather  
 rina est homo: ergo Catherina nō est mulier: nam mediū ho  
 mo, restrictius est in maiore, & minus restrictū in minore.  
 Magis aut restrictum, restricti: & minus restrictū, ampli ana  
 logiā & cōditionem sequitur: & par, idēmq; de his iudicium 43  
 cenferur, ut dictum est. ¶ Decimaquinta regula docet in syllo  
 gismo nō debere unquam fieri argumentationem à termino  
 particulariter sumpto in præmissis ad eundē sumptum uni  
 uersaliter in cōclusionē: cū hic modus argumētādi impediāt  
 formalē & necessariā (qualis est syllogismus) consequentiā.  
 Hinc non sequitur necessario, aliquis homo est aīal, & nullus  
 equus est homo: ergo equus non est aīal. Nam maior extremi  
 tas aīal, sumitur particulariter in antecedente, & uniuersaliter  
 in cōclusionē. Cum aut præmissæ fuerint in debita qua  
 litate & quantitate dispositæ, semper ualet syllogismus: dum  
 modo hic defectus non committatur: ut recte sequitur, om  
 nis homo est animal, & nullus equus est homo: ergo omnis e  
 quus animal non est. Et in secunda figura, aliquod animal est  
 homo, & nullus equus est homo: ergo aliquis equus animal  
 non est. Sic & in tercia figura recte sequitur, omnis homo est  
 animal, & nullus homo est equus: ergo aliquis equus animal  
 non est: quod terminus particulariter sumptus in antecedente

te etiam sumitur particulariter in consequente. Et hæc duæ potestatem regulæ solum habent applicationem ad syllogismos de forma uulgarî: quorum conclusio & præmissæ habent copiam iam tempus importantem, aut prædicatum negationi præpositum & particulariter sumptum: & non ad syllogismos de forma doctrinali in quibus & copula uerbalis à tempore absumitur. ¶ Decimæ sextæ regulæ hoc constituitur exemplum. 16  
 ut cum duabus præmissis ueris, nullus lapis est animal & nullus homo est lapis, stat uniuersalis affirmatiua omnis homo est animal ex extremitatibus maiore scilicet & minore secundum directum ordinem dispositis composita. Nempe in data uniuersali affirmatiua maior extremitas prædicat de minore: sicut in conclusione syllogismi directe concluditur. Quod autem uniuersalis affirmatiua, omnis homo est animal, stat cum præmissis datis, patet, quia ipsa est simul uera cum præmissis prædictis. ¶ Decimæ septimæ regulæ sumatur exemplum: ut cum præmissis ueris, nulla arbor est animal, & nullus lapis est arbor, stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal: ex extremitatibus scilicet maiore in prædicato & minore in subiecto positis, constituta. Nempe uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal est simul uera cum datis præmissis: igitur per definitionem stat cum præmissis: cum propositione aliquam stare cum præmissis, sit eam simul esse ueram cum præmissis. ¶ Dantur autem termini in quibus omni, & 17  
 44 in quibus nulli: quando cum duabus præmissis ueris stat uniuersalis affirmatiua ex extremitatibus constituta: & cum duabus alijs similis formæ præmissis ueris stat uniuersalis negatiua ex extremitatibus constituta. ut cum istis præmissis ueris, quoddam risibile est animal, & quidam homo est risibile stat uniuersalis affirmatiua, omnis homo est animal, ex extremitatibus constituta. Et cum duabus alijs similis formæ præmissis ueris, quoddam corpus est animal, & quidam lapis est corpus, stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal, ex extremitatibus constituta. Vnde in omnibus syllogismis affirmatiuis dantur termini in quibus omni, sed non in quibus nulli. Contra uero in syllogismis negatiuis dantur termini in quibus nulli, sed non in quibus omni. ¶ Quando uero secundum aliquam præmissarum dispositionem dantur termini in quibus omni, & simul in quibus nulli, secundum eam syllogismum fieri est impossibile. Quæ quidem propositio multum

conducit ad modorum inutilium reprobationem, præfer-  
 tim eam quæ huiusmodi terminorum datione fieri solet.  
 Non tamen principium est, sed demonstratione (ut manife-  
 stetur) indiget huiusmodi. Sint datæ præmissæ quoddam a  
 est b, & quoddam c est a, ex tribus terminis a b c compositæ  
 & ueræ, cum quibus stet uniuersalis affirmatiua, omne c est a  
 ex earum extremitatibus composita: manifestum est esse da-  
 tos terminos in quibus omni. Deinde dentur termini in qui-  
 bus nulli, d est e, & quoddam f est d, similis formæ cū datis su-  
 perius præmissis (est enim maior maiori similis & minor mi-  
 nori) cum quibus stet uniuersalis negatiua, nullum f est e: ma-  
 nifestum est per diffinitionem esse datos terminos in quibus  
 omni, & in quibus nulli, secundū eam præmissarū dispositio-  
 nem: qua maior sit particularis affirmatiua, & minor particu-  
 laris affirmatiua. Dico igitur secundū talem dispositionē nō  
 fieri syllogismum, neque ad cōclusionē uniuersalem affirma-  
 tiuam, neque uniuersalem negatiuā, neq; particularem affir-  
 matiua, neq; particularem negatiuam. Quod si quis dubitet,  
 ponat (admissa superiore hypothese) ad cōclusionem uniuersalem  
 affirmatiuā fieri syllogismum secundū datam præmis-  
 sarum dispositionē, & recte sequi syllogistice: quoddam a est  
 b, & quoddam c est a: ergo omne c est b. Tunc sic, per hypo-  
 thesin cum præmissis secundis, quoddam d est e, & quoddam  
 f est d stat uniuersalis negatiua, nullum f est e: igitur per dif-  
 finitionem illa uniuersalis negatiua, est simul uera cum præ-  
 missis. Ultra sequitur, uniuersalis negatiua, nullum f est e, est  
 uera: igitur per legem subalternarū & sua particularis nega-  
 tiua, quoddam f non est e, est uera. Cum etiam per hypothe-  
 sin hic sit syllogismus, quoddam a est b, & quoddam c est a: ergo  
 omne c est b, ipsa est consequentia necessaria: est enim syllogis-  
 mus omnis per diffinitionē eius consequentia formalis: quare  
 tenet in omnibus terminis, simili forma argumentandi re-  
 tēta. At hic, quoddam d est e, & quoddam f est d: ergo omne f  
 est e, seruetur similis forma. sunt enim præmissæ p hypothe-  
 sin similis formæ, & cōclusio cōclusioni est omnino cōsimilis:  
 ergo & ibi est syllogismus: quare est bona cōsequētia, & cui  
 impossibile sit antecedēs esse uerū cōsequēte existente falso.  
 Sed maior est posita uera, & etiam minor, quare totū antece-  
 dens est uerū: igitur & consequens omne f est e, etiam est ue-  
 rū, & eius cōtradictoria quoddam f non est e, etiam concessa est



uera: igitur duæ cōtradictoriæ sunt simul ueræ, quod est im-  
 possibile: quare & illud ex quo sequitur, scilicet secundum da-  
 tam dispositionem factum esse syllogisimum ad conclusionē  
 uniuersalem affirmatiuam. Secundo dicat aduersarius ad ta-  
 lem præmissarum dispositionem sequi particulare affirmati-  
 uam, & hic esse syllogisimum, quoddam a est b, & quoddam  
 c est a: ergo quoddam c est b. Sic contra eū proceditur. Cum  
 per hypothesin modo data consequentia sit syllogisimus, er-  
 go est consequentia necessaria, & quæ tenet in omnibus ter-  
 minis simili forma argumentandi retenta. At hic est similis  
 argumentandi forma, quoddam d est e, & quoddam f est d:  
 ergo quoddam f est e, igitur & hic est syllogisimus: quare bona  
 consequentia, & cuius antecedente existente uero, necesse  
 sit consequens esse uerum. At maior est uera, similiter & mi-  
 nor, igitur & consequens, quoddam f est e, itidem est uerum:  
 & sua cōtradictoria, nullum f est e, etiam est posita uera, cum  
 darentur termini in quibus nulli. igitur duæ contradictoriæ  
 sunt simul ueræ, quod est impossibile. Tertio, dicat aduersa-  
 rius ad talem præmissarum dispositionem sequi uniuersalem  
 negatiuam, & hic esse syllogisimū, quoddam a est b, & quod-  
 dam c est a: ergo nullum c est b. Sic contra eum argumentan-  
 dum est. Cum per hypothesin ibi sit syllogisimus: ergo est cō-  
 sequentia bona, & cuius si antecedens sit uerū, & consequens.  
 At maior, quoddam a est b posita est uera, similiter minor,  
 quoddam c est a: ergo conclusio, nullum c est b, est uera: &  
 eius contraria, omne c est b, etiam concessa uera: sunt igitur  
 duæ contrariæ simul ueræ, quod est impossibile. Quarto dicat  
 aduersarius ad talem præmissarū dispositionē sequi parti-  
 cularem negatiuam, & hic esse syllogisimū, quoddam a est b,  
 & quoddam c est a: ergo quoddam c nō est b. Cum ibi sit syl-  
 logisimus, est bona cōsequentia: quare si antecedens est uerū,  
 & consequens. At antecedens est uerum: cum & maior & mi-  
 nor prius concessa fuerit uera: igitur & consequens quoddā  
 c non est b est uerum: & eius cōtradictoria: omne c est b est  
 uera ex hypothesi: igitur duæ contradictoriæ sunt simul ue-  
 re, quod est impossibile. Et eodem modo de omni dispositio-  
 ne inuili præmissarum procedendum est. Per hanc autē dis-  
 positionem, sexta regula & sequentes usq; ad decimanquar-  
 tam probantur: quia secundum talem (quam uetant) disposi-  
 tionem, dantur termini in quibus omni, & in quibus nulli, ut  
 de singulis per ordinem inducendo comprobatur. Ex puris

enim negatiuis termini in quibus omni, animal, lapis, homo:  
 ex qbus cōponūtur duæ præmissæ ueræ, nullus lapis est aīal,  
 & nullus homo est lapis, cum qbus stat uniuersalis affirmati-  
 ua oīs homo est animal. Termini in qbus nulli, animal, arbor,  
 lapis: qui sic disponūtur: nulla arbor est animal, & nullus lapis  
 est arbor: cū his stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est aīal.  
 ¶ Ex puris particularib<sup>9</sup> termini in qbus omni, animal, risibī-  
 le, homo, ita disponātur: quoddā risibile est animal, & quidā  
 homo est risibilis. Cū istis stat uniuersalis affirmatiua ex ex-  
 tremitatibus cōstituta, oīs homo est animal. Termini aut<sup>em</sup> in  
 qbus nulli: animal, corpus, lapis, sic ordinātur: quoddā corpus  
 est animal, & quidā lapis est corpus: cum qbus stat uniuersalis  
 negatiua, nullus lapis est animal: & ita in secūda, & tercia figu-  
 ris utriusq; regulæ & sextæ, & septimæ formari possent exē-  
 pla. ¶ Maiore particulari in prima figura directe concluden-  
 do termini in quibus omni, animal, risibile, homo, sic aptan-  
 tur: quoddam risibile est animal, & omnis homo est risibilis:  
 cum quibus stat uniuersalis affirmatiua, oīs homo est animal.  
 Termini in quibus nulli, animal, corpus, lapis, sic cōponūtur:  
 quoddā corpus est animal, & omnis lapis est corpus: cū quib<sup>9</sup>  
 stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal. ¶ Minore ne-  
 gatiua in prima figura directe cōcludendo termini in quib<sup>9</sup>  
 omni, animal, equus, homo, sic disponēdi, omnis equus est ani-  
 mal, & nullus homo est equus: cum quibus stat uniuersalis af-  
 firmatiua, omnis homo est animal. Termini uero in quibus  
 nulli, animal, equus, lapis, sic ordinandi: omnis equus est ani-  
 mal, & nullus lapis est equus: cum quib<sup>9</sup> stat uniuersalis nega-  
 tiua, nullus lapis est animal, ex extremitatibus constituta.  
 ¶ Ex puris affirmatiuis in secunda figura termini in quibus  
 omni, corp<sup>9</sup>, animal, homo, sic aptādi: oē animal est corpus, &  
 oīs homo est corp<sup>9</sup>: cū quibus stat uniuersalis affirmatiua, oīs  
 homo est animal. Termini uero in quibus nulli, corpus, ani-  
 mal, lapis, sic cōstituēdi: omne animal est corpus, & omnis la-  
 pis est corpus: cū quibus stat uniuersalis negatiua, null<sup>9</sup> lapis  
 est aīal. ¶ Maiore particulari in secūda figura directe conclu-  
 dendo: termini in quibus omni, equus, aīal, homo, ita disponā-  
 tur, aliquod aīal est equus, & nullus homo est equus: cū quibus  
 stat uniuersalis affirmatiua, omnis homo est animal. Termini  
 in quibus nulli, equus, animal, lapis, sic disponātur, aliqd aīal  
 est equus, & nullus lapis est equus: cū quib<sup>9</sup> stat uniuersalis ne-  
 gatiua, null<sup>9</sup> lapis est animal. ¶ In tercia figura uniuersaliter

concludēdo, nō dantur termini in quibus omni, & in qbus nulli, sed si syllogismus affirmatiuus fuerit: solū termini in quibus omni: & si negatiuus, solū termini in quibus nulli. Nā solū dātur termini in quibus omni, & in quibus nulli, quādo est defectus debitæ scdm qualitātē aut quāritatē dispositiōis præmissarū. Sed cum cōcluditur uniuersaliter in tertia figura, nō est defectus qualitatis aut quāritatis præmissarū, sed solū defectus quāritatis debitæ cōclusiōis: igit tūc nō dātur termini in qbus omni & in qbus nulli. Alioquin ad tales præmissas nō posset sequi conclusio particularis affirmatiua, aut negatiua: uel duæ cōrradictoriæ essent simul ueræ, qđ est impossibile. Quare illa regula solū pbāda est, ut superius est probata. ¶ In tertia figura minore negatiua directe cōcludēdo: termini in qbus omni, animal, homo, equus, sic ordinātur: omnis equus est aīal, & nullus equus est homo: cum quibus stat uniuersalis affirmatiua, oīs homo est animal, cōposita ex extremitatibus præmissarū. Termini in qbus nulli, animal, lapis, equus, sic cōstituātur: omnis equus est animal, & nullus equus est lapis, cū quibus stat uniuersalis negatiua, nullus lapis est animal ex extremitatibus cōstituta. Ars autem dandi terminos in quibus omni & in quibus nulli, ex logicis requirenda est: neq; introductionis officium patitur eam hoc loco aperire.

- ¶ Pro syllogismis expositoriis affirmatiuis  
 ¶ Quæcūq; de eodē tertio verificātur: illa 18  
 de se inuicē verificātur. Tertiū, singulare.  
 ¶ Pro syllogismis expositoriis negatiuis.  
 ¶ Quæcūq; de eodē tertio alterū negatiue 19  
 & alterū affirmatiue verificātur: negatū  
 de affirmato uere negatur.  
 ¶ Forma syllogismorum Aristotelica doctrinalis ē, & ad disciplinas ptinens magnūq; habēs momētū: ceteræ autē uulgares reiectæ, & ad sophisticā accōmodatæ.  
 ¶ Fora syllogismorum expositoriorum, doctrinalis est adminicularia ī tertia figura: reliq;

aut forme reiecte sunt, inefficaces, & nulli<sup>9</sup>  
ad disciplinas usus atq; accommodacionis.

18 ¶ Decima octava regula, continet principium quo probantur 47  
syllogismi expositori affirmatiui: & decimanona alteru<sup>9</sup> pri  
cipiu<sup>9</sup> quo, probantur syllogismi expositori negatiui. Est enim  
duplex syllogis minoru<sup>9</sup> expositoriu<sup>9</sup> forma doctrinalis. Pri  
ma, qua ex duabus premissis affirmatiuis inferitur conclusio  
particularis affirmatiua: ut Sortes est sedens, & Sortes est ho  
mo: ergo homo est sedens. Qui sic per applicationem princi  
pii ostenditur esse bonus. Nam sint premissae eius uerae per  
hypothesein, cum haec sit uera. Sortes est sedens: praedicatu<sup>9</sup> se  
dens uerificatur de singulari Sortes, Cum itidem haec sit uera  
Sortes est homo, praedicatu<sup>9</sup> homo, de eodem singulari uerifica  
tur. quare per syllogismo<sup>9</sup> expositorio<sup>9</sup> affirmatiuo<sup>9</sup> pri  
cipiu<sup>9</sup>, primu<sup>9</sup> praedicatu<sup>9</sup> sedens, de secundo scilicet homo, ueri  
ficabitur. Est igitur & haec uera, homo est sedens, & ea est dati  
syllogisimi conclusio. Posito igitur antecedente uero, necesse est  
conclusionem esse uera: quare datus syllogismus est bonus. Et si  
cut ostensum est in huiusmodi syllogisimi conclusione primum  
de secundo uerificari: ita & ostendi potest secundu<sup>9</sup> uerificari de  
primo praedicato. Sit enim sedens primum praedicatu<sup>9</sup>: & quod  
in maiore dati syllogisimi de singulari uerificat: homo uero,  
secundum praedicatum: & quod in dati syllogisimi minore de  
eodem uerificatur singulari. Bene sequitur, Sortes est sedens, &  
Sortes est homo: ergo Sortes est homo, & Sortes est sedens.  
per solam praemissarum transpositionem. Et ultra sequitur, Sor  
tes est homo, & Sortes est sedens: ergo sedens est homo. Vbi  
duorum praedicatorum de eodem singulari uerificato<sup>9</sup>, pri  
mum de secundo uerificatur: ergo de primo ad ultimum bene  
sequitur: Sortes est sedens, & Sortes est homo: ergo sedens est  
homo. Vbi secundu<sup>9</sup> praedicatorum de eodem singulari uerifica  
toru<sup>9</sup>, de primo uerificat. Tunc sic. Talium praedicatoru<sup>9</sup> pri  
mu<sup>9</sup> uerificatur de secundo, ut primo ostensum est: etiã secun  
dum uerificatur de primo, ut secundo monstratu<sup>9</sup> est: igitur il  
la praedicata de se inuicem uerificant, quod est totu<sup>9</sup> syllogismo  
19 rum singulariu<sup>9</sup> affirmatiuorum principium. ¶ Altera forma 48  
syllogismo<sup>9</sup> singularium est: qua ex maiore singulari nega  
tiua, & minore singulari affirmatiua inferitur conclusio parti  
cularis negatiua: ut Sortes non est sedens, & Sortes est homo:  
ergo aliquis homo non est sedens. Quae ostenditur per appli

catione principij syllogismis expositoris negatiuis accōmo  
 dati, hoc modo. Sit p hypothesin antecedēs uerū: dico etiā cō  
 sequēs oportere esse uerū. Cū em antecedēs sit uerū p positū,  
 & sit una copulatiua, utraq; eius pars p diffinitionē est uera:  
 quare prima pars q̄ est maior, uera est: itidē & secūda quē est  
 minor. Cū autē hęc sit uera, Sortes nō est sedēs, p̄dicatū sedēs  
 uerē negatur de singulari, Sortes. Cum itidem hęc sit uera,  
 Sortes est homo: p̄dicatū homo uere affirmatur de eodē  
 singulari: igitur negatū siue terminus qui in p̄missis de sin  
 gulari negatur, de affirmato siue termino qui in p̄missis  
 de singulari affirmatur, uerē negatur: quare & ista est uera,  
 homo nō est sedēs. Et ea est dati syllogismi conclusio. Posito  
 igitur antecedente uero, necesse est consequens esse uerū: qua  
 re data cōsequentia est bona. Et hęc duo principia in p̄ce  
 denti introductione, numero decimo sexto sunt etiā declara  
 ta, ¶ Denique forma syllogismorū Aristotelis, est quā docet  
 49 Aristoteles in libris priorū: quæ quidē doctrinalis est, q̄ solū  
 ea utantur authores in disciplinis, Cæteræ autē formæ syllo  
 gismorū, in quibus aut implicationes addūtur extremis, aut  
 signū uniuersale p̄dicato, aut p̄dicatū negationi p̄apo  
 nitur quo particulariter sumatur: sunt à disciplinis reiectæ  
 & solū ad sophisticā usum habentes. Sic forma syllogismo  
 rum singulariū tertiæ figuræ nunc ostensa est adminiculatio  
 ua disciplinis ad principia subobscuriora, pbāda, aut clarius  
 declarādas propositiones quæ indigēt manifestatione. Reli  
 quæ autē formæ syllogismorū singulariū, ut primæ aut secū  
 dæ figuræ: non habent usum in disciplinis.

¶ In secundum priorum.

Ptās syllogismorū logizare.

Peccatum contra syllogismos Circulariꝛ syllogiza.

Cōuersiue syllogiza.

Species argumen- Per impossibile syl-  
 tationis logizare

¶ Ptās syllogismorū Ex oppositis syllo-

Plura concludere gizare

Verū ex falsis syl- ¶ Plura concludere

Per cōuersionem	Fallacia cōtrarię opi
Sumēdo sub medio	nionis
Sumēdo sub mino-	¶ Species argumen-
re extremitate	tationis
¶ Peccatum contra	Inductio
sylogismos	Exemplum
Petere principiū	Deductio
Statim	Sylogism <sup>9</sup> instātiu <sup>9</sup> .
Non statim	Enthymema
Nō ppter hoc ac-	Signum
cidere falsum	Icos

**S**Yllogismus potestatis, est q ad prio-  
rem ppositionē aut syllogismū: aut  
qui ex falsis uerum, aut ex opposi-  
tis syllogizat.

Sylogism<sup>9</sup> potestatis; potestas syllogismi.

¶ Syllogismus plura cōcludēs, est qui cum  
cōsequēs cōcludat ex eisdē pmissis, cō-  
cludit illud quod sequitur ad cōsequens,  
aut qui sub medio, aut minori extremitate  
sumendo augetur.

¶ Tria in fronte diuisionis posita uocabula significant ea de  
quib<sup>9</sup> p̄cipua in secūdo priorū agit determinatio. Quo-  
rum primū in sex diuiditur species, quę sunt plura concludere,  
uerū ex falsis syllogizare, circulariter syllogizare, cōuer-  
sive syllogizare, per impossibile syllogizare, ex oppositis syl-  
logizare. Et harū specierū prima, scilicet plura concludere,  
in tres diuiditur species, quę sunt: plura cōcludere per cōuer-  
sionē, plura cōcludere sumendo sub medio, & plura cōcludere,  
sumēdo sub minore extremitate. Secundū autē principa-  
le quod hic determinat, scilicet peccatū contra syllogismos,

diuiditur in tres species, quæ sunt: petere principium (quod cõsequenter diducitur in petere principium statim, & petere principium nõ statim) nõ ppter hoc accidere falsũ, & fallaciã contrariã opinionõis. Tertium uero p̄cipuũ quo de hic suscipitur determinatione, scilicet species argumẽtationis, in quinque diuiditur: in introductionẽ, exẽplũ, deductionẽ, syllogismũ instantiuũ & enthymema. Quorũ postremũ diuidit in enthymema ex signis, & enthymema ex icotibus: q̄ diuisio p̄ultima duo diuisionis uocabula, signũ & icos denotat. ¶ Diffinitio deinde syllogismus potestatis: cuius diffinitio quatuor particulas sub distinctione cõtinet ad omne eius species innuẽdas. Prima, syllogismus potestatis, est q̄ syllogizat ad priorẽ p̄positionẽ, id est qui fit aliqua p̄positione p̄supposita. Et p̄ hãc innuit syllogismus ad impossibile. Secũda, aut qui syllogizat ad priorẽ syllogismũ: hoc est q̄ fit p̄supposito altero syllogismo. Et p̄ hãc tãgitur syllogismũ plura concludens, syllogismũ circularis, & syllogismũ conuersiuus. Tertia particula est: aut qui ex falsis uerũ syllogizat: p̄ quã denotat syllogismũ ex falsis uerũ cõcludẽs. Quarta, aut qui ex oppositis syllogizat: p̄ quã designat syllogismũ ex oppositis. Mox sequẽs diffinitio syllogismi plura cõcludẽtis, tres distinctim particulas cõplectit. Prima, syllogismus plura cõcludẽs, est syllogismus qui cũ cõclusionẽ cõcludat, ex eisdẽ p̄missis cõcludit & alterũ cõsequens, quod ad illã sequit cõclusionẽ. Et p̄ hãc innuit syllogismus p̄ cõuersionẽ plura cõcludẽs. Secunda particula est, aut qui sub medio sumẽdo augetur, p̄ quã innuitur syllogismus plura cõcludẽs sumẽdo sub medio. Tertia, aut qui sub minore extremitate sumẽdo augetur: & p̄ illã denotatur syllogismus plura cõcludens, sumendo sub minore extremitate.

¶ Syllogismus p̄ cõuersionẽ plura cõcludens, est syllogismus qui cũ ex suis p̄missis conuersam cõcludat, ex ipsẽ cõcludit & conuertentem.

¶ Syllogismus plura cõcludẽs sumẽdo sub medio, est syllogismus cuius retẽta maiore, unã aut plures sub medio minores extremitates sumẽdo syllogizamus.

¶ Syllogismus plura cōcludēs, sumēdo sub medio, & syllogismus ad latus sumendo auctus idem.

¶ Syllogismus plura cōcludēs, sumēdo sub minore extremitate; est syllogism<sup>9</sup> cuius cōclusionē facta maiore, sub ei<sup>9</sup> subiecto prioris quidem syllogismi minori extremitate, alia extremitate sumpta fit syllogismus. Qui & syllogismus in post assumendo auctus nominatur.

¶ De syllogismo concludere plura per cōuersionē exēplū, ut bene sequitur in primo modo primæ figuræ: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia: & ultra sequitur, omnis homo est substantia, ergo quædam substantia est homo, p cōuersionē uniuersalis affirmatiuæ in suā particularē. Ergo de primo ad ultimū bene sequitur: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo quædam substantia est homo, per sextā regulā cōsequentiæ: prius demonstratā. Datus syllogismus ex suis pmissis cōcludit cōuersam, omnis homo est substantia. Deinde ex eisdē pmissis concludit eiusdē cōclusionis cōuertentē, quædā substantia est homo.

¶ Et per hanc speciem omnis syllogismus cuius cōclusio aut simpliciter aut per accidēs cōuerri potest, dicitur plura concludēs per cōuersionē: & tot ad ipsum fiunt syllogismi, quot cōuertentes habet sua cōclusio. Quo fit, ut syllogismus uniuersalis affirmatiuus uno modo solū plura cōcludat per cōuersionē: cū solum uno modo, utpote per accidēs, sua cōclusio possit cōuerri. Syllogismus uniuersalis negatiuus, duobus modis cōcludit hoc modo plura. Primo per cōuersionē cōclusionis uniuersalis negatiuæ in seipsam. Secūdo per cōuersionē eiusdē in particularē negatiuā. Syllogismus autē particularis affirmatiuus: solū uno modo, utpote per suæ cōclusionis conuersionem simplicem, plura concludit per conuersionem. Syllogismus autē particularis negatiuus, nequaquā per conuersionem plura concludit: cum particularis negatiua non possit conuerri.



¶ De syllogismo cōcludēte plura, sumendo sub medio exem- 2  
 plū. Sit datus syllogismus, omne animal est substāria, & oīs ho-  
 mo est animal: ergo omnis homo est substantia: cuius retenta  
 maiore ppositione, omne animal est substantia, loco maioris  
 alterius syllogismi, sub medio animal, aliam sumēdo minore  
 extremitatem q̄ prius sumpta fuerit, scilicet equus, sic syllo-  
 gizamus: omne animal est substantia, & oīs equus est animal,  
 ergo omnis equus est substāria. Altera itidem sub eodem me-  
 dio sumpta, minore extremitate scilicet leo, sic alter cōsti-  
 tuitur syllogismus: omne animal est substāria, & omnis leo est  
 animal: ergo omnis leo est substāria. Et ita quot sumentur di-  
 uersæ minores extremitates sub eodem medio, retenta eadē  
 maiore ppositione, totidem diuersi fiēt syllogismi. Ad quos  
 cōparatus syllogismus primo loco datus, dicitur syllogismus  
 plura concludens, sumendo sub medio. Sicut & primo datus  
 syllogismus ad cæteros ex eo manantes syllogismos per cō-  
 uersionem cōclusionis: dicitur syllogismus plura concludens  
 per conuersionem. ¶ Omnes autem syllogismi quorum me-  
 dium in maiore uniuersaliter sumitur, & in minore uerifica-  
 tur de minore extremitate: hoc modo plura concludunt: ut  
 qui fiunt in quatuor primis modis primæ figuræ, & in primo  
 & tertio secundæ. Cæteri autem syllogismi, quibus alterum  
 illorū deest: nō hoc modo plura cōcludunt: ut qui fiunt in cæ-  
 teris modis. ¶ De syllogismo concludente plura sumēdo sub  
 minore extremitate exemplum: ut dato syllogismo, omne  
 corpus est substantia, & omne animal est corpus: ergo omne  
 animal est substantia: sumatur prædicta cōclusio pro maiore  
 alterius syllogismi: & sub eius subiecto animal (quod prio-  
 ris quidē syllogismi est minor extremitas, & posterioris me-  
 dium) sumatur altera minor extremitas, ut brutum, sicq; no-  
 uus constituatur syllogismus, omne animal est substantia, &  
 & omne brutum est animal: ergo omne brutum est substā-  
 tia. Primus syllogismus ad secundū comparatus, est syllogis-  
 mus plura cōcludens sumendo sub minore extremitate. Rur-  
 sum cōclusionē postrema: facta maiore sub eius subiecto bru-  
 tum, sumendo alteram minorem extremitatem: ut quadru-  
 pes: alter fiet syllogismus. Et hoc pacto descendēdo sub mi-  
 nore extremitate, quousque deueniatur ad speciē specialissi-  
 mam: sub qua amplius non restat quicquam sumendum, & il-  
 lic sit status. ¶ Et ut hoc modo fiat syllogismus plura conclu-  
 dens: debet primi syllogismi conclusio esse uniuersalis. Nam

sub subiecto particulariter sumpto non fit apta subsumptio.  
 & posteriorū syllogismorum minor ppositio debet esse affir-  
 matiua: cum in ea mediū debeat uerificari de minore extre-  
 mitate subsumpta: quales sunt syllogismi uniuersales primæ  
 & secundæ figuræ. Quod si alterum horū defuerit, nō potest  
 huiusmodi fieri syllogismus, ut in cæteris modis. Et uocatur  
 syllogismus plura concludens sumēdo sub minore extremitate,  
 alio nomine syllogismus in post assumēdo auctus. sic &  
 syllogismus plura concludens sumēdo sub medio, aliter uoca-  
 tur syllogismus ad latus sumendo auctus. ¶ Syllogismi autē  
 plura cōcludentis sumendo sub minōre extremitate, duplex  
 est forma. Prima, exp̄ssa, cum prioris syllogismi cōclusio ex-  
 primitur, & iterū pro posterioris syllogismi maiore resumi-  
 tur: ut omne corpus est substātia, & omne animal est corpus:  
 ergo omne animal est substātia. Et ultra proceditur: omne  
 animal est substātia, & omnis homo est animal: ergo omnis  
 homo est substātia. Propositio, omne animal est substātia,  
 primo expresse in prioris syllogismo ponitur pro cōclusionē,  
 & deinde repetitur pro alterius maiore. Alia est forma impli-  
 cita, cū prioris syllogismi conclusio nō repetitur loco maio-  
 ris secundū syllogismi: sed uel semel tantū ponitur: ut omne  
 corpus est substātia, & omne animal est corpus: ergo omne  
 animal est substātia. Aut, omnis homo est animal, ergo om-  
 nis homo est substātia. Vbi primi syllogismi conclusio, om-  
 ne animal est substātia, solum uno ponitur loco. Aut ne se-  
 mel quidem expresse ponitur, sed & ipsa, & intermediorum  
 syllogismorū conclusio supprimitur: ut omne corpus est sub-  
 stātia, & omne animal est corpus, & ois homo est aīal, ergo  
 ois homo est substātia. Et huiusmodi syllogismus, auctus dis-  
 citur: & in tot resoluit syllogismos simplices, quot inter pri-  
 mi syllogismi maiore ppositionē, & ultimi cōclusionē, ex-  
 tremas quidē ppositiones intercipiūtur mediæ: quarū quæ-  
 libet, singulorū simplicium syllogismorū erit minōr ppositio.  
 Vt datus modo syllogismus resoluit in duos simplices, quorū  
 primus est, omne corpus est substātia, & omne animal est cor-  
 pus: ergo omne animal est substātia. Secundus est, omne aīal est  
 substātia, & ois homo est animal: ergo omnis homo est sub-  
 stātia. Et hæc syllogismorū auctorū forma necessaria est &  
 formalis: & posito antecedēte uero, necesse est cōsequens esse  
 uerū, ut facile est eos simplices singulatim resoluēdo ostēde-  
 re. Et ea apud authores est usitatio. Forma autē omnino ex

pressa pro rudi intelligentia primū habenda, & discipulis  
 est aptior. ¶ Qui autē syllogismi cuiuslibet triū figurarū plu-  
 ra cōcludant aliquo istorū qui nunc declarati sunt modorū,  
 hæc figura ostēdit: in qua nota unitatis primo limite posita,  
 designat syllogismos plura cōcludētes primo modo, & p cō-  
 uersionē, nota binarij, sumēdo sub medio: & nota ternarij, su-  
 mēdo sub minore extremitate. o uero, denotat syllogismos  
 nō plura cōcludere eo modo, in cuius modi limite ponitur.

Barbara	1   2   3	Baraco	0   0   0
Celarent	1   2   3	Darapti	1   0   0
Darii	1   2   0	Felapton	0   0   0
Ferio	0   2   0	Disamis	1   0   0
Cesare	1   2   3	Datifi	1   0   0
Camestres	1   0   3	Bocardo	0   0   0
Festino	0   2   0	Ferison	0   0   0

¶ Syllogismus ex falsis verū syllogizās est  
 syllogismus cuius utraq; præmissarū aut  
 altera tantum falsa, verum concludit.

¶ Propositio in toto falsa, est propositio vni-  
 uersalis falsa: cuius contraria vera est.

¶ Propositio in parte falsa, est propositio  
 vniuersalis falsa: cuius contraria falsa est.

¶ Syllogizaremus ex falsis verū propter  
 quid, si quia antecedēs est falsum, eius cō-  
 sequēs esse verum cōcludere possemus.

¶ Syllogismus ex falsis uerum concludens, est qui ex antecē-  
 dente falso ueram infert cōclusionem. Antecedens autē syl-  
 logismi, est propositio copulatiua: quæ ut dupliciter falsa esse  
 potest. primo, utraq; eius parte existente falsa: secundo alte-  
 ra tantum: sic dupliciter fit syllogismus ex falsis uerum con-  
 cludens. Primo, ex utraque præmissarum falsa: ut omnis la-  
 pis est animal, & omnis homo est lapis: ergo omnis homo est

animal. Secūdo ex altera præmissarū solū falsa: utpote aut sola maiore falsa: ut omne animal est albū, & omnis cygnus est animal: ergo omnis cygnus est albus: aut sola minore falsa, ut omnis equus est animal, & omnis homo est equus: ergo omnis homo est animal. Et utroq; datorū modorū totū syllogismi antecedens est falsum. Nā si altera copulatiue pars est falsa: & totū antecedens est falsum. Propositio autē falsa quæ in syllogismo assumitur, aut est uniuersalis, ut omnis homo est lapis: aut particularis, ut aliquis homo est lapis. particularis quidē falsa, nō diuiditur, nec diuersa sortitur nomina: neq; enim dicitur particularis in toto falsa, neq; in parte falsa: sed simpliciter & sine addito, falsa nuncupatur. Vniuersalis autē falsa, diuiditur in uniuersalē in toto falsam, & in parte falsam. De propositione in toto falsa exemplū: ut omne animal est lapis, est eū ea uniuersalis falsa, cuius cōtraria, nullū animal est lapis, est uera. De propositione autē uniuersali in parte falsa, exemplū, ut omne animal est albū. Est eū ea uniuersalis falsa, cuius cōtraria, nullum animal est albū etiā est falsa: imō in parte falsa, cum cuiuslibet propositionis in parte falsæ contraria etiam sit in parte falsa. ¶ Et quia alius sumitur ordo syllogizandi uerum ex falsis in syllogismis uniuersalibus & particularibus: ideo cognitu dignum est quod syllogismus uniuersalis secundum Philosophū, est syllogismus cuius ambæ præmissæ sunt uniuersales, siue concludatur conclusio uniuersalis, ut in duobus primis modis primæ & secundæ figuræ, siue particularis, ut in duobus primis tertiæ figuræ modis. Particularis autē syllogismus, est cuius altera præmissarum est particularis: ut in tertio & quarto primæ figuræ modis. ¶ In uniuersalibus quidem syllogismis, octo modis ex falsis uerum syllogizare cōtingit: qui hoc pacto per ordinem disponuntur.

1 Ambabus præmissis in toto falsis.

2 Ambabus in parte falsis.

3 Maiore in toto falsa, & minore in parte falsa.

4 Maiore in parte falsa, & minore in toto falsa.

5 Maiore in toto falsa, & minore uera.

6 Maiore uera, & minore in toto falsa.

7 Maiore in parte falsa, & minore uera.

8 Maiore uera, & minore in parte falsa.

¶ Primo itaq; in modis uniuersalibus, ex ambabus præmissis in toto falsis uerum syllogizatur. ut omnis lapis est animal, & omnis homo est lapis: ergo omnis homo est animal. Secundo, ex ambabus in parte falsis. ut omne album est animal, & omnis homo est albus: ergo omnis homo est animal. Tertio, ex maiore in toto falsa & minore in parte falsa, non quidem in prima figura, sed cæteris. ut omnis lapis est animal, & omnis lapis est albus: ergo aliquod albū est animal. Quarto, ex maiore in parte falsa & minore in toto falsa, ut omne album est animal, & omnis coruus est albus: ergo omnis coruus est animal. Quinto, in modis uniuersalibus, maiore in toto falsa, & minore uera, uerum syllogizare contingit, sed dūtaxat in secunda & tertia figura. ut omnis equus est homo, & omnis equus est animal: ergo aliquod animal est homo. Sexto, maiore uera & minore in toto falsa. ut omnis equus est animal, & omnis homo est equus: ergo omnis homo est animal. & ita in alijs figuris. Septimo, maiore in parte falsa & minore uera. ut omne albū est animal, & omnis cygnus est albus: ergo omnis cygnus est animal. Octauo ediuerso, maiore uera & minore in parte falsa. ut omne ambulans est animal, & omnis homo est ambulans: ergo omnis homo est animal. ¶ In syllogismis autē particularibus, contingit quinque modis ex falsis syllogizare uerum: qui sunt hac serie dispositi.

- 1 Vniuersali in toto falsa & particulari falsa.
- 2 Vniuersali in parte falsa & particulari falsa.
- 3 Vniuersali in toto falsa & particulari uera.
- 4 Vniuersali in parte falsa & particulari uera.
- 5 Vniuersali uera & particulari falsa.

¶ Siqdem in modis particularibus, primo syllogizatur uere ex uniuersali in toto falsa & particulari falsa. ut ois lapis est animal, & homo est lapis: ergo homo est animal. Secundo, uniuersali in parte falsa & particulari falsa. ut omne albū est animal, & coruus est albus: ergo coruus est animal. Tertio, uniuersali in toto falsa & particulari uera. ut ois homo est equus, & animal est homo: ergo animal est equus. Quarto, uniuersali in parte falsa & particulari uera. ut omne album est animal, & cygnus est albus: ergo cygnus est animal. Quinto, in syllogismis particularibus, ex falsis syllogizat uerum, uniuersali existente uera & particulari falsa. ut ois equus est animal, & qdam homo est equus: ergo qdam hō est animal. Et sicut in prima figura data sunt: ita in cæteris da

ri possunt exēpla. ¶ Et quāuis ex falsis cōtingat modis p̄dictis syllogizare uerū: non tñ p̄pter quid. Tūc autē syllogizaret ex falsis uerū p̄pter quid: si antecedētis falsitas necessario inferret ueritatē cōsequētis, & non esset possibile antecedēs esse uerum quin cōsequens esset uerū. Id autem manifestum est non oportere: alioq̄ ex falsis nunquā posset sequi nisi uerum, & nequaquam ex falso sequeretur falsum, quod est inconueniens.

¶ Syllogismus circularis, est q̄ ex facti syllogismi conclusione cum altera præmissarum de prædicatione conuersa, alteram concludit præmissam.

¶ Propositio de prædicatione cōuersa, est in qua de alterius subiecto factū est prædicatum, & de prædicato subiectum, eadem qualitate & quantitate retenta.

¶ Propositio demonstrata, est propositio demonstratione cognita.

¶ Propositio indemonstrata, est propositio demonstrabilis nondum demonstratione cognita.

¶ Demonstramus, quādo ex duobus in ueritate manifestis, propositionem incognitam syllogizamus.

¶ Demōstramus, ostensiuē syllogizamus.

¶ Propositionem circulariter syllogizare est eā in syllogismo circulari concludere.

¶ Ad cōstituēdū syllogismū circularē, requiritur syllogism⁹ prioris dat⁹, ex cuius cōclusionē sūpta, p̄ syllogismi posterioris una p̄missa, & una p̄missa prioris syllogismi de p̄dicatione conuersa, siue de terminis trāsp̄positis sūpta, p̄ altera p̄missa posterioris syllogismi cōstituat nouus syllogismus, cōcludēs alterā p̄missā prioris syllogismi, is posterior syllogismus ad pri-

orem cōparatus, dicitur circularis. Debet autē conclusio prioris syllogismi semp̄ pro illa sumi p̄missa posterioris: quālis p̄missa prioris cōcludēda est circulariter in posteriori. Vt si circulariter syllogizāda est maior primi syllogismi, eius conclusio erit maior in sc̄do. Et si circulariter syllogizāda est minor primi: eius cōclusio erit minor in sc̄do. Præmissa autē de p̄dicatione cōuersa eundē retinet locū p̄missæ in syllogismo circulari, quæ habet sua directā in primo syllogismo. Vt si directā fuerit maior: sua de p̄dicatione conuersa erit maior: & si minor, minor. Fit autē syllogismus circularis duobus modis. Primo ex cōclusionē dari syllogismi cū minore de p̄dicatione cōuersa, circulariter syllogizādo maiore. Pro q̄ datur hæc regula. Ad circulariter syllogizādū maiore dati syllogismi, cāp̄da est eius cōclusio, p̄ maiore, & minor de p̄dicatione cōuersa, p̄ minore. Vt sit datus syllogismus, oē c est a, & oē c est b: ergo oē c est a, ex cōclusionē, oē c est a sumpta p̄ maiore: & minore de p̄dicationē cōuersa, oē b est c sumpta, p̄ minore: sic circulariter syllogizatur maior, omne c est a, & omne b est c: ergo omne b est a. Sc̄do fit syllogismus circularis ex cōclusionē dari syllogismi cū maiore de p̄dicatione cōuersa, circulariter syllogizādū minore dati syllogismi, sumenda est eius maior de p̄dicatione cōuersa, p̄ maiore, & cōclusio prioris syllogismi, p̄ minore. Vt dato priori syllogismo in primo primæ, ex eius cōclusionē sumpta, p̄ minore sc̄licet oē c est a, & maiore de p̄dicatione cōuersa, oē a est b sumpta, p̄ maiore, sic circulariter syllogizatur minor: omne a est b, & omne c est a: ergo oē c est b. Et uterq̄ posteriorū syllogismoꝝ ad primū circularis est p̄ diffinitionē. Neq̄ uitio def̄ q̄ in afferēdis exēplis aut demonstratiōibus, literis potius q̄ terminis significatiuis passim utamur, quāuis ex dictiōibus significatiuis cōstituta esse uideantur. Id em̄ eo factū est, quod huiusmodi exēploꝝ & q̄rumcūq̄ demonstratiuæ rationes cognoscant in quibuscunq̄ & q̄rumcūq̄ habitudinū terminis, ueritatē & locū habere: cū in ijs fiant extremis q̄ nullā suapte natura ad inuicē habētia habitudinē, ad quālibet ex hypothesi sunt indifferētia. Quod q̄dem & in mathematicis demonstratiōibus eadē ratione frequētissimū est, & a Diuo Seuerino Boetio Latinorū philosophiæ studia seclatū p̄cipuo, in suis (quas in logicā cōposuit) æditiōib⁹ studiose obseruatū. Sanē syllogismus circularis, cōsequētia for-

malis est & necessaria: nō modo in terminis cōuertibilib<sup>9</sup>, sed in omnibus tenēs, cōsimili forma argumētādi seruata. Proinde eius forma in literis (ur & quā plurima alijs in locis) declarata est. ¶ Ad cognoscendū aut quorū syllogismorū prēmisse possunt circulariter syllogizari: supposita notē figura in q̄ nota unitatis primo loco posita designat maiorem eorū: syllogismorū qbus respōdet, circulariter syllogizari: & nota binarij minorē. nota aut circularis o, significat eī pmissam in cuius ponit loco, nō posse syllogizari circulariter, Vnde syllogismi, cuius cōclusio est particularis: nō potest pmissa uniuersalis syllogizari circulariter: cū cōclusio uniuersalis non potest sequi nisi ex ambabus pmissis uniuersalibus. Ita & syllogismi negatiui nō potest pmissa affirmatiua circulariter syllogizari: cū cōclusio affirmatiua nō sequat, nisi ex ābab<sup>9</sup> affirmatiuis. Et p̄ hęc duo, omniū prēmisse: quæ circulariter syllogizari non possunt, cur id eis nō conueniat, redditur ratio.

7

Modi	major	minor	Modi	major	minor
Barbara	I	2	Baroco	o	2
Celarent	I	o	Darapri	o	o
Darij	o	2	Felapton	o	o
Ferio	o	o	Disamis	I	o
Cesare	I	o	Darisi	o	2
Camestres	I	2	Bocardo	I	o
Festino	o	o	Ferison	o	o

¶ Propositio autem de prædicatione cōuersa (q̄ deinde definitur) dicitur propositio comparata ad alteram eiusdē q̄litate & quantitate, transpositis tantum extremis. ut omne animal est homo, ad istam, omnis homo est animal, dicitur de prædicatione cōuersa. Nam de unius subiecto factum est prædicatum, & de prædicato subiectum, eadem qualitate & quantitate retēta: est enim utraq; uniuersalis affirmatiua. Sic & ista, nullus lapis est animal, est de prædicatione cōuersa ad hanc, nullum animal est lapis, eademque illius conuertens, altera tamen ratione. ¶ Sunt enim propositio de prædicatione cōuersa & conuertens ad inuicem impertinentia. Nempe, aliqua est propositio de prædicatione cōuersa alicuius, & tamen non est conuertens eiusdem, ut omne animal est homo, ad hęc, omnis homo est animal. Sic aliqua est cōuertēs alicuius

8



ius, & tñ nō est eius, ppositio de p̄dicatione cōuerfa: ut quōdā  
 dam aīal est homo, ad hāc, oīs homo est aīal. Deniq; aliqua est  
 ppositio de p̄dicatione cōuerfa & cōuertens eiusdē: ut homo  
 est aīal, ad hanc, aīal est homo diuersis tñ rationibus: ut utriusq;  
 ostēdit diffinitio. In syllogismo aut circulari non sumē  
 da est alterius p̄missæ cōuertens: neq; oportet uniuersalē af-  
 firmatiuā conuerti in seipsam (ut aliquum est sentētia) sed so-  
 lū capiēda est alterius p̄missæ, ppositio de p̄dicatione cō-  
 uersa. ¶ Deinde diffinitur ppositio demonstrata, itidem &  
 ppositio demōstrabilis. Sane cum ppositio ex principijs  
 ostensa fuerit & manifesta demonstrata dicitur. perinde atq;  
 cum color lumine superfuso conspicuus est & oculo obiect⁹:  
 dicitur uisus. Cū uero nata sit ppositio ex principijs osten-  
 di, nondum tamen manifesta est: dicitur demōstrabilis. haud  
 secus ac color natus lumine collustrari, & nondū illustratus:  
 dicit uisibilis & spectabilis. Tunc aut demonstramus, hoc est  
 ostēsiue syllogizamus siue demōstrationē facimus ostensiuā:  
 cū ex duobus in ueritate manifestis, scilicet maiore & mino-  
 re, ppositione, uerā qdem ppositionē sed incognitā ostendim⁹  
 mus. ut ex libris posteriorū manifestius euadet. Itaq; quæ cū  
 que def. ppositio disciplinæ, ipsa post demōstrationē factam  
 est demōstrata: ante demōstrationē uero, solū est demōstrabi-  
 lis. ¶ Postremo, diffinit ea ppositio circulariter syllogizari:  
 quæ in syllogismo circulari cōcludit: ut dato syllogismo, om-  
 ne aīal est substātia, & omnis homo est aīal: ergo oīs homo est  
 substātia: sic circulariter syllogizat maior: omnis homo est  
 substātia, & omne aīal est homo, ergo omne aīal est substātia  
 Minor autem hoc modo, omnis substantia est animal, & om-  
 nis homo est substantia: ergo omnis homo est animal.

¶ **Syllogismus cōuersiuus**, est qui ex facti  
 syllogismi opposito cōclusionis cū altera  
 p̄missarū, contrariū aut contradictoriū  
 alterius p̄missæ syllogizat.

¶ **Oppositum, contradictorium.**

¶ **Propositionē cōuersiue syllogizare**, est  
 eā in syllogismo cōuersiuo cōcludere.

¶ **Syllogismus conuersiuus**, alterū p̄supponit syllogismū  
 prius factū: ex cuius contradictorio conclusionis cum altera

præmissarum, contrariū aut contradictorium alterius præmissæ syllogizat. Vt sit datus syllogismus, omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. Ex contradictorio cōclusionis cum minore, syllogizamus contradictorium maioris hoc modo, aliquis homo nō est substantia, & omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est substantia. Similiter ex contradictorio cōclusionis cum maiore, syllogizamus cōtradictorium minoris hoc modo, omne animal est substantia, & aliquis homo nō est substantia, ergo aliquis homo non est animal. ¶ Et quauis aliquando ex contrario conclusionis cum alterutra præmissarū contingat contrariū, aut contradictorium alterius præmissæ syllogizare, ut in modis uniuersalibus primæ & secundæ figuræ: hoc tamen solū accidit, neque uocatur syllogismus cōuersiuus. Nam in syllogismo conuersiuo, si ex opposito cōclusionis dati syllogismi cum alterutra præmissarū, inferatur alterius præmissæ contrarium, aut cōtradictorium: necesse est syllogismum datum esse bonum. Et contrā, si syllogismus datus est bonus, & conuersiuus est bonus. Atqui id non semper oportet ex contrario cōclusionis dati syllogismi procedēdo: quoniam data hac argumentatione, omnis homo est animal, & omnis homo est rationalis, ergo omne rationale est animal: ex contrario conclusionis, nullum rationale est animal, cum minore, omnis homo est rationalis, sequitur contrarium maioris, omnis homo non est animal, in secūdo modo primæ figuræ. & tamen datus syllogismus non est bonus: cum cōcludat uniuersaliter in tertia figura: igitur ex contrario cōclusionis procedēdo, non semper fit syllogismus cōuersiuus: sed aliquando & id solum accidit, neque in arte ponendum est. ¶ Ad cognoscendum autē quomodo fit syllogismus conuersiuus, sex ponuntur regulæ, pro singulis figuris duæ. ¶ Prima regula. Dato syllogismo primæ figuræ, eius contradictoriū maioris conuersiue syllogizare cōringit. Idque in tertia fiet figura, capiēdo contradictoriū conclusionis pro maiore, & minorem loco minoris seruando. ut dato syllogismo in primo modo primæ figuræ: omne animal est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo est substantia. syllogizatur cōtradictorium maioris eius in quinto tertie sic, aliquis homo non est substantia, & omnis homo est animal, ergo aliquod animal non est substantia. Quod autem huiusmodi syllogismus cōuersiuus in quinto tertie fieri debeat, ex eo

cognoscitur: nā accepta uocali cōtradictoria cōclusionis primi modi primæ figuræ, quæ est o, p maiore syllogismi cōuerſiui, & uocali minori ſcilicet a, p minore, cōſtituuntur præmiſſæ quinti modi terciæ figuræ, o, a. Quæ qdem induſtria & arte in oibus primæ figuræ modis utendo, facile eſt cognoſcere in quo modo terciæ cuiuſlibet cōtradictoriū maioris conuerſiue ſyllogizetur. ¶ Secūda regula, dato ſyllogiſmo primæ figuræ: cōtradictoriū minoris cōuerſiue ſyllogizare cōtingit, idēq; in ſecūda fit figura, ſeruata eadē maiore, & accepta cōtradictoria cōclusionis dati ſyllogiſmi, p minore: ut dato ſyllogiſmo in primo primæ: omne aīal eſt ſubſtātia, & ois homo eſt animal, ergo ois homo eſt ſubſtātia, ſyllogizatur cōuerſiue eius cōtradictoriū maioris in quarto ſecūdæ ſic: omne animal eſt ſubſtātia, & aliq; homo nō eſt ſubſtātia: ergo aliq; homo nō eſt animal. Quod ex eo cognoſcitur: nā ſumpta uocali maioris primi modi primæ figuræ ſcilicet a, p maiore, & eiufdē uocali cōtradictoria cōclusionis quæ eſt o, pro minore, cōſtituuntur præmiſſæ quarti modi ſecūdæ figuræ, a, o. Qd

¶ & in cæteris modis habet locū. ¶ Tertia regula. Dato ſyllogiſmo ſecūdæ figuræ: eius cōtradictorium maioris cōuerſiue ſyllogizare cōtingit, & in tertia quidem figura ſumendo minorem ſyllogiſmi dati pro maiore ſyllogiſmi conuerſiui, & cōtradictorium cōclusionis pro minore: ut dato ſyllogiſmo in primo modo ſecūdæ figuræ, nullus lapis eſt animal, & omnis homo eſt animal, ergo nullus homo eſt lapis, ſyllogizatur conuerſiue cōtradictoria maioris eius in quarto terciæ, hoc modo: omnis homo eſt animal, & quidam homo eſt lapis: ergo quidā lapis eſt animal. Quod ex eo cognoſcitur, nam accepta uocali minoris dati ſyllogiſmi, quæ eſt a, pro maiore: & uocali cōtradictoria cōclusionis ſcilicet i, p minore, ſiunt præmiſſæ quarti modi terciæ figuræ. ¶ Quarta regula. Dato ſyllogiſmo ſecūdæ figuræ, eius cōtradictoriū minoris conuerſiue ſyllogizare cōtingit: quod in prima fit figura ſeruando maiore dati ſyllogiſmi, p maiore ſyllogiſmi cōuerſiui, & cōtradictorium cōclusionis p minore: ut dato ſyllogiſmo in primo ſecūdæ, nullus lapis eſt animal, & omnis homo eſt animal: ergo nullus homo eſt lapis. Cōtradictoriū minoris eius cōuerſiue ſyllogizatur in quarto primæ ſic. Nullus lapis eſt animal, & quidam homo eſt lapis: ergo quidā homo non eſt animal. Quod ex eo cognoſcitur, quod accepta uocali maioris dati ſyllogiſmi ſcilicet e, p maiore ſyllogiſmi cōuerſi

tu, & uocali cōtradictoria conclusionis scilicet i. p. minore: sicut  
 pmissæ quarti modi primæ figuræ. Quod etiã in ceteris mo- 12  
 dis habet ueritatē. ¶ Quinta regula. Dato syllogismo tertiæ  
 figuræ, oppositū maioris eius cōuersiue syllogizare contin-  
 git. Siquidē datus syllogismus uniuersalis fuerit: syllogizaf  
 cōuersiue & maioris cōtrariū & cōtradictoriū. Si uero par-  
 ticularis: solū cōtradictoriū. Et fit huiusmodi syllogism⁹ cō-  
 uersiuus in prima figura, sumēdo cōtradictoriū conclusio-  
 nis, p. maiore, & seruādo eandē minorē. Vt dato syllogismo  
 in primo tertiæ, omnis homo est substātia, & omnis homo est  
 animal: ergo quoddā animal est substātia: cōtrariū maioris  
 eius sic syllogizatur in secundo primæ, nullū animal est sub-  
 stantia, & omnis homo est animal: ergo nullus homo est sub-  
 stantia: quæ est cōtrariū maioris. Et ultra sequitur, per legē  
 subalternarum, nullus hō est substātia, ergo qdam homo non  
 est substātia. Quare de primo ad ultimum sequit, nullum aīal  
 est substātia, & omnis homo est aīal: ergo quidam homo nō  
 est substātia, quod est cōtradictoriū maioris. Et ad cognof-  
 cendum in quo modo primæ figuræ syllogizaf oppositum  
 maioris syllogismi tertiæ figuræ: sumaf uocalis cōtradictō-  
 ria conclusionis p. maiore, & uocalis minoris p. minore: & cu-  
 ius modi primæ figuræ illæ fuerint præmissæ, in illo syllogi-  
 zaf cōuersiue. ¶ Sexta regula. Dato syllogismo tertiæ figure  
 oppositum minoris conuersiue syllogizare contingit. Nēpe  
 si syllogismus fuerit uniuersalis, syllogizatur conuersiue &  
 cōtrarium & cōtradictorium minoris. Si uero syllogismus  
 fuerit particularis, syllogizaf solum cōtradictorium. & id qd  
 dem in secunda fit figura, sumēdo maiorem syllogismi dati  
 pro minore syllogismi conuersiui, & cōtradictorium conclu-  
 sionis pro maiore, inferendūq; cōtradictorium minoris. Vt  
 dato syllogismo in primo tertiæ, omnis hō est substātia,  
 & omnis homo est animal, ergo quoddam animal est substan-  
 tia. Cōtrarium minoris eius sic syllogizatur in primo me-  
 do secundæ figuræ, nullum aīal est substātia, & omnis homo  
 est substātia: ergo nullus homo est aīal, quod est cōtrarium  
 minoris. Et ultra sequitur, nullus homo est animal, ergo qui-  
 dam homo non est animal, per legem subalternarum. Quare  
 de primo ad ultimum sequitur, nullum animal est substātia,  
 & omnis homo est substātia: ergo quidam homo non est ani-  
 mal, quod est cōtradictorium minoris. Quod si capiatur uo-  
 calis cōtradictoria cōclusionis syllogismi dati tertiæ figuræ

pro maiore, & uocalis maioris pro minore, habetur præmissæ illius modi secundæ figuræ, in quo contradictoriū minoris syllogismi dati tertiæ figuræ syllogizatur cōuer siue, & ad prōpte cognoscendum in quo modo & cuius figuræ uni ut cuiusque syllogismi oppositum & maioris & minoris syllogizetur: hæc notetur figura.

Modi	op. ma.	op. mio.	Modi	op. ma.	op. mi.
Barbara	bocardo	baroco	Baroco	bocardo	barbara.
Celarent	disamis	festino	Darapti	celarēt	cesare
Darī	ferison	camestr.	Felapto	barbara	camestr.
Ferio	disamis	cesare	Disamis	celarēt	festino
Cesare	darisi	ferio	Datisi	ferio	cesare
Camestres	ferison	darī	Bocardo	barbara	baroco
Festino	disamis	celarent	Ferison	darī	camestr.

¶ Syllogismus per impossibile, est qui ex cōtradictorio ppositiōis datæ cū uno manifeste uero, manifeste falsū cōcludit: ob cuius falsitatē, pmissam falsā inter imimus, & ppositi ueritatē concludimus.

¶ Propositionem per impossibile syllogizare, est eius contradictoriū, syllogismi per impossibile præmissam assumere.

¶ Propositionem ostensiuæ syllogizare, est eam in syllogismo ostensiuo concludere.

¶ Syllogismus ostensiuus, est q̄ ex duobus manifeste ueris, propositum concludit.

¶ Syllogismus p̄ impossibile, p̄supponit unā ppositionē uerā datā quæ sit negata aut dubitata: & ergo, p̄hāda syllogismo p̄ impossibile hoc modo. Sumenda est in primis datæ ppositio manifeste uera, p̄ altera p̄missa: ex quibus inferēda est cōclusio manifeste falsa. Deinde ex falsitate cōclusionis, p̄cedendū est ad falsitatē unius p̄missæ, quæ est cōtradictoria p̄positi.

tionis datæ, ex cuius falsitate demū, pcedendū est ad uerita-  
 tē, ppositi, siue, ppositionis datæ p principiū cōtradictoriorū,  
 ut sit data, ppositio, omnis homo est substātia, uera quidē, sed  
 aut negata aut dubitata. Et sit ista, omnis homo est animal, ma-  
 nifeste uera: & ista, quoddā animal nō est substātia, manifeste  
 falsa: bene sequitur in quinto tertiæ, quidā homo nō est sub-  
 stātia, & omnis homo est animal: ergo quoddā animal nō est  
 substātia. Cōclusio est manifeste falsa ex hypothesi, ergo ali-  
 qua pmissa: at non minor, cū ipsa posita sit esse manifeste  
 uera: ergo maior est falsa: quare sua cōtradictoria, omnis ho-  
 mo est substātia est uera, quod est ppositū. ¶ Vnde syllogis-  
 mus ad impossibile, nō fit sumēdo cōtrariū, ppositionis datæ: 13  
 quia ex falsitate unius cōtrariæ, nō possumus cōcludere ue-  
 ritatē alterius, cū duæ cōtrariæ bene possint simul esse falsæ:  
 neq; sumēdo subcōtrariū: quia ppositionis datæ sumēdū est  
 tale oppositū, quod (si ppositio data est uera) sit falsum, & re-  
 pugnet ppositioni datæ in ueritate, ut ex eo cū uno manife-  
 ste uero inferatur manifeste falsum. Sed si una subcōtraria-  
 rū est uera, nō oportet alterā esse falsam: cōpariūtur em̄ se si-  
 mul in ueritate, ergo ex subcōtrario nō fit syllogism⁹ ad im-  
 possibile: sed solū ex cōtradictorio, ppositionis datæ. ¶ Syl-  
 logizare autē p impossibile, non est datā, ppositionē in syllo-  
 gismo p impossibile cōcludere: sed est eius cōradictoriū fa-  
 cere pmissam syllogismi ad impossibile, & tādē ex eius-  
 dē pmissæ interemptione, ppositionē datā uerā ostēdere.  
 Vnde ppositio quæ syllogizatur p impossibile, bene cōcludi-  
 tur ultimate, & tanq; cōclusio principaliter intenta in syllo-  
 gismo ad impossibile: non tamē ut conclusio minus principa-  
 lis & immediate sequēs ex pmissis syllogismi p impossibi-  
 le. Ad syllogizādum autē per impossibile, notentur quatuor 14  
 regulæ, scđm quatuor ppositionū genera ordinatæ. ¶ Prima 15  
 regula, uniuersalis affirmatiua syllogizatur per impossibile,  
 nō tamē in prima figura. Vt sit data uniuersalis affirmatiua,  
 omnis homo est animal, negata aut dubitata, & sit ppositio,  
 omnis homo est rationalis, manifeste uera: & aliquod ratio-  
 nale non est animal, manifeste falsa: bene sequitur in quinto  
 tertiæ, quidā homo nō est animal, & omnis homo est rationa-  
 lis: ergo quoddā rationale nō est animal. Cōclusio est manifeste  
 falsa p hypothesin: ergo aliqua pmissa: nō autē minor, cum  
 posita sit esse uera, ergo maior est falsa: quare sua cōtradi-  
 ctoria, omnis homo est animal, est uera: quod est ppositū. Quod  
 X in

autē uniuersalis affirmatiua non possit syllogizari p̄ impossibile in prima figura, p̄bat̄ur: quia particularis negatiua eius contradictoria, non potest esse p̄missa in prima figura. Nō eīn potest esse maior: quia maiore particulari in prima figura, nihil sequitur recte: nec potest esse minor, q̄a minore negatiua in prima figura, etiā non sequitur conclusio. ¶ Secunda regula, uniuersalis negatiua in qualibet figura syllogizatur p̄ impossibile, ut sit data, p̄positio, nullus homo est lapis, negata: & p̄positio, omnis lapis est inanimatus, sit manifeste uera, & aliquis homo est inanimatus, manifeste falsa. Bene sequitur in tertio primæ: oīs lapis est inanimatus, & quidā homo est lapis: ergo quidam homo est inanimatus. Cōclusio est manifeste falsa: ergo aliqua p̄missa: non maior, cū posita sit esse uera, ergo minor: quare sua cōtradictoria, nullus homo est lapis est uera: quod est p̄positū. Quod autē id in omni figura fieri possit, patet: quia particularis affirmatiua, uniuersalis negatiue cōtradictoria potest in qualibet figura esse p̄missa: ergo uniuersalis negatiua in qualibet figura syllogizatur ad impossibile. ¶ Tertia regula, particularis affirmatiua, syllogizatur p̄ impossibile in qualibet figura. Sit data p̄positio uera, aliquod aīal est rationale, negata: sit p̄terea, oīs homo est aīal, manifeste uera, & nullus homo est rationalis, manifeste falsa. Bene sequitur in secūdo primæ, nullū aīal est rationale, & oīs homo est aīal: ergo nullus homo est rationalis. Cōclusio est manifeste falsa: ergo aliqua p̄missa, & nō minor, cum posita sit esse uera, ergo maior: quare sua cōtradictoria, aliquod aīal est rationale, est uera: quod est p̄positū. Et id in omni figura fieri posse ex eo cōstat, q̄ eius cōtradictoria uniuersalis negatiua in omni figura potest esse p̄missa. ¶ Quarta regula, particularis negatiua syllogizatur per impossibile in qualibet figura. Sit data p̄positio uera, aliquod aīal nō est rationale, & omnis equus est aīal, sit manifeste uera: oīs saurē equus est rationalis, manifeste falsa: bene sequitur in primo primæ, omne aīal est rationale, & omnis equus est aīal: ergo omnis equus est rationalis. Cōclusio est manifeste falsa, ergo aliqua p̄missarum: & non minor, cū posita sit esse uera, ergo maior: quare sua cōtradictoria aliquod animal nō est rationale, est uera. ¶ Ad cognoscendū autem quoties unumquodq̄ genus propositionum potest in qualibet triū figurarū syllogizari per impossibile, hæc notetur formula: in qua nota unitatis significat propositionem, in cuius limite poni

tur semel tantū syllogizari p impossibile, in ea figura cui sub-  
signatur: nota binarij in trib<sup>9</sup> primis limitibus, eā ppositio-  
ne cui respōdet his p impossibile syllogizari in ea figura, cui  
supponit: nota ternarij, ter, & ita deinceps. In quarto uero li-  
mite positus numerus, collectus ex numeris sui limitis à fini-  
stro in dextrū porrecti, denotat quoties in summa ppositio  
illius limitis p impossibile syllogizatur in tribus figuris.

Propositiones.	prima figu.	sc̄da figu.	tertia figu.	
A	0	1	1	2
E	2	1	3	6
I	2	3	2	7
O	4	3	6	13

Ex hac etiā figura facile deprehenditur quæ propositio faci-  
lius per impossibile syllogizatur, & quæ difficilius. Nempe  
ea syllogizatur facilius, cuius contradictoria in pluribus mo-  
dis præmissa assumi potest. Et illa difficilius, cuius in paucio-  
ribus modis præmissa potest assumi. ¶ Deinde diffinitur qd  
fit ppositionem ostensue syllogizare, cuius sumatur exem-  
plum. Sit ppositio, omne animal est substantia, manifeste ue-  
ra: itidem & ista omnis homo est animal: & sit hæc dubia, om-  
nis homo est substantia: tunc iste syllogismus, omne animal  
est substantia, & omnis homo est animal: ergo omnis homo  
est substantia, est ostensiuus: quia ex duobus manifeste ueris  
ppositum syllogizat. Et propositio, omnis homo est substan-  
tia, syllogizatur ostēsiue, quia in syllogismo ostēsiuo cōclu-  
ditur. ¶ Vnde quæcūq; propositio syllogizatur per impossi-  
bile, etiā syllogizatur ostēsiue, scilicet in syllogismo cōuer-  
suo ad datū syllogismū per impossibile, concludēte contra-  
dictoriū præmissæ falsæ scilicet propositionē datā: ut sit da-  
tus syllogismus per impossibile in quinto tertriæ, quidā ho-  
mo non est animal, & omnis homo est rationalis: ergo quod-  
dā rationale non est animal, per quem ostēditur per impossi-  
bile ista, omnis homo est animal: eadem ostenditur ostensue  
ex eisdem terminis in primo primæ figuræ, sic omne ratio-  
nale est aīal, & omnis homo est rationalis: ergo omnis homo  
est animal. Maior enim est uera, cum eius contradictoria,  
quæ est cōclusio syllogismi per impossibile, fit manifeste fal-  
sa, & minor ex hypothesi manifeste uera, ex quibus sylogi-  
zatur ppositio uera prius incognita, omnis homo est aīal: &



ediuerso, quicq̄ i syllogizatur ostensue, per eosdē terminos syllogizat per impossibile, facto ad syllogismū ostēsiū syllogismo cōuersiū. Sed horū āplior determinatio patet i logica.

¶ Syllogismus ex oppositis, est q̄ ex præmissis adinuicem oppositis extremitatum conclusionem concludit.

¶ Peccatū cōtra syllogismos, est ex syllogismo aut in syllogismo pueniēs vitium.

¶ Petere principiū, est argumētationis vitium nō demonstrans ppositū. Nō syllogizat, ignotius, æque ignotum, posterius.

¶ Petitio principii statim, est qñ idem i p̄pria forma ad seipsum p̄bādū est sumptū.

¶ Petitio principij non statim, est quando alio modo petitur principium.

¶ Nō ppter hoc accidere falsum, est argumētatiōis vitium ex ppositiōe in syllogismo falsum aut impossibile cōcludēte pueniēs: qua apposita aut remota, nihil minus sequitur falsum aut impossibile. Nō cōmunicans, maior, minor, medium.

¶ Fallacia cōtrarię opinionis, est vitium quo argumētationis vi incōuenienter cōtraria opinari contingit.

¶ Syllogismus ex oppositis dicitur, qui p̄cedit ex ppositionibus oppositis scdm ueritatē & quæ nō possunt simul esse ueræ: quare neq̄ ex subcōtrarijs neq̄ subalternis fit, sed solū ex contrarijs & cōtradictorijs. Siquidē hæ simul ueræ esse non possunt, illæ uero possunt. ¶ Et cū ppositiones oppositæ debeat esse eiusdē subiecti & prædicati: in præmissis syllogismi

ex oppositis qđ subijcitur in una, subijcitur & in altera. Et qđ  
 prædicatur in una, etiã prædicatur in altera. Quare in syllo-  
 gismo ex oppositis, solum duo sunt termini re ipsa distincti:  
 ratione tamen tres. Nã terminus q̄ bis in præmissis posit⁹ cō-  
 clusionē nō intrat, est mediū syllogismi ex oppositis. Quod si  
 bis prædicatur, est syllogismus secundæ figuræ: & si bis subij-  
 citur, est syllogismus tertiæ figuræ. Terminus uero, qui poni-  
 tur in maiore, ppositione cum medio, & qui est prædicatū cō-  
 clusionis, ea ratione est maior extremitas. Et idem termin⁹,  
 ut ponitur in minore, ppositione cum medio, & est subiectū  
 cōclusionis, est minor extremitas: q̄re idem terminus re ipsa  
 in quolibet syllogismo ex oppositis est maior extremitas &  
 minor extremitas: ppter diuersas tñ rationes. Is autē, ut ma-  
 ior extremitas, negatur de seipso quatenus minor: quare om-  
 nis cōclusio syllogismi ex oppositis, est negatiua, in qua idem  
 negatur de seipso. Vnde constat quod syllogismus omnis ex  
 oppositis extremitatū cōclusionē cōcludit: hoc est cōclusio-  
 nē ex extremitatib⁹ cōstitutā. ¶ Ad quod clarius intelligendū, 18  
 tres regulæ scđm triū figurarū ordinē notētur. Prima. In  
 prima figura nō fit syllogismus ex oppositis. Nã syllogismi  
 ex oppositis præmissæ sunt oppositæ per diffinitionē. Et in  
 oppositis ppositionibus idem subijcitur & prædicatur, per  
 oppositarum diffinitionem. Atqui in prima figura nō idem  
 subijcitur & prædicatur: imò qđ subijcitur in una, prædicat  
 in alia, utpote mediū: igit. ¶ Secūda. In secundā figura fit syllo-  
 gismus ex oppositis tum uniuersalis, tum particularis. Vni-  
 uersalis quidē, cum eius præmissæ sunt cōtrariæ: ut nullus ho-  
 mo est aīal, & oīs homo est aīal: ergo nullus homo est homo.  
 Particularis uero, quādo præmissæ sunt cōtradictoriæ: ut nul-  
 lus homo est aīal, & aliqs homo est aīal: ergo aliqs homo non  
 est homo. ¶ Tertia regula. In tertia figura fit syllogismus ex  
 oppositis, & uniuersalis & particularis. Vniuersalis quidē: ut  
 nullus homo est aīal, & oīs homo est aīal: ergo aliquod aīal nō  
 est aīal. Particularis uero: ut nullus homo est aīal & aliqs ho-  
 mo est aīal: ergo aliqd aīal nō est aīal. Et utriusq; postrema-  
 rū regularū syllogismi, easdē quidē habēt præmissas, sed di-  
 uersam cōclusionē, nã idem re ipsa termini in syllogismo ex  
 oppositis secundæ & tertiæ figuræ, diuersis fungūtur officijs:  
 quare ex cōclusionē cognoscit syllogismus ex oppositis esse  
 secundæ aut tertiæ figuræ. Nã si in ea ponat terminus qui in  
 præmissis subijcitur: syllogismus est secundæ figuræ. Si uero

terminus qui in præmissarū utraque prædicatur, ponitur in  
 conclusione: syllogismus ex oppositis est tertiæ figuræ. ¶ Et 19  
 quia hoc syllogismi genus est aliud à syllogismis de forma Ari  
 stotelis prius tradita: idcirco nõ oportet ex cõtradiçtorio cõ  
 clusionis, cū altera præmissarū, inferre cõtradiçtoriiū alterius  
 præmissæ. Nā cõclusio in syllogismo cõuersuo esset eadē alte  
 ri præmissarū, qđ rationi syllogismi repugnat: ut dato syllo  
 gismo ex oppositis in quinto tertiæ: aliqđ homo nõ est aīal, &  
 omnis homo est animal: ergo aliquod animal non est animal:  
 sic cõuersue syllogizaretur cõtradiçtoriiū maioris in primo  
 primæ: omne animal est animal, & omnis homo est animal:  
 ergo omnis homo est animal: ubi cõclusio est eadem minori  
 propositioni, & ergo nõ est syllogismus: quare neq; cõuersuus.  
 ¶ Subiungitur determinationi syllogismi ex oppositis diffi  
 nitio peccati cõtra syllogismos, quæ duas complectitur par  
 ticular. Prima. Peccatū contra syllogismos, est uitium pue  
 niens in syllogismo, per quam innuuntur petitio principii, &  
 nõ propter hoc accidere falsum: quæ quidem duouitia in syl  
 logismo contingunt. Secunda. Aut est uitium proueniens ex  
 syllogismo per quā denotatur fallacia contrariæ opinionis,  
 quæ ex syllogismo enascitur. Deinde diffinit petitio princi  
 pii: non quæcunque, sed quæ est uitium contra syllogismum  
 demonstratiuum. Est enim ea, argumentationis scilicet syllo  
 gismi demonstratiui uitium non demonstrans propositum:  
 cum tamen uideatur demonstrare. Petitio autē principii sta  
 tim fit cum cõclusio est eadem toti antecedenti aut eius par  
 ti: ut omnis homo est animal, & omnis homo est animal: er  
 go omnis homo est animal. Similiter, quidam homo est ani  
 mal, & omnis homo est homo: ergo quidā homo est animal.  
 Et quantis utraque consequentia bona sit & formalis, non ta  
 men est syllogismus: quia conclusio nõ est alia ab utraq; præ  
 missarum, quod ad syllogismum requiritur. ¶ Petitio autem 20  
 principii nõ statim, est quando alio modo (quàm idem in p  
 pria forma ad seipsum probandum sumendo) petitur princi  
 piū. Et hæc fit quatuor modis per hæc quatuor uocabula. Non  
 syllogizat, ignotius, æque ignotum, posterius, in litera anno  
 tatis. Primus modus est, quando uidetur esse syllogismus &  
 non est: ut cum sit argumētatio ex puris particularibus, aut  
 ex puris negatiuis. Secundus modus est, quādo assumit præ  
est oratio uerū & falsum significās. Secūda pars est, subiectū de diffinitione accidentiū existit: sumēdo qdem subiectū pro termino absoluto aut minus cōnotante, & accidēs p termino cōnotante, aut magis cōnotante: neq; hic subiectū ad prædicationē referat, sed ad accidēs: nomine accidētis, p priū etiā intelligēdo, q̄ accidentāliter pprie prædicetur de subiecto: ut sanū, est aīal debita humorū & qualitātū, p portione temperatū, ibi animal, subiectū (nā terminus est absolutus) est de diffinitione accidētis sanū, quod est terminus cōnotās. Hæc em̄ est accidentālis prædicatio, animal est sanū. Similiter æqualia sunt quanta: quorū unū nō excedit aliud. ibi quārū subiectū (nā minus cōnotat) est de diffinitione æqualis sui accidētis & magis cōnotātis. hæc em̄ est accidentāria prædicatio, quantū est æquale. Et id se cūdū, in disciplinis nō minus frequēs est q̄ primū. ¶ Modi per se sunt quatuor, qui notātur per quatuor particulas subsequētes. Primus modus. quādo prædicatū est de diffinitione subiecti: ut species, est quod prædicatur de pluribus differētibus numero in quid: aut species, est prædicabile. De cūdus, quādo subiectū est de diffinitione prædicati: ut prædicabile de plurib; specie differētib; in quid, est genus: aut prædicabile est species, animal est sanū, animal est ægrū. Tertius modus per se, est dicibile quod nō prædicatur accidentāliter de aliquo: ut omnia dicibilia prædicamēti substantiæ. Illa em̄ (ut prima substantiæ pprietas docet) non sunt in subiecto. Quartus modus per se, est quando subiectū est causa prædicati: ut q̄ ad quæstionē factam per quare, de prædicato conuenienter respondeatur subiectū: ut lucidū illuminat, calidū calefacit, dialectic⁹ disserit. Si em̄ quærat quare sol illuminat? apte respōdetur: quia est lucidus. Quare ignis calefacit? quia calidus. Modi p accidēs ex opposito sumūtur. ¶ Scdm̄ qd̄ ipm: est quādo termini ppositionū cōstituētes sunt cōuertibiles, ut aīal est sensibile, homo ad uirtutē natus est: & generatim quando, ppria passio aut diffinitio p̄dicat de suo subiecto aut de diffinito. Similiter quādo differētia de specie cū qua conuertitur dicitur. ¶ Demonstratio particularis, est cuius altera assumptæ ppositionū est particularis, scilicet uel maior tantū, ut omnis homo est animal, & omne animal sentit: ergo oīs homo sentit: uel minor tantū, ut omne animal habet tactū, & omnis hō est animal: ergo omnis homo habet tactū. Hæc em̄ p̄positio: oīs homo est aīal, in utraq; particularis est: quia nō est secundū quod ipsum. Vel maior & minor simul, ut omne

animal nutritur, & omnis homo est animal: ergo omnis homo nutritur. Ibi maior est particularis, nā nō quicquid nutritur est animal, & etiā minor: nā nō omne animal est homo. Propositio autē particularis nō secundū quantitatem, sed prædicationem, est quæ scdm q̄ ipsum nō est: hoc est quæ nō cōponitur ex extremis cōuertibilibus, quis sit de omni & de per se, ut omnis homo est substantia, & quodcumq; magis cōmune de minus cōmuni dicitur uel prædicatur: ut numerus par, est numerus. ¶ Demonstratio, ppter quid, est quæ causam primā, hoc est cōuertibile sumit mediū ad demonstrandū effectū. Causa autem cōuertibilis est quæ uniuersaliter de subiecto prædicatur, & ecōtra: ut esse lucidū, est causa cōuertibilis & prima illuminationis: nā omne lucidū illuminat, & quicquid illuminat est lucidū. Quare hic est demonstratio, ppter quid: omne lucidū illuminat, & sol est lucidus: ergo sol illuminat. Similiter habere pulmonem, est causa prima siue p̄p̄inqua respirationis: nā quicquid habet pulmonem respirat, & quicquid respirat habet pulmonem: hæc igitur est demonstratio ppter quid, quicquid habet pulmonem respirat, & homo habet pulmonem: ergo homo respirat. ¶ Et demonstratio ppter quid, est quadruplex scdm quatuor causarū genera. Aliqua em̄ procedit per materiā: ut quicquid ex materia cōponitur est corruptibile, & omnis res naturalis ex materia cōponitur: ergo omnis res naturalis est corruptibile. Aliqua per formā, ut omne corpus animatū sensibile est animal, & homo est corpus animatū sensibile, ergo homo est animal. Nam diffinitio est causa prima sui diffiniti: quare cum aliquid de diffinito per diffinitionem mōstratur, ea est demonstratio ppter quid. Aliqua demonstratio ppter quid procedit per causam efficientē, ut in exēplis superius positis. Aliqua uero p̄ causam finalem, ut quicquid natū est ad felicitatem, est uirtutis & disciplinæ capax, at oīs homo ad felicitatem natus est: igitur omnis homo est uirtutis & disciplinæ capax. ¶ Demonstratio quia est, est demonstratio quæ causam remotā & nō cōuertibile p̄ medio assumit ad demonstrandū effectū: aut q̄ effectū, p̄ medio sumit ad demonstrandū causam. Causa quidē nō cōuertibilis, est q̄ nō cōuertitur cū effectū, sed aut magis cōis est aut minus cōis, ut esse animal, est causa remota quare quid nutritur, nam non quicquid nutritur est animal. hæc igitur est demonstratio quia: omne animal nutritur, & oīs homo est animal: ergo oīs homo nutritur. Similiter substantia, est causa remota nutritionis, cū nō oīs substantia nutritur:

quare hic est demonstratio quia, quicquid nutritur est substantia,  
 & caliditas non est substantia: ergo caliditas non nutritur. ¶ Et  
 demonstratio quia, per causam procedens remotam, est quadruplex: quaedam per causam materiale, ut, propositio uniuersalis habet  
 subiectum & predicatum & copulam tanquam principales partes  
 sui, ergo, propositio uniuersalis est propositio categorica. Per  
 causam formalem, ut homo habet animam rationale: ergo homo  
 est animal. Per causam efficientem, ut superiora ostendunt exem-  
 pla. Per causam finalem, ut arbor nata est suscipere nutrimentum:  
 ergo habet radicem. Est enim suscipere nutrimentum causa radice,  
 sed non conuertibilis: nam non quicquid suscipit nutrimentum, ha-  
 bet radicem. Demonstratio autem quia, procedens per effectum est du-  
 plex. Aliqua enim procedit per effectum primum & conuertibilem,  
 ut sol illuminat: ergo sol est lucidus. Effectus conuertibilis est  
 quod de sua causa uniuersaliter uerificat & e contra. Et illa est qua-  
 druplex. nam aliquid est per effectum materiae, alia per effectum for-  
 mae, alia per effectum efficientis, alia per effectum finis. Omnium  
 exempla, commutatis demonstrationibus, propter quid in demō-  
 strationes quia, facile patent. Alia est quae procedit per effectum  
 remotum & non conuertibilem, quod scilicet de sua causa uniuersaliter  
 non uerificat, ut homo nutritur, ergo est substantia: homo  
 uidet, ergo est animal. Et illa etiam est quadruplex secundum quatuor  
 effectuum genera. Exempla autem conuersis demonstrationibus  
 quia, per causam procedentibus remotam, facile patent.

¶ Demonstratio affirmatiua, est quae con-  
 clusionem concludit affirmatiuam.

¶ Negatiua uero, quae concludit negatiuam.

¶ Demonstratio ostensiuua, est quae ex duobus ma-  
 nifeste ueris, propositum demonstrat. Demō-  
 stratio ostensiuua, demonstratio assertoria.

¶ Demonstratio ad impossibile, est syllogis-  
 mus ad impossibile, aut quae ad principium,  
 aut alicuius ex principio cogniti opposi-  
 tum perducit.

¶ Demonstratio ad impossibile, demonstratio

ducens ad incommodum, demonstratio ad inconueniens.

- ¶ Demonstratio immediata, est quæ ex immediatis constituitur propositionibus, Propositiones immediatæ, principia.
- ¶ Demonstratio mediata, est cuius altera assumptarum propositionum est ex principio cognita. Propositiones mediatæ, ex principio cognoscibilia.
- ¶ Demonstratio primæ figuræ, est quæ in prima fit figura. Secundæ quæ in secunda. Tertiæ uero quæ in tertia.
- ¶ Demonstratio scientiæ subalternatis, est demonstratio in scientia subalternate facta.
- ¶ Demonstratio scientiæ subalternatæ, est quæ in scientia fit subalternata.
- ¶ Scientia, est habitus conclusionis per demonstrationem acquisitus.
- ¶ Scientia subalternans, est quæ alteri scientiæ suæ mutuatur principia, aut ea quæ ex principijs sunt cognita.
- ¶ Scientia subalternata, est quæ alterius scientiæ mutuatur principijs, aut ijs quæ ex ipsis cognita sunt utitur. Scientia subalternans, totum. Scientia subalternata, pars.
- ¶ Demonstratio affirmatiua, à conclusione quæ infert dicitur, ut quicquid uirtutis & disciplinæ est susceptiuum, est ad felicitatem natum, at omnis homo uirtutis & disciplinæ est susceptiuus: igitur est ad felicitatem natus. Negatiua in idem demonstratio à sua con-

clusione dicitur, ut quicquid ratione caret non est discipline sus-  
 ceptiuum, at omne brutum ratione caret: nullum igitur brutum est di-  
 scipline susceptiuum. ¶ Demonstratio autem ostenditur sua dicitur, quæ  
 aliquid ex manifeste ueris ostendit & asserit. Ut sit ista mani-  
 feste uera, quicquid habet animam sensitiuam sentit: & etiam ista,  
 omne animal habet animam sensitiuam, hæc demonstratio, quicquid  
 habet animam sensitiuam sentit, & omne animal habet animam sensiti-  
 uam: ergo omne animal sentit: est ostenditur sua: quia ex duobus mani-  
 feste ueris, oppositum demonstrat. ¶ Demonstratio ad impossibili-  
 le, est quæ contradictorium eius quod uult ostendere assumit cum  
 altera premissa manifeste uera, & concludit aut oppositum princi-  
 pium, aut alicuius ex principio cogniti & manifeste quidem ueri.  
 Ex cuius conclusionis manifesta falsitate fit regressus ad in-  
 termedium premissam falsam & ueritatem, oppositi concludendam,  
 ut posita predicta hypothesis sit ista negata, omne animal sentit.  
 Bene sequitur in quarto secunda, quicquid habet animam sensitiuam  
 sentit, & aliquod animal non sentit: ergo aliquod animal non habet ani-  
 mam sensitiuam. Conclusio est manifeste falsa, cum eius contra-  
 dictoria sit posita uera: ergo aliqua premissa: non maior per hypo-  
 thesin, ergo minor: quare eius contradictoria omne animal sentit  
 est uera: quod est, oppositum. Et uocatur ducens ad incommodum, si-  
 ue demonstratio ducens ad inconueniens: quia producit ad oppositum  
 principium, aut cogniti ex principio manifeste falsi. ¶ Demon-  
 stratio immediata, est quæ solum assumit principia: ut ea qua de-  
 monstratur uniuersale affirmatiuum de necessitate conuerti in  
 particulare affirmatiuum, & primæ propositiones in disciplinis:  
 ad quas prebidas sola adducitur principia. Dicuntur autem prin-  
 cipia, propositiones immediate: quia non habent medium quo de-  
 monstrari possint: cum ipsis nullæ sint alia priores neque notio-  
 res. Et ex principio cognita siue cognoscibilia, propositiones  
 mediate, quia habent quo demonstratur medium. ¶ Demonstratio  
 uero mediata, est quæ assumit ex principio cognita, aut unum  
 aut plura: ut ea qua demonstratur uniuersale negatiuum conuer-  
 ti in particulare negatiuum. Assumit enim superius positam, propo-  
 sitionem: & hæc, si ad antecedens sequitur consequens, ad oppositum  
 consequens sequitur oppositum antecedens: quæ ambo sunt ex  
 primo cognita. ¶ Demonstrationis primæ figuræ sumat ex-  
 emplum, ut omne animal sentit, at cõcha est animal: ergo cõcha sentit.  
 ¶ Secundæ figuræ, ut omne animal sentit, & nulla plãta sentit: er-  
 go nulla plãta est animal. ¶ Tertie figuræ, ut omne animal sentit,  
 & omne animal est corpus animatum: igitur corpus animatum sen-

tit. ¶ **D**emōstratio sciētīe subalternātis ab ea in qua fit sciētia nomē accipit, ut demōstratio geometriæ ad demōstrationes astronomiæ, & arithmeticiæ ad musicas. Est em̄ geometria sciētia subalternans, astronomia sibi subalternata: sic arithmetica subalternās & musica subalternata. Cōtrā, demōstrationes astronomiciæ & musiciæ q̄ depēdēt ex arithmeticiæ & geometria, sunt subalternatæ. Nā geometria, astronomiæ sua mutuatur p̄cipia, aut ex p̄cipio cognita, scilicet p̄positionēs in ea demōstratas. Astronomia uero, utiq̄ geometriæ p̄cipiis aut p̄positionib⁹ ad suas demōstrationes. Sic arithmetica, musiciæ sua cōcedit & p̄cipia & cōclusionēs: quibus musica ad suas demōstrationes utit. Sic sciētia de syllogismo ad eā q̄ est de demōstratione. ¶ Sciētia subalternās, dicitur totū, & sciētia subalternata pars: quia gen⁹ subiectū (q̄ subiectū attributionis uocāt) sciētīe subalternātis est totū, & genus subiectū sciētīe subalternatæ, sua pars. Triplex autē est totū, scilicet uniuersale, in modo, & integrale. Aliqua quidē sciētia subalternās est totius uniuersalis: & subalternata partē subiectiue, ut sciētia rerū naturalium est subalternās sciētīe de animalibus: & illa, sciētīe de hoīe. Aliqua uero sciētia subalternās, est totū in modo & ei subalternata partē in modo, ut sciētia de magnitudinē, sciētīe de magnitudinē circulari: & sciētia de nūero, sciētīe de nūero harmonico. Deniq̄ aliq̄ subalternās est totū integrale & ei subalternata partē integralis: ut sciētia anatomiciæ de hoīe, est subalternās sciētīe anatomiciæ de oculis hūanis. Sciētia autē si simplex est, est unū cōclusionis: si uero totalis, est illarū cōclusionū q̄ sufficiūt ad cōplēmentū sciētīe, ut cōclusionū Euclidis in geometria, Iordani in arithmetica, & Aristotelis in logica. Authores autē pot⁹ sumūt sciētiā p̄ scientia totali q̄ est habitus totalis & oīm cōclusionū alius cuius disciplinæ acquisitus p̄ demōstrationē, uel demōstrationes. Est em̄ demōstrationis p̄prium, facere scire.

¶ **P**riNCIPia, sūt q̄ p̄ se ipsa, & nō p̄ alia fidem habent. Alia, alia p̄cipia.

¶ **P**riNCIPia cōia, sunt diuersis sciētīis accommodabilia p̄cipia. Propria uero, quæ uni disciplinæ, aut eius partium uni sunt accommodabilia.

¶ Dignitates, sūt p̄cipia q̄ unusquisq; p̄bat audita: & eedē sunt quas quēlibet docēdū natura habere necesse est. Eas natura habere, est eis earū cognitis terminis itellectū naturalī lumīe assentire. Dignitates, maximæ p̄positiōes, cōes cōceptiōnes, cōmunes sciētīæ, proloquia. In disciplinis secundum materiam subiectam intellectæ: propriæ sunt.

¶ Positiones, sunt p̄cipia quę cū demonstrari nō possint, nō necesse est tamen ea discentem natura habere.

¶ Suppositiōes, sūt positiones esse, aut non esse significātes. Ea significāt esse, q̄ sunt p̄positiones affirmatiuæ: non esse uero, q̄ sunt negatiuę. Diffinitiones, sunt positiones sine esse, aut non esse quid sit res importantes. Diffinitio, diffinitio secundum speciem facta.

¶ Petitiones, sunt positiones quæ maximæ ponendis aptantur hypothesis.

¶ Suppositiones assumptæ, sunt quę demonstrationis assumuntur p̄missæ.

¶ Principia hic sciētīæ scđm materiā subiectā diffiniūtur: 13  
q̄ habēt fidē id est credulitatē siue assensum firmissimū: nihil enim debem⁹ credere uerius principijs, & nihil falsi⁹ oppositis eorū: nō p̄ alia principia. Vñ enim principij, nō p̄batur neque demonstratur p̄ aliud (sicut neq; unū lumen p̄ aliud lumen uidetur) sed p̄ seipsa: sicut seipso lumē uidetur & lux. Nō enim (dicit Philosophus) de principijs quærimus p̄pter quid, sed



vniuscuiusq; eorum per se fidem esse oportet. Et quis principia  
 obscuriora inductione aut aliqua persuasione dialectica pbē-  
 tur, nō tñ demonstrātur: sunt em̄ principia (dicit Philosoph<sup>9</sup>)  
 quæ cum vera sunt, ea demonstrare nō cōtingit. ¶ Principia cō-  
 munita, sunt quæ diuersis sciētis applicātur: ut quæcunq; sunt  
 uni & eidem æqualia, inter se sunt æqualia, applicantur toti  
 quadriuo. Et hoc, Cōtrariū à suo cōtrario corrūpi natū est:  
 applicat philosophiæ naturali, morali, & medicinæ. Et prin-  
 cipia dialectica: ut quicqd prædicat de diffinitioe, & de diffi-  
 nito: quæ omni sciētiae applicātur. ¶ Principia ppria sunt, quæ  
 uni tantū sciētiae aut eius partiū uni applicātur: ut necesse est  
 cōtradictoriarū unā verā & alterā falsam esse, de cōtradictō-  
 rijs, ppositionib<sup>9</sup> toti logicæ applicatur. & istud de terminis  
 cōtradictorijs, de quolibet est affirmatio uel negatio vera, de  
 nullo uero simul, applicat toti logicæ. Exēplū de ijs quæ ap-  
 plicātur uni partiū disciplinæ: ut si nihil est fumere subiecti  
 de quo nō dicat prædicatū: de quocunq; dicit subiectū, de eodē  
 dicit prædicatū: applicat solū libro priorū & similiter princi-  
 piū de nullo. ¶ Dignitates, duabus in textu diffinitionib<sup>9</sup> dif-  
 finiuntur. ¶ Prima, dignitates, sunt ppositiones quas unusq; q;  
 pbat auditas, id est quas earum cognitis terminis, unusquisq;  
 ueras esse asserit: ut quicqd est maius maiore est maius mino-  
 re, quicqd est maius uno æqualiū: & altero. ¶ Secūda, dignita-  
 tes, sunt quas quēlibet docendū natura habere necesse est, id  
 assentit, & nō potest dissentire: quia quāuis ore negentur, mē-  
 te tñ negari nō possunt: ut omne totū est maius sua parte. Im-  
 possibile est infinitū finito claudi: finita finities sumpta, semp  
 reddūt finita. Si finitū à finito auferat: restitū est finitū. ¶ Po-  
 sitiones sunt principia, quæ demonstrari nō possūt, & q̄ nō est ne-  
 cesse quēlibet docendū habere: hoc est quibus nō oportet intel-  
 lectū naturali lumine statim assentire: pbātur em̄ inductione  
 aut alia p̄batione dialectica: ut quilibet numerus totus est ab  
 unitate, quota pars ipsius est unitas, sic declarat. unitas est se-  
 cūda pars binarij q̄ est secūda ab unitate. Vnitas item, tertia  
 est pars ternarij, qui est terti<sup>9</sup> ab unitate: & q̄rta quaternarij,  
 q̄ est quart<sup>9</sup> ab unitate: igit. Si iter si unitas in aliquē numerū  
 ducat, aut idem i unitatē: seipsum p̄ducit. ¶ Vnde dignitates  
 maiori & clarissimo lumini cōparātur. positiones uero mino-  
 ri apparēt, solū illis qui acutiores habent oculos, & latēri eos  
 q̄ habēt oculos obtusiores. Et si q̄ prio aliquid nō uidēt si at tene

dant diligētius, tandē percipiūt: ita positiones primo nō appa-  
 rēt debili intellectui, sed adhibēti conatū diligentiorē, tan-  
 dē apparēt, ut ergo nulli eas possunt intelligere, nisi se prebēāt  
 credulos docēti. ¶ **S**uppositiones, sunt positiones esse aut non  
 esse significātes: id est positiones affirmatiuę aut negatiuę: ut  
 esse ppositionē affirmatiuā, & nō esse negatiuā hic significet:  
 ut punctus est, linea est, superficies est, corpus est. ¶ **D**iffinitio-  
 nes autē, sunt positiones nō significātes esse aut nō esse, id est  
 quę nō sunt ppositiones affirmatiuę, aut negatiuę: ut lineę  
 extremū cuius pars nō est, est diffinitio puncti: lōgitudō sine  
 latitudine & pfunditate diffinitio lineę: & ita de alijs diffini-  
 tionibus disciplinarū secundū speciē datis. ¶ **S**ub quibus & di-  
 uisiones comprehenduntur, si sine esse & nō esse enūntentur: ut  
 quinq; esse prædicabilia: decem esse prædicamēta. Si uero cū  
 esse aut nō esse, ad suppositiōes reducunt: ut prædicabiliū hoc  
 genus est, illud species, id uero differētia, hoc p priū, hoc acci-  
 dēs. ¶ **P**etitiones, sunt suppositiones q̄ ponēdis aptatur hypo-  
 thesibus, ut data sit, ppositio, omē a est b, peto dari eius cōtra-  
 dictoriā, quoddā a nō est b, per petitionē logicā, qua petimus  
 cuilibet ppositioni dari cōtradictoriā: sic petimus cuilibet  
 ppositioni uniuersali dari cōtrariā: & particulari subcōtra-  
 riā. Et ipsę petitiones nō assumūtur præmissę demonstratio-  
 nū, sed ualent ad ponēdū hypothesin in demonstratiōe: ne qd  
 in disciplinis ponatur absurdū aut eorū principijs repugnās.  
 Suppositiōes assumptę, sunt suppositiōes quę demonstratio-  
 nū assumuntur præmissę, ut ad demonstrandū q̄ omnis demon-  
 stratio est ex ueris, assumitur q̄ falsum nō scitur, & uerū non  
 scitur nisi ex ueris, ergo illa duo principia sunt suppositiōes  
 assumptę, & ita in cæteris disciplinis perquirendo.

¶ **Q**uæstio scibilis, est quę principiū aut  
 id quo quæsitiū demonstratiōe cognosci  
 possit, interrogat.

¶ **Q**uæstio si est, ea scibilis quæstio est, qua  
 an res sint aut esse natę sint, quærimus.

¶ **Q**uæstio qd est, est scibilis quæstio qua  
 diffinitio aut p̄dicatū essentiale de aliquo  
 quæritur. Diffinitio secundū speciē facta,

diffinitio secundum materiam facta.

¶ Diffinitio secundum speciem facta, est quæ mediū quo de diffinito demonstrari possit, non habet. Diffinitio secundum materiam facta, est quæ id habet medium.

¶ Quæstio quia est, est scibilis quæstio qua de aliquo quantum, quale aut aliarum proprietatum aliquam quærimus, mediumque posterius requirens.

¶ Quæstio propter quod, est scibilis quæstio qua ex quod, per quod, à quod, aut gratia cuius de aliquo quæritur. & hæc quæstionum reliquarum ambit.

¶ Quæstio scibilis, est que principium aut demonstrationis conclusio interrogat: & est duplex: quædam est intellectus, & est que fit de principio: ut utrum punctus est, quod punctus est, utrum punctus est indivisibilis. Per tres ibi quæstiones interrogata sunt principia: non autem per quartam. non enim (dicit Philosophus) de principijs quæritur, propter quod: sed uniuscuiusque eorum per se fidem esse oportet. & hæc innuit per primam partem diffinitionis. Alia quæstio scibilis, est scientie que fit de conclusionibus scientiarum, & illa est quæstio mediæ: quia quærit mediū quo, propositio quæ sita potest demonstrari: ut utrum vacuum est, quod demonstratio, & respondetur, est quæ procedit ex primis ueris & immediatis, quæ est diffinitio data secundum materiam. Utrum aliquid mouetur in uacuo, quare duæ contrariæ non possunt simul esse ueræ. Et hæc tangitur per secundam partem diffinitionis. ¶ Quæstio si est, est quæstio qua an res esse natae sint necne, quærimus. & fit semper per propositiones de secundo adiacente. Interdum autem per eam petitur principium: ut utrum punctus est? respondetur affirmative quod sic: & est principium. Utrum penetratio dimensionum est? respondetur categorice quod non, & est etiam principium. Aliquæ uero per eam petitur ex principio cognitum: ut utrum uidentia est? respondetur quod sic, & demonstratur: utrum uacuum est? respondetur quod non, & demonstratur ex principio. ¶ Quæstio quod est, est quæ quærit diffinitionem aut prædicatum essentiale. Diffinitionem quidem aut datam secundum speciem:

ut quid triāgulus æquilaterus respōdetur, est qui habet tria  
 latera æqualia: & illa est principii: aut datā scđm materiā: ut  
 quid triāgulus æquilaterus: est qui habet tres angulos æqua-  
 les: & id demōstratiōe cognoscit ex principio: exēplū de præ-  
 dicato essentiali: ut cū inferius quæritur, & superius respōde-  
 tur: ut utrū fungi sunt herbæ: utrū spōgiæ sunt aialia: utrū  
 uirtus moralis sit naturalis potētia, uel habitus? & ita de alijs.  
 ¶ Diffinitio data scđm speciem, est principii: quia non habet  
 mediū quo demōstratur: ut quid demōstratio est faciēs scire  
 argumētatio. ¶ Diffinitio autē data scđm materiā, est ex pri-  
 cipio cognitū, cū mediū quo demōstratur habeat: ut quid de-  
 mōstratio est quæ pcedit ex primis ueris & immediatis, que 19  
 à Philoſopho sigillatim demōstratur. ¶ Ita diuisionū quæ dā  
 datur scđm speciē, & illa est principii: ut syllogismorū qui-  
 dā est primæ figuræ, quidā secundæ, & quidā tertiæ. Alia uero  
 scđm materiā: ut quæ ex demōstratione facta colligit: & illa  
 cognoscitur ex principio: ut syllogismorū primæ figuræ, qui-  
 dā est uniuersalis affirmatiuus, quidam uniuersalis negatiuus,  
 quidā particularis affirmatiuus, quidā uero particularis ne-  
 gatiuus. Item triangulorū quidā tres habet angulos æquales,  
 quidā duos æquales, quidā autē omnes inæquales. ¶ Quæstio  
 quia est, est qua de aliquo, quantū, quale aut aliarū proprietatū  
 aliquam, hoc est aliorū prædicamentorū accidentalium ali-  
 quam, ut ad aliquid actionis aut passionis quærimus: & ista  
 aliquando quærit principii: ut utrū unitas sit indiuisibilis?  
 utrū unitas sit principii numeri? utrū omnis numerus est  
 par aut impar? aliquādo ex principio cognitū: ut utrū duæ  
 contrariæ possunt simul esse ueræ? Utrū si uniuersalis sit ue-  
 ra, suam particularem esse ueram necesse sit? Utrū apes odo-  
 rant? ¶ Et requirit medium posterius, id est effectum, qui na- 20  
 tura posterior est causa: quia in hoc genere quæstionis sub-  
 seruiēntis demonstrationi quia, procedimus frequentius ab  
 effectu ad causam. Vt si quærat, utrū uirtulus marinus ha-  
 bet pulmonem? & respondetur quod sic: quia respirat. Re-  
 spirare, medium est demonstrationis per quod quæsitum de-  
 monstratur: & posterius, quia importat effectum. Similiter  
 si quis quærat utrū luna deficit à lumine, & respondetur  
 sic: quia opacum lunæ obiectum, non causat umbram. Ibi  
 respondetur effectus, qui medium est quo quæsitū demōstra-  
 tione quia procedente per effectum demonstratur, & ergo  
 posterius est. ¶ Quæstio propter quid, quærit de omni gene- 21

re causę: ut particule quatuor in eius diffinitione posite satis in-  
dicat. Et ergo diuidit in quęstionē, propter quid causę materia-  
lis, formalis, efficiētis, & finalis. Quęstio, propter quid causę  
materialis, est quę ex quod aliquid fit quęritur. ut quęre homo est corruptibilis?  
Respondet quia est compositus ex materia subiecta generatio-  
ni & corruptioni. Nō em̄ solū quęritur quod sumit cū signo quęstio-  
nis: sed etiā illud quod, propositio quę sita demonstrari possit, siue quod  
respondet. Modo in predicta quęstione respondet materia. Quęstio  
propter quid causę formalis, est quę propter quid aliquid fit quęrimus: ut  
quęre plāta est corpus animatū? Respondet quia habet animā. &  
quādo respondet diffinitio de diffinito. Nā diffinitio ad cau-  
sam formalem reducit: ut quęre homo est animal? quia est corpus a-  
nimatū sensibile. Quęstio, propter quid causę efficiētis, est quę  
de alio a quo fit quęritur. ut, propter quid plāta augetur? quia habet  
animā uegetatiuā. Propter quid cōchę sentiūt? quia habent  
animā sensitiuā. Quęstio, propter quid causę finalis, est quę de a-  
liquo gratia cuius est, quęritur. ut, propter quid ignis mouet sursum?  
ut in suo loco naturali cōseruet. Propter quid homo potest  
est in isto mūdo? ut sit quod in hoc mūdo deū cognoscat, ueneret  
& amet: sicut in superiori mundo: uel ut se & oīa sui gratia fa-  
sta in suū authorē cōuertat. ¶ Et hęc quęstionum reliquę ambit:  
hoc est quęritur causam eorū quę alijs quęstionibus cognita sunt. Vt cū  
quęstione si est, quę sitū fuerit, si est uacuum: & respōsum quod nō. Vte-  
rius quęritur, propter quid nō est uacuum, Et cū quę sitū fuerit quid de-  
monstratio: & data respōsio quod est ex primis ueris: ulterius quęri-  
tur, propter quid demonstratio est ex primis ueris. Et cum quę sitū  
fuerit, utrum cōclusio demonstrationis sit necessaria: & respō-  
sio facta quod sic, ulterius quęritur, propter quid cōclusio demon-  
strationis est necessaria. Et hoc intelligit quādo cęterę quęstio-  
nes quęritur aliquid ex principio cognitū: & nō quādo quęritur prin-  
cipium. Nā de principijs non quęrimus, propter quid: cum pri-  
cipia sint primę causę, & earum amplius non sint causę.

### ¶ Ars locorum.

¶ Locus	Maxima
Intrinsicus	Differētia maximę
Extrinsicus	¶ Locus maxima
Medius	A substantia
¶ Locus intrinsicus	A concomitantib⁹

Substantiam	ficientis
¶ Locus a substātia	A causa finali
A diffinitione	Ab effectu causę fi
A diffinito	nalis
A descriptione	A generatione
A descripto	A genito
Ab interpretatiōe	A corruptione
Ab interpretato	A corrupto
¶ A concomitātibus	Ab vsu
substantiam	Ab vsitato
A toto in quātitate	A communiter ac-
A parte ī quātitate	cidentibus
A toto vniuersali	¶ Locus extrinsecus
A parte totius vni	Maxima
uersalis	Differētia maximæ
A toto in modo	¶ Locus maxima
A parte toti <sup>9</sup> ī mō	Ab oppositis
A toto integrali	A repugnantibus
A parte totius inte	A maiore
gralis	A minore
A causa materiali	A simili
Ab effectu causę	Ab autoritate
materialis	A transumptione
A causa formali	A transmutata pro-
Ab effectu causę	portione
formalis	¶ Ab oppositis
A causa efficiente	Relatiue
Ab effectu causę ef	Priuatue

Contrarie	uocata
Contradictorie	¶ A Equiuoci
¶ Locus medius	A casu
Maxima	A consilio
Differētia maxime	¶ Vniuoci
¶ Locus maxima, me- dius	generis ī suas species
A coniugatis	Generis in suas dif- ferentias
A casibus	Speciei ī sua īdiuidua
A diuisione	Totius in modo in suas partes
¶ A diuisione	Subiecti ī accidētia
A Equoci in sua æq- uocata	Accidētis ī subiecta
Vniuoci in sua vni	Accidētis ī accidētia
Diffi, def, inter, totum, pars, causa, sit intra.	
4 Gignit, corrupēs, vsus, cōmuniter herēs.	
Oppositū sequit: maior, minor, assimilatio.	
Author transūpta, pportio, sit locus extra.	
Sunt mediū, coniu, casus, diuisione, nec plus.	
¶ Primū huiusce artis est locus dialecticus: q̄ primo diuidit in intrinsecū, extrinsecū, & mediū. Intrinsicus aut̄ in locū in- trinsicū maximā: & locū intrinsicū differētia maximā. In- sup locus intrinsicus maxima, in locū à substantia & in locū à cōcomitatibus substantiā. Preterea locus à substantia, in sex spe- cies sequētes: locus uero à cōcomitatibus substantiā in uiginti tres species serie nominatas: inter quas nō enumerat locus à toto in loco, & à toto in tēpore: q̄a cōtinent sub loco à toto in quātitate. Et locus à parte in loco, & à parte in tēpore, sub lo- co à partibus in quātitate: locus aut̄ intrinsicus differētia ma- ximā, cōsimilis diuidit sicut locus intrinsicus maxima. Lo- cus extrinsecus, diuidit in locū extrinsecū maximā, & locū extrinsecū differētia maxime. Locus extrinsecus maxima,	

in octo species subiūctas: q̄rū prima locus ab oppositis in qua  
 tuor species subdividit sc̄dm̄ q̄tuor dicibiliū oppositoꝝ ge  
 nera: p̄ analogiā diuidit locus extrinsecus differentia maxi  
 mæ. Demū locus medius, diuidit in locū mediū maximā &  
 differētiā maximā: locus medius maxima, in tres species di  
 uidit: q̄rū ultima scilicet locus à diuisione ulterius sc̄dm̄ diu  
 sionis partitionē in arre diuisionū positā, diuidit in locū à di  
 uisione æquoci in sua æquocata, & uniuoci in sua uniuocata.  
 Rursum locus à diuisione æquoci, diuidit in locū à diuisione  
 æquoci à casu & à cōsilio: deniq; locus à diuisione uniuoci in  
 septē species ordine dispositas in q̄s diuisio uniuoci superius  
 distributa est. Versus aut subnectunt p̄ memoria totius diui  
 sionis huius formulæ facilius habēda. ¶ **Diffi:** locus à diffini  
 tiōe & diffinito. **des:** loc<sup>o</sup> à descriptiōe & descripto. **Inf:** loc<sup>o</sup>  
 ab interpretatione & interpretato. **Totū,** loc<sup>o</sup> à toto scilicet in qua  
 titate uniuersali, in mō, integrali. **Pars:** locus à parte, scilicet  
 totius in qua titate, totius uniuersalis, totius in mō, totius inte  
 gralis. **Causa:** locus à causa materiali, formali, efficiēte, finali  
 sub q̄ cōtinetur locus ab effectu causę materialis, formalis, effi  
 ciētis & finalis. **Sit intra:** est locus intrinsecus unā cū his locis  
 q̄ sc̄do carmine designānt scilicet, **Genit:** loc<sup>o</sup> à generatiōe &  
 genito. **Corrūpēs** loc<sup>o</sup> à corruptiōe & corrupto. **Vfus:** locus  
 ab usu & usitato. **Cōmunif hērēs:** loc<sup>o</sup> à cōmunif accidētib<sup>o</sup>.  
**Oppositum** sequitur: locus ab oppositis relatiue, priuatiue, con  
 trarie, contradictorie. sub quo continetur locus à repugnā  
 tib<sup>o</sup>. **Maior:** locus à maiori. **Minor** locus à minori. **Assimilat<sup>o</sup>**  
**q̄:** locus à simili. **Author:** locus ab authoritate. **Transumpta**  
 locus à transumptione. **Proportio:** locus à transmutata pro  
 portione. **Sit extra:** est locus extrinsecus. **Sunt medij:**  
 loci medij. **Coniu:** locus à coniugatis. **Casus:** locus à casib<sup>o</sup>.  
**Diuisio:** locus à diuisione cum suis membris. **Nec plus:** non  
 sunt plures loci dialectici quā in qui modo numerati sunt.

**L**ocus, est sedes argumenti. Sedes argu  
 menti, est regula argumentationē cō  
 firmans, aut argumentationis nomē a ter  
 mino inferente & termino illato sumptū  
 ¶ **Argumentatio,** est cōsequentiā bona, cu  
 ius antecedens probat consequens.



- ¶ Antecedens probat consequens, quando ipsum notius est consequente.
- ¶ Terminus inferens est terminus in antecedente & non in consequente positus. Terminus illatus, est terminus in consequente & non in antecedente positus.
- ¶ Locus maxima, est regula, argumentationis confirmatiua.
- ¶ Locus differentia maximæ, est argumentationis nomen a termino inferente & termino illato sumptum.
- ¶ Locus intrinsecus, est quando terminus inferens & terminus illatus de se inuicem verificantur: aut vnum, partem aut causam alterius significat.
- 5 ¶ Quando terminus inferens & terminus illatus nullo modo conueniunt, faciunt locum extrinsecum.
- ¶ Quando terminus inferens, & terminus illatus partim conueniunt & partim differunt, faciunt locum medium.
- 2 ¶ Cū quid in diffinitione obscurū ponitur (inquit Philosophus in Topicis) illud explicandū est quousq; totū sit clarum. At in diffinitione loci ponit nomē obscurū, sedes argumenti: recte ergo explicat qd est regula argumentationē confirmās, ppter locū maximā, ut quicqd uerificat de diffinitione, uerificatur de diffinito, confirmat hanc argumentationē & similes; aīal rationale habet intellectū: ergo hō habet intellectū: aut argumentationis nomē a termino inferente & termino illato sumptū, ut p̄dictē argumentationis nomen, est locus a diffinitione ad diffinitū, sumptū a termino inferente scilicet aīal ra

tionale q̄ est diffinitio: & termino illato. s. homo, q̄ est diffini-  
 tiō. Et hæc particula ponitur, ppter locū differentiā maximē.  
 Clariori ergo diffinitioe posset loc⁹ sic diffiniri. Loc⁹ est re-  
 gula argumētationē cōfirmās: aut argumētatiōis nomē à ter-  
 mino inferere & termino illato sumptū. Et per transumptio-  
 nē uocatur sedes: q̄a sicut q̄s sede q̄scēs, in ea cōsolidat & fix⁹  
 hæret, ita argumētatio dialectica, loco dialectico consolidat,  
 cōfirmat, & corroboratur. ¶ Nō diffinitur autē hic quæcunq̄  
 argumētatio: sed ea duntaxat quæ p̄batina est, q̄ sit bona con-  
 sequētia, cui⁹ antecedēs, p̄bat cōsequēs: hoc est, cui⁹ antecedēs  
 est notius & in ueritate manifestius q̄ cōsequēs. Sicut em̄ per  
 lumen uenimus in colore: prius latentiu cognitionē: & p̄ nota  
 in eorū quæ minus nota sunt notitiā: ita in recta argumenta-  
 tione & doctrinali, p̄ antecedēs clari⁹ & patētius, ueniendū  
 est in notitiā cōsequētis minus noti & latētioris ueritatis: cu-  
 ius q̄dē agendi instrumētū est argumētatio ut hic sumit. ¶ Et  
 eius duæ sunt species, scilicet argumētatio demonstratiua, quæ  
 ex p̄p̄iis principijs, aut ex principio cognitio p̄cedit, ad quā  
 p̄cedēs introductio parauit intelligentiā, & dialectica quæ  
 ex cōmunijs p̄cedit: nō q̄dem ad generādū opinionē, ut nō  
 nulli dicūt, sed ad persuadendū & faciendū fidē certissimam,  
 aut de principijs, aut cognitio ex principio. Abiectior autem  
 & minus principalis dialecticę pars quæ est de argumētatio-  
 nibus uerisimilib⁹: est generatiua opinionis: & ea nō tā diale-  
 cticę ceterisq̄ disciplinis, q̄ rhetoricę cōducit. Argumētatio  
 aut illatiua tm̄, est quæ est bona cōsequētia, sed ei⁹ antecedēs nō  
 p̄bat cōsequēs: ut si falsum assumit, aut ignori⁹, aut eque igno-  
 rē, aut dubiū. Et hæc à disciplinis reiecta est. Nā sophistica &  
 petēs principiū. ¶ In argumētatione autē dialectica tres sunt  
 termini, scilicet ter min⁹ inferēs, ter min⁹ illatus, & terminus  
 cōicās, ut in hac, aīal rationale est natum ad prudētiā: ergo hō  
 est nat⁹ ad prudētiā: aīal rationale ter min⁹ est inferēs: quia so-  
 lū in antecedēte ponitur: hō uero terminus est illatus, quia so-  
 lū in cōsequēte: & natū ad prudētiā tertius ter min⁹ est cōicās:  
 quæ ponitur tā in antecedente q̄ in cōsequēte. Sed quæ ab huius-  
 modi termino cōicāte nō sumit nomē argumētationis diale-  
 cticę, sed solū à duobus primis: ideo de eo authores expressā  
 nō faciūt mētionē. ¶ De loco maxim⁹: aut quicquid p̄dicatur de  
 specie, p̄dicatur & de gñe: est regula cōfirmatiua argumēta-  
 tionis à specie ad genus. Similiter quicquid negatur de gñe,  
 negatur & de specie, cōfirmat argumētationē à gñe ad spe-

ciem. De loco differētia maximæ: ut data hac argumētatiōe, homo est rationalis, ergo aīal est rationale: loc⁹ differētia maximæ, est loc⁹ à parte tot⁹ uniuersalis ad suū totū uniuersale: nā est argumētationis nomen sumptū à termino inferēte homino, q est pars tot⁹ uniuersalis, & termino illato, scilicet aīal, qui est totū uniuersale. Similiter data hac argumētatiōe, arbor nō est aīal: ergo arbor nō est homo. locus differētia maximæ, est loc⁹ à toto uniuersali ad suā partē: nā est argumentationis nomē sumptū à termino inferēte aīal, qui est totū uniuersale, & termino illato homo, q est pars totius uniuersalis.

- 5 ¶ Quod si terminus inferēs sit alterius denominationis q terminus illat⁹: tunc in loco differētia maximæ nomen termini inferētis in ablatiuo ponit⁹: & nomen termini illati in accusatiuo: ut locus à diffinitōe ad diffinitū, aut à diffinito ad diffinitionē. Si uero terminus inferens & terminus illatus, eiufdē sint denominationis: tūc in loco differētia maximæ utriusq; cōmune nomen in ablatiuo plurali ponit⁹, ut loc⁹ ab oppositis.
- 6 ¶ Locus à repugnātib⁹, locus à cōiugatis, à casibus. ¶ In diffinitione autē loci intrinseci, quæ subditur, duæ ponuntur particulae, quarū prima innuit locū à substantiā, secūda uero locū à cōcomitantibus substantiā. Est em locus à substantiā, quādo terminus inferēs & terminus illat⁹ de se inuicē cōuertibiliter uerificatur: suntq; termini ad inuicē cōuertibiles: ut aīal rationale habet animā imortalem: ergo homo habet animā imortalem: animal rōnale & homo uerificatur de se inuicem cōuertibiliter. Omnis em diffinitio cum suo diffinito conuertitur, descriptio cum descripto, & interpretatio cum interpretato.
- ¶ Locus autem à cōcomitantibus substantiam, est quādo terminus argumētationis un⁹ partē aut causam alteri⁹ significat. Si em terminus inferēs importat partē, est locus à parte ad totū. Si uero termin⁹ illatus, est locus à toto ad partem. Si termin⁹ inferēs importat causam, est loc⁹ à causa ad effectū, à gnatione, à corruptione, ab usitato, à cōiter accidētibus. Si uero terminus illatus causam denoret, est locus ab effectū ad causam, à genito, à corrupto, ab usu, à cōiter accidētib⁹. ¶ Locus extrinsecus, est quādo terminus inferens & termin⁹ illatus nullo modo cōueniūt, ut ignis est calidus, ergo nō est frigidus: ubi calidū terminus inferens & frigidū termin⁹ illat⁹ nullo modo cōueniunt: nō em p eodē accipiunt, neq; idē denotant, nā sunt oppositi. ¶ Locus medi⁹, est quādo terminus inferens & terminus illatus partim cōueniunt & partim

Differunt, ut album est coloratum: ergo albedo est color: ubi terminus inferens & terminus illatus, scilicet album & albedo, cōueniunt in significatione formali & differunt in supponendo. Similiter color & coloratum cōueniunt partim scilicet in formali significatione. Nā coloratum, oēm dēnotat colorem, & color itidem oēm colorem significat: differunt autē quātum ad acceptionem eorū in ppositione: nā coloratum p̄ subiecto accipitur, color uero pro accidente.

¶ **D**iffinitio, est oratio essentialiter & conuertibiliter quid est explicans. Diffinitū, est cum quo diffinitio conuertitur, ipsum quidem explicans.

¶ **D**escriptio, est oratio accidentaliter, & cōuertibiliter quid est explicās. Descriptū, est ab eo explicatum cum quo descriptio conuertitur, ipsum explicans.

¶ **I**nterpretatio, est minus notū p̄ magis notū cōuertibilis explicatio. Explicās, est interpretatio. Explicatum est interpretatum.

¶ **T**otū in quātitate, est terminus cōmunis, mediāte signo vniuersali vniuersaliter sūptū. Pars totius in quātitate, est minus cōmune sub toto in quātitate sumptum.

¶ **T**otum vniuersale, est superius. Pars totius vniuersalis, est inferius. Pars totius vniuersalis, pars subiectiua.

¶ **T**otū in mō, est termin⁹ ad seipsū cū dēterminatione nō diminuēte sūptū: cū quā prius nō sumebatur cōparatus. Termin⁹ sumitur cum dēterminatione non dimi-

nuēte:quādo ipsum totū de parte,hoc est de toto aggregato,uniuersaliū uerificat.

¶ Pars ī modo, est termin<sup>o</sup> sūptus cū determinatione nō diminuēte,in cōparatione ad seipsum sumptū sine illa determinatione.

¶ Totū integrale, est quicquid habet partes.Et illud ex quo integratur,uocat<sup>r</sup> eius pars. Duplex, est pars totius integralis: principalis scilicet atque minus principalis. Pars totius integralis principalis, est sine qua suum totum esse nō potest. Pars integralis minus principalis, est sine qua suum totum esse potest.

7 ¶ Hic diffinitio p diffinitione essentiali accipit, q̄ ex genere & differētia cōponitur, ut in p̄dicabilibus ostēsum est, ut aīal rationale, est diffinitio hoīs. Nā est oratio explicās qd est hō essentialiter: nēpe essentialiter de hoīe p̄dicatur: cū in hac p̄dicatione, homo est aīal rationale, neutrū extremorū connotet extrinsece supra reliquū. Et cōuertibiliter, nā aīal rationale uerificat uniuersaliter de hoīe & e contra: oīs em̄ homo est animal rationale, & om̄e animal rationale est homo: homo autē est diffinitū, q̄a est dicibile cū quo diffinitio data cōuertitur ipsum diffinitū explicās, declarās, & manifestās. Nā homo, explicatū est: cū de ipso q̄ratur quid est, & aīal rationale explicās, cū respōdeatur ad q̄stionē factā p̄ quid: ut est q̄stionū diffinitionis. ¶ Descriptio uero hoc in loco & diffinitio accidentalis siue descriptiua, idē, ut aīal susceptiuū disciplinē, est descriptio hoīs. Nā est oratio explicās quid est hō accidentāliter. Est em̄ ista p̄dicatio accidentalis, hō est aīal susceptiuū disciplinē, cū p̄dicatū aliquid cōnotet ultra subiectū. Et conuertibiliter: nā oīs homo est susceptiuus disciplinē, & om̄e susceptiuū disciplinē est hō: homo autē est descriptū: quia est dicibile p̄ descriptionē explicatū: cū quo ipsa descriptio explicās cōuertitur. Nā si q̄ratur, quid est homo: recte respōdet,

est animal discipline susceptiuū. ¶ De interpretatione autē sumatur exēplū, ut in libro p̄dicabiliū, p̄dicabile est interpretatio, & uniuersale inter preratū: cū dicimus uniuersale, p̄dicabile, idē. Nā p̄dicabile, est noīs minus notū p̄ nomen magis notū explicatio: id est, est nomē magis notū explicās cōuertibiliter nomē minus notū. Nā omne uniuersale, est p̄dicabile: & omne p̄dicabile est uniuersale. At uero uniuersale, est nomen min⁹ notū explicatū cōuertibiliter p̄ nomē magis notū: ergo per diffinitionē est interpretatū, Nā explicās nomē & manifestius, dicitur interpretatio: nomē uero explicatū & declaratū, dicitur interpretatū. Sic p̄dicabile, terminus cōis, idē. Terminus singularis, indiuiduū, idē. Terminus, p̄positionis extremū, idē. & ita in ceteris. ¶ Totū in quātitate, est terminus cōis p̄ signū uniuersale sibi adiunctū & nō impeditū, uniuersaliter sumptus: ut omne aīal sentit: ibi aīal ut mediante signo uniuersali omnis, uniuersaliter sumitur: est totū in quātitate, & remoto signo uniuersali, ut aīal sentit, amplius nō est totum in quātitate. Cōcha autē spōgia & ostrea sunt partes in quātitate animalis: quia sunt minus cōia sub toto in quātitate prius dato sumptā. ¶ De toto uniuersali in unoquoq; p̄dicamēto potest sumi exēplū. In substāria, ut aīal est totū uniuersale, quia est superius ad hoīem, equū, asinū: quę sunt partes totius uniuersalis, cū sint inferiora siue partes eius subiectiuę. In quātitate, ut numerus est totū uniuersale ad sua inferiora: q̄ sunt binarius, ternarius, quaternarius. Et sicut idē ad diuersa sumptum, est superius & inferius: ita idē respectu diuersorū est totū uniuersale & pars, ut aīal ad hoīem, totum uniuersale: & ad corpus animatum, pars totius uniuersalis. ¶ Totū in modo, est terminus sumptus sine determinatione: in cōparatione ad seipsum sumptū cū determinatione nō diminūte. Pars uero in modo eōtra, est terminus sumptus cū determinatione nō diminūte: in cōparatione ad seipsum sumptū sine huiusmodi determinatione, ut aīal est totum in modo: & determinationes sanū & egrū sunt suę partes in modo: & determinationes sanū & egrū, sunt nō diminūtes ad aīal: nā aīal uniuersaliter uerificatur de toto aggregato ex determinatione & determinabili: omne em̄ aīal sanū, est aīal: & omne aīal egrū, est aīal. Quod si totum nō uerificatur uniuersaliter de toto aggregato ex seipso & determinatione, illa determinatio ē diminūtes, ut mortuū & pictum ad hoīem: ista em̄ nō est uera: om̄ishō mortuus est homo: oīs homo pictus est homo.

¶ Totū integrale, est q̄qd̄ habet partes integrales: & pars integralis est ex q̄ totum integrat & sc̄dm̄ dimēsiōē cōstat, ut hō totū est integrale, cuius partes sunt, caput, cor, man⁹, brachia. Ita domus est totum integrale: cuius partes sunt, paries, tectū, fundamētū. Partes autē integrales principales hoīs sūt, caput humanū, cor humanū: nā sine illis, hō esse nō potest. Minus uero principales sunt digiti, manus, pedes: nā sine illis hō esse potest. Ita partes principales domus, sunt fundamētū & parietes: cū sine illis domus esse nō possit. Minus uero principales sunt, sera, lateres, cācelli: sine q̄bus domus esse potest.

¶ Causa, est ad cuius esse sequit̄ aliud. Causa necessaria, est sine qua effectus esse nō potest. Causa sufficiens, est qua existēte, effectū nō esse est impossibile. Causa materialis, est ex qua cū forma fit aliquid. Causa formalis, est per quā aliquid fit. Causa efficiēs, est à qua aliquid fit. Causa finalis, est gratia cuius aliquid fit. Effectus est quod ad causam sequitur. Id ad causam sequitur, quod ex aliquo, per aliquid, ab aliquo, aut alicuius gratia fit.

¶ Generatio, est rei p̄ductio. Corruptio, est rei desitio. Genitū, est aliquid p̄ductū. Corruptum, est quod desinit esse.

¶ Usus, est rei operatio. Usitatum, est id cuius est usus.

¶ Communit̄ accidentia, sunt quorū unū semper sequitur ad alterum.

¶ In diffinitione causæ nō fit mētio de sequela termini ad terminū, aut p̄positionis ad p̄positionē, sed rei ad rē. Nā ad esse causæ, sequit̄ effectus, cū uel ex ea, uel per eā, uel ab ea, uel ei⁹ gratia fiat effectus: ut ferrū, est causa cultelli ferrei: aia ratio

malis, hominis: ædificator, ipsius domus: & sanitas, ipsius ambulationis. ¶ Et duplex est causa: scilicet necessaria & sufficiens **10**  
 Necessaria quidē, ut lux ipsius luminis, & fundamentū ipsius domus. Nā sine luce nō potest esse iumē, neq; sine fundamēto ipsa domus. Sufficiens uero: ut ignis, est causa sufficiens caliditatis igneæ: & iugulatio, mortis. nā existēte igne, eius caliditate nō existeret est impossibile. Siquidē impossibile est ignem nō esse calidū. Similiter si sit iugulatio, nō esse mortē impossibile est: cū impossibile sit iugulatū nō interire. Et per analogiā oppositi, diffiniēda est causa nō necessaria, & causa nō sufficiens: negatio em̄ p̄ affirmationē cognoscitur. ¶ Et cōparando **11**  
 hæc quatuor mēbra adinuicē: aliqua causa necessaria est sufficiens, ut lux luminis, & ignis sui caloris. Aliq̄ causa necessaria nō est sufficiens, ut fundamētū ipsius domus, & corpus hominis. Aliq̄ nō necessaria est sufficiens, ut iugulatio, interit⁹. Aliq̄ nō necessaria nō est sufficiens, ut digitus hoīs, sera ipsius domus. Cōtrā uero, aliq̄ causa sufficiens est necessaria, ut ignis sui caloris, & sol sui luminis. Aliq̄ sufficiens nō est necessaria, ut iugulatio interit⁹: nā sine iugulatiōe potest esse interit⁹, ut strāgulatiōe, submersiōe. Aliq̄ nō sufficiens est necessaria, ut ferrū cūrelli ferrei. Aliq̄ nō sufficiens nō est necessaria, ut digitus hoīs & sera domus, ut subiecta monstrat formula.

i	i	e	a	Causa neces.
i	i	a	e	Nō necessa.
e	a	i	i	Sufficiens.
a	e	i	i	Nō sufficiens.
Nō suffici.	Suffici.	Nō necessa.	Causa neces.	

¶ Præcedens figura, sexdecim p̄positiones cōplectitur: quarū subiecta sunt termini à sursum in deorsum porrecti. Prim⁹ quidē scilicet causa necessaria quatuor primarū: scđs, quatuor sequentiū, & similiter tertius, aliarū quatuor: & deniq; quartus quatuor postremarū. Et cōparant eorū singuli ad quoslibet quatuor terminorū: à sinistro in dextrū p̄tesorū, qui sunt p̄dicata: primus quidē primæ p̄positionis: scđs scđæ, tertius tertie, & quartus quartæ respectu eiusdē subiecti. Vocales autē in quolibet limite collocatæ, p̄positionū ex extremis (q̄ suo limiti respondet) cōpositarū qualitātē & quātitātē denotāt, ut a, uniuersalē affirmatiuā, e uniuersalē negatiuā, & i particulārē affirmatiuā q̄ suā cōpatitur subcōtrariā. Et quando eunq; plura adiuicem cōparanda occurrunt: simili ratione eorum habitudo



- 12 scdm prædicationē inuestigari potest. ¶ Diffinit deinde causa  
 fa materialis ex qua, tam rei naturalis q̄ artificialis: ut corpus  
 hoīs est materia ex qua: q̄a ex corpore hoīs cū forma substā-  
 tiali, scilicet aīa rationali, fit aliqd, scilicet homo q̄ est res na-  
 turalis: q̄re corp⁹ hoīs est materia rei naturalis. Siſiter æs, est  
 causa ex qua cū forma artificiali, scilicet statuē fit aliqd, scilicet  
 res artificialis quę est statua ærea, quare æs, est materia ex  
 qua rei artificialis. Est autē res artificialis, quę per artē natu-  
 ralis uero, quę fit p̄ naturā: ut flos, equus, hō. ¶ Causa forma-  
¶ Per locū à maiori, negatiue arguit solū, ut Sortes nō potest portare decē pōdera, ergo nō potest portare uiginti. uel uir nō potest portare decē pōdera, ergo neq; puer. Similiter uir nō potest ferre decē pōdera: ergo puer nō potest ferre uiginti: q̄ qdē tertius arguēdi modus de primo ad ultimū sequitur ad scām & primū, Maxima. Si qd̄ magis uidet esse, nō est: neq; quod minus. ¶ Ex opposito, locus à minore solū tenet cōstruētiue, uel cōparādo p̄dicatū unū ad duo subiectā, ut puer potest portare uiginti pondera, ergo & uir. uel duo p̄dicata ad unū subiectū, ut uir potest portare uiginti pōdera: ergo & de cē. uel cōparādo duo p̄dicata ad duo subiectā, ut puer potest portare uiginti pōdera: ergo uir potest portare decem pōdera. Et hic tertius modus, seq̄tur ad primū & scām de primo ad ultimū, Maxima. Si quod minus uidet esse, est: & illud qd̄ magis. ¶ Locus à simili, tenet cōstruētiue & destruētiue. Cōstruētiue, ut hō est corruptibilis: ergo equ⁹ est corruptibilis: utrūq; em̄ est aīal. Destruētiue: hō non est immortalis, ergo nec equus, cū utrūq; sit aīal. Et ita argumētatio est exēplaris, disciplinis apprime utilis & accōmodatissima, ut ab albedine res est alba: ergo à magnitudine res est magna, Maxima. De similibus, idē est iudiciū. ¶ Locus à p̄portione qd̄ est partícula loci à simili, cū scilicet in ātecedēte argumēti ponit partícula sicut se habet, exprimes unius ad alterū simile p̄portionē. Et tenet cōstruētiue & destruētiue. Cōstruētiue qdē, ut si cut uisus in oculo: ita disciplina in aīa, uisus autē p̄ficir oculū:

ergo disciplina animā. Similiter ut cecitas se habet ad oculū,  
ita ignorātia ad intellectū: sed cecitas est malū oculi, igit &  
ignorātia intellectus. Destructiue uero, ut sicut fanitas ad cor  
pus: ita uirtus ad animā. fanitas aut nō cōsistit in abūdāria ne  
q̄ defectu humorū, sed medio tēperamēto: ergo uirtus nō in  
exuperatiōe cōsistit aut defectu, sed mediocritate. Maxima.  
Proportionabiliū idē est iudiciū. Et hic locus est dignissim⁹,  
p̄ quē analogiā explicant q̄ ad docēdū & ueritatē inuestigan  
dā sunt accommodatissimā. ¶ Locus ab auctoritate, solū tenet  
37 cōstructiue. ut Porphyrius asserit quinq; esse p̄dicabilia: sunt  
igit quinq; p̄dicabilia. Philosophus ponit decē esse p̄dicamen  
ta: ergo sunt decē. Maxima. Vnicuiq; expto in sua sciētia cre  
dēdū est. ¶ Locus à trāsumptiōe, tenet cōstructiue, ut logica  
ad omnē sciētia est necessaria, ergo ad omnē methodū est ne  
cessaria. Vbi arguit à nomine, pprio posito in āecedente, ad  
nomē metaphoricū in cōsequēte. Cōtrā uero, logica ad om  
nē methodū habet uia: ergo ad omnē sciētia habet uia. Ibi ar  
guit à nomine metaphorico posito in āecedēte, ad nomē p̄  
p̄riū positū in cōsequēte. Destructiue sic. Geometria non ha  
bet uia ad omnē disciplinā: ergo neq; ad omnē methodū. Ma  
xima. Quicqd nō cōuenit alicui sub noīe, pprio: nō conuenit  
eidē sub noīe metaphorico. Cōtrā uero, Geometria nō habet  
uia ad omnē methodū: ergo neq; ad omnem disciplinā. Maxi  
ma. Quicqd nō cōuenit alicui sub noīe metaphorico, neq; cō  
uenit eidē sub noīe, pprio. ¶ Locus à trāsmutata p̄portione,  
cōstructiue tenet hoc modo. Sicut 8 ad 4, ita 6 ad 3: cū utriq;  
fit p̄portio dupla: ergo sicut 8 ad 6, primū ad tertiu ita 4 ad  
3, scdm ad quartū. nā utrobq; est p̄portio sesquertia. Cōinet  
38 it sicut se habet 12 ad 6, ita 10 ad 5 (est em̄ hic 12, primū, 6  
scdm, 10 tertiu, & 5, quartū) quia utrobq; p̄portio dupla, et  
ergo sicut se habet 12 ad 10, primū ad tertium: ita 6 ad 5, scdm  
ad quartū. quia utrobq; p̄portio est sesquiquinta. ¶ Locus à cō  
iugatis, cōstituēdus est ex p̄positionibus de p̄dicatione essen  
tiali, in qbus superius de suo inferiori p̄dicat. Et tenet cōstru  
ctiue & destructiue. Cōstructiue, ut iustus est bonus: ergo ius  
stitia est bonitas. Maxima. Si cōcretū de cōcreto essentialiter  
p̄dicat: & abstractū de abstracto. Cōtrā, ab abstracto ad con  
cretū, ut iustitia est uirtus: ergo iustus est studiosus. Maxima.  
Si abstractū de abstracto essentialiter p̄dicat: & cōcretū de cō  
creto, Destructiue ex opposito cōsequētis. ¶ Locus similiter

In casibus, tenet constructiue & destructiue. Constructiue quæ,  
 ut iustus est bonus: ergo quod iuste fit bene fit, Maxima. Si prin-  
 cipale de principali uerificat: & casus de casu. Ediuerso, quod  
 iuste fit bene fit: ergo iustum est bonum. Maxima. Si casus de casu  
 uerificat: & principale de principali. Destructiue uero ex  
 opposito consequentis. ¶ In argumeto uero per locum ad diuisionem,  
 primo in antecedente sumenda est, propositio in qua diuisum uerifi-  
 cat de aliquo subiecto. Secundo, sumenda sunt, propositiones in quibus  
 omnia membra diuidentia, excepto uno, negantur de eodem  
 subiecto. Deinde debet concludi propositio in qua reliquum  
 membrum diuidens quod non erat sumptum in antecedente: uerifi-  
 cat de eodem subiecto. ut album est predicabile hominis: & non est  
 genus hominis, neque species eius, neque differentia. nam non predica-  
 tur essentialiter de homine. neque proprium quia non predicat de eo  
 conuertibiliter, ergo est accidens hominis. Similiter coruus est  
 coloratus, at neque est albus neque medio colore participans, er-  
 go est niger. Consimiliter lac est sapidum, sed non est amarum  
 neque medio sapore sapidum: ergo est dulce. Et ita de quocunque  
 diuisione. Si quidem necesse est de quocunque uerificatur diuisum:  
 de eodem aliquod membrorum diuidentium uerificari. Et de  
 quocunque diuisum de eodem sub distinctione omnia membra diuidē-  
 tia uerificantur, cum diuisum & distinctum ex membris diui-  
 dentibus adinuicem conuertantur. quare si omnia per copu-  
 lationem, excepto uno, de eo negantur: necesse est reliquum de  
 eodem affirmari. Aequaliter enim arguitur à tota disjunc-  
 tione, cum destructione unius partis, ad positionem alterius.

### ¶ Ars fallaciarum.

¶ Fallacia	Figuræ dictionis,
In dictione	¶ Fallacia extra dictionem
Extra dictionem.	Accidentis (nempe)
¶ Fallacia in dictione	Secundum quid ad sim- pliciter
AEquiuocationis	Ignorantia elenchi
Amphibologiæ	Petitionis principij
Compositionis	consequentis
Diuisionis	¶ Non causæ ut causæ
Accentus	



Secundum plures interrogaciones vt vnā;

**F**allacia, argumentatio sophistica.

¶ Argumētatio sophistica, est argumētatio apparēs & nō existens: aut existens, sed non conueniens rei.

¶ Non est conueniens rei, quando antecedens non probat consequens.

¶ Fallacia in dictiōe, est fallacia q̄ sine cōsideratione dictiōis puenire non potest.

¶ Dictiō, signū ad placitū significās. Dictiō nū, q̄dā est simplex, & est dictiō incōplexa: & alia cōposita, & est dictiō cōplexa.

¶ Multiplex: actuale, potētiāle, phāsticū.

¶ Multiplex actuale, est dictiō eadē sc̄dm materiā & formam diuersa significans.

¶ Materia, sūt literæ, syllabæ & dictiōes.

¶ Pertinentia ad formam, sunt: idem accentus, quantitas syllabarum, aspiratio uel nō aspiratio, pausæ & puncta.

¶ Multiplex potētiāle, est dictiō eadē sc̄dm cundū materiā, & diuersa sc̄dm formā, plura significans.

¶ Multiplex phantasticum, est dictiō quæ propter alterius similitudinē uidetur aliquid habere quod non habet.

¶ Fallacia, q̄d primū est & supremū huius artis, primo dicitur in fallaciā in dictiōe & extra dictiōē. Fallacia in dictiōe, deinde in sex species: fallaciā æquiocationis, amphio

bologia, & ita de cæteris ponēdo diuisum ad mēbra diuidē-  
 tia. Fallacia autē extra dictiōnē in septē species: fallaciā acci-  
 dētis, fallaciā scdm qd ad simplr, & ita de reliqs. Vnaqueq; au-  
 tē specierū posset adhuc diuidi in species magis particulares: ut  
 ut fallacia æquocationis in fallaciā æquocationis primi modi,  
 secūdi modi & tertij modi, sed nō descēdūt authores hac arte  
 usq; ad species indiuiduas: sed sistūt i specieb<sup>9</sup> diuiduis & sub-  
 alternis. ¶ Fallacia, nō hic, p arte siue cautela fallendi sumit, q̄  
 pacto uulgo dicit, Fallacia alia aliam trudit: sed p argumēta-  
 tione sophistica, quæ est instrumentū decipiēdi ipsum respō-  
 dentē. Duplex autem est argumentatio sophistica: quæ dā est  
 peccans in forma, quæ uidetur recte inferre cōsequens ex ana-  
 recedente, & tñ nō infert, sed peccat contra rectā illationem:  
 ut sunt paralogismi omniū fallaciay: in dictiōne, & extra dicti-  
 ōnem, excepta fallacia petitiōis principiū: ut aīal est hō &  
 oīs equus est aīal: ergo equus est homo: ubi uidetur esse syllo-  
 gismus, & tñ non est, sed est fallacia accidentis. Et hæc innuif  
 per primā diffinitiōis particulā. Alia est argumentatio sophi-  
 stica peccās in materia: cuius qdem antecedens infert, sed nō  
 pbat cōsequens: ut paralogismi fallaciæ petitiōis principiū:  
 cuiusmodi est iste, oīs aīal est lapis, & oīs homo est aīal: ergo  
 oīs hō est lapis: q̄ bonus est syllogismus, sed antecedens, cū sit  
 falsum nō pbat cōsequens. Et ista tāgitur per secundā diffini-  
 tiōis particulā: qd scilicet est existens, sed nō conueniens rei.  
 Et hec minus habet uitij q̄ altera, cum sit bona consequentia.  
 ¶ Fallacia autem dicitur in dictiōne, nō qa ex dictiōnibus cō-  
 stituitur, nā fallacia accidentis & cæterę extra dictiōnem fal-  
 laciæ, itidem ex dictiōnib<sup>9</sup> cōponuntur: sed qa sumit causam  
 apparentię ex parte dictiōis, & fit ratiōe alicui<sup>9</sup> pprietas cō-  
 uenientis dictiōni, ut significatiōis, paulariōis, accent<sup>9</sup>, termi-  
 natiōis finalis: q̄ solū dictiōni ad placitū significāti cōueniūt.  
 Dictiō autē, nō hic sumitur p dicibili incōplexo ut ante: sed  
 p signo (siue dicibile sit siue oratio) ad placitū, & ex impossi-  
 tiōe significāte. Quare aliqd in libro p̄dicabiliū & p̄dicamen-  
 toꝝ est dictiō, qd nō est hic dictiō, ut termin<sup>9</sup> mentalis ult-  
 maty. Similiter aliqd in pposito est dictiō, & nō est illic, ut  
 oratio uocalis, canis currit. Quare dictiōnū, qdā est simplex  
 siue incōplexa, ut uox homo, ei<sup>9</sup> scriptura & termin<sup>9</sup> ment-  
 lis nō ultimatus incōplexus: alia uero est cōplexa siue cōposi-  
 ta, q̄ cōponitur ex dictiōnibus simplicibus, ut oratio uocalis,  
 scripta, & mentalis nō ultimata. Magis tamen ad uocē & scri-

- 3 prurā dictio refert. ¶ Fallaciārū uero in dictione, quæ dā peccat penes multiplex actuale: ut æquocatio & amphibologia: æquocatio q̄dem penes multiplex actuale dictionis, & amphibologia orationis. Quæ dā penes multiplex potētiāle: ut fallacia cōpositionis, & diuisionis, & accētus. Accētus q̄dē penes multiplex potētiāle dictionis. Cōpositionis uero & diuisionis penes multiplex potētiāle orationis. Et quæ dā penes multiplex phantasticum: ut fallacia figurę dictionis. ¶ Multiplex actuale, est dictio siue simplex, siue cōposita: eadē sc̄dm materiā, hoc est sc̄dm literas, syllabas & dictiōes, quę sunt materia ex qua, dictionis. Et eadem sc̄dm formā, hoc est habēs in diuersis significatis eūdem accentū, eandē quāritatē syllabarū, similitudinē q̄ ad aspirationē uel nō aspirationē, eadē pauſas in uoce, & eadē puncta in scriptura, quę pertinet ad formā dictiōis, diuersa significās: ut dictio canis, cū canem domesticū significat, & marinū & cælestem, est dictio eadem sc̄dm materiā: nā ex eisdem literis & syllabis cōponitur: eadem sc̄dm formā, nā eundem semp̄ habet accentū, eandem syllabarum quāritatem, & nō aspiratur, & diuersa significat. Si iter oratio, liber Aristotelis: cū librū ab Aristotele possessum, & itidē ab Aristotele æditū significat, est multiplex actuale: nā est dictio eadem sc̄dm materiā: nā ex eisdem literis, syllabis & dictiōibus cōponitur. eadem etiā sc̄dm formā: nam idem manet accētus, eadem syllabarum quāritas, eadem nō aspirationis cōuenientia, eadem pauſa, & pūcta: & diuersa significat.
- 4 ¶ Multiplex potētiāle, est dictio siue simplex, siue cōposita, eadem secundum materiam, diuersa tamen secundum formā: hoc est uel nō habens eundem accentū, aut eandem syllabarū quāritatem, aut non eādē aspirationē uel nō aspirationem, aut non eadē pauſas, aut non eadē puncta, ut malū cū prauū significat & pomū, est multiplex potētiāle. nā est dictio manens eadē sc̄dm materiā, diuersa tamen sc̄dm formā. Nā primo primā breuē, & sc̄do primā longā habet: quare nō manet eadem syllabarum quāritas & diuersa significat. Simil̄ oratio quicquid uiuit semp̄ est: est multiplex potētiāle. nā est dictio eadem sc̄dm materiā, diuersa tamen sc̄dm formā. nā nō eadē manēt pauſa: neq; pūcta. sic em̄ primo pauſatur. Quicquid uiuit semp̄ est: sc̄do sic, quicquid uiuit: semp̄ est (sunt em̄ pūcta in scriptura: notę pauſarū in uoce) & diuersa significat. in sensu em̄ cōposito uera est, & in sensu diuiso falsa. ¶ Multiplex phantasticū, est dictio siue simplex siue cōposita, quę ppter

similitudinem alterius dictionis cū qua in aliquo conuenit: uidetur aliquid habere quod non habet, uel genus, uel significationem, ut poeta uidetur habere genus fœmininum ppter similitudinem in terminatione cum dictione musa. Et hæc consequentia, imago est homo pictus, ergo imago est homo, uidetur habere bonitatem consequentiæ quā tamen non habet, ppter similitudinem quā habet cū ista bona, imago Her culis est imago picta, ergo est imago.

¶ **Aequiuocū**, est dictio simplex eadē secū dum materiā & formā, diuersa significās.

Aequiuocum a casu, æquiuocum analogum, æquiuocum compositum.

¶ **Aequiuocum a casu**, est æquiuocū æq̄ principaliter plura significans.

¶ **Aequiuocum analogū**, æquiuocū a cōsilio: & est æquiuocū principaliter vnū, & alterum minus principaliter significans.

¶ **Fallacia æquiuocationis**, est fallacia in dictione ratione æquiuoci proueniens.

¶ **Amphibologia**, est dictio composita eadem secundum materiam & formam plura significans: Amphibologia a casu, analogica, composita.

¶ **Fallacia amphibologiæ**, est fallacia in dictione ex parte amphibologiæ proueniens.

¶ **Propositio cōposita**, est ppositio secū dū suarū partiū situm magis debitū accepta. Modus, determinatio, determinabile.

¶ **Situs magis debitus**, is est quē idiomatis peritus iudicat magis esse accōmodum.

¶ Fallacia compositionis, est fallacia in dictione qua argumentatur a propositione diuisa ad compositam.

¶ Fallacia diuisionis, est fallacia in dictione qua argumentatur a propositione composita ad diuisam.

¶ Argumentari, sophisticè argumentari.

- 6 ¶ Aequiuocū hoc in loco strictiorē habet rationē q̄ in libro p̄dicamētōꝝ: nā illic siue dictio sit eadē sc̄dm formā siue nō, dūmodo diuersa significet, æquiuoca dicitur, ut populus, manus, malū: hic uero est dictio simplex ad amphibologiae exclusionē, eadē sc̄dm materiā & formā ad accentus seclusionē diuersa significās: & est triplex scilicet æquiuocū à casu, æquiuocū analogū, & æquiuocū cōpositū. De æquiuoco à casu exēplum, ut manus: nā æque principaliter partē brachij humani significat, & hoīm multitudinē: nō em̄ significat unum, p̄pter similitudinē alterius. De æquiuoco à consilio siue analogo, ut aīal q̄d principaliter significat aīal uiuū, & min⁹ principaliter siue secundario aīal pictū, p̄pter similitudinē figuræ cū aīali uiuo. Aequiuocū autē cōpositū, est dictio q̄ per se sumpta unū significat, alteri tamē adiūcta significat plura, ut mortale siue nō mori: sc̄do nō potēs mori. Fallacia autē æquiuocationis, est fallacia in dictione ratione æquoci in ipsa argumētatione positi, pueniēs. ¶ Cuius tres sunt modi. Primus, quādo fallacia puenit ratione æquiuoci à casu, ut oīs manus est pars brachij, & hoīm multitudo est manus: ergo hoīm multitudo est pars brachij. Maior & minor sunt distinguēdę quia in eis ponitur æquiuocū, ratiōe cuius puenit fallacia. Sc̄ds quādo huiusmodi fallacia puenit ratiōe æquiuoci à cōsilio, ut omīs hō est rationalis, at imago hoīs depicta est homo, ergo est rationalis. Maior & minor distinguēdę sunt: quia homo in eis æquiuoce sumitur. Tertius, quādo fallacia puenit ex parte æquiuoci cōpositi, ut omē immortale est p̄petuū, sed omne potēs nō mori est immortale: ergo omne potēs nō mori est p̄petuū. Maior & minor distinguēdę sunt: quia in eis immortale æquiuoce capitur. ¶ Amphibologia uero, sic fit in oratione sicut æquiuo-

catio in dictione, ut hæc oratio, liber meus est liber Aristote-  
 lis, est amphibologia. nã est dictio cõposita eadẽ scđm mate-  
 riã & formã diuersa significans. primo em̄ significat q̄ liber  
 meus possidetur ab Aristotele: & hic sensus falsus est. Scđo, q̄  
 liber meus sit cõpositus ab Aristotele, & hic sensus est uerus.  
 ¶ Et est triplex amphibologia scilicet à casu, ut p̄dicta ora-  
 tio: nã æque principaliter plura significat. A cõsilio, ut p̄dens  
 operã, arat litus. nã principaliter arare litus, est p̄scindere lĩ-  
 tus aratro: minus aut̄ principaliter & secundario, laborẽ p̄de-  
 re. Et amphibologia cõposita, q̄ est quando aliqua oratio p̄ se  
 sumpra unũ significat, adiũcta tamẽ ei aliqua dictione signifi-  
 cat multa, ut uellẽ accipere pugnãtes, unicum habet sensum:  
 sed uellẽ me accipere pugnãtes: duplicẽ. nã primo significat  
 uellẽ q̄ ego accipere pugnãtes. scđo uero, uellẽ q̄ pugnantes  
 acciperẽt me. Quare amphibologiẽ, tres sunt modi. Primus,  
 quando fallacia, puenit ex parte amphibologiã à casu, ut oĩs  
 liber Aristotelis possidetur ab Aristotele, & liber meus est lĩ-  
 ber Aristotelis: ergo liber me<sup>9</sup> possidetur ab Aristotele. Ma-  
 ior & minor sunt distinguẽdã. ¶ Scđs, quãdo fallacia, puenit  
 ratione amphibologiã à cõsilio, ut, quisquis arat litus, curuo  
 litus, p̄scindit aratro, sed p̄dens operã & laborẽ, arat litus: er-  
 go p̄dens operã & laborẽ, curuo litus, p̄scindit aratro. Maior  
 & minor distinguẽdã sunt: quia arare litus est multiplex.  
 Tertius, quando, puenit ratione amphibologiã cõpositã, ut  
 quoscunq; uellẽ me accipere, uellẽ q̄ acciperẽt me, sed hostes  
 uellẽ me accipere: ergo uellem q̄ hostes acciperẽt me. Maior  
 est distinguẽda, quia si me, ante accipere cõstruitur, falsa est,  
 si post, uera. E diuerso si in minore accusatiuus me, ante acci-  
 pere cõstruitur, uera: si post, falsa. quare p̄dicta argumenta-  
 tio intercedẽte suã p̄missã multiplicitate, minime est syl-  
 logismus: quĩs syllogismi formã p̄ se ferat. ¶ Propositio cõ-  
 posita, est, p̄positio habẽs sensum cõpositũ. Sensus autẽ cõpo-  
 situs: est cũ in oratione partes scđm sitũ magis debitũ accipi-  
 untur. Sic, p̄positio diuisa, est, p̄positio habens sensum diui-  
 sum. Sensus autẽ diuisus, est cũ in oratiõẽ partes scđm sitũ mi-  
 nus debitũ accipiũtur. Situs autẽ magis debitus in aliquo ser-  
 mone, ille est quẽ illius sermonis peritus, iudicat magis esse  
 aptũ: & min<sup>9</sup> debit<sup>9</sup>, quẽ idiomatis peritus, iudicat min<sup>9</sup> esse  
 aptũ, ut situs magis debitus apud latinos, est quẽ latini sermo-  
 nis peritus, iudicat esse aptiorem, ut in situ magis debito, aut  
 minus, potius stãdũ sit cuiusq; periti iudicio q̄ regulis: q̄ grã

matici est fitū magis debitū à minus debito discernere. Hic  
 tñ tribus uocabulis scilicet modus, deter minatio, determi-  
 nabile, innuūtur in arte tres regulæ hoc in loco poni solitæ, ad  
 fitū magis debitū & minus debitū dignoscēdum. ¶ Prima. si  
 modus sit subiectū aut p̄dicatum, p̄positionis: fitus est magis  
 debitus & sensus cōpositus, ut possibile est hoīem ambulare,  
 uel, hoīem ambulare est possibile: si uero modus determinet  
 copulā, fitus est minus debitus & sensus diuisus, ut hoīem pos-  
 sibile est ambulare. ¶ Sc̄da. Si determinatio inter duo deter-  
 minabilia ponit, utriq; eque, p̄pinqua, si determinet p̄cedens,  
 fitus est magis debitus. si sequēs min⁹, ut q̄cqd̄ uiuit semp, est:  
 sensus cōpositus. At q̄cqd̄ uiuit, semp est: sensus diuisus. si ue-  
 ro determinatio alteri determinabili propinquior fuerit, si  
 determinet determinabile, p̄pinquius: est fitus magis debitus  
 & sensus cōpositus. si uero remotius, fitus min⁹ debitus & sen-  
 sus diuisus, ut q̄cunq; scit literas, nunc didicit illas: sensus est  
 cōpositus. At quicunq; scit literas nūc, didicit illas: est sensus  
 diuisus. ¶ Tertia regula. si determinabile inter duas determi-  
 nationes eque p̄pinquas ponit: si ordinatur cū p̄cedenti, fitus  
 est magis debitus. si cū sequenti: est min⁹ debitus, ut uidi ima-  
 ginē aureā, uestē habētē: est sensus cōpositus. Sed uidi imagi-  
 nē, aureā uestē habētē: sensus est diuisus. Si p̄ malus artifex,  
 bonus est, est sensus cōpositus: sed malus, artifex bon⁹ est, est  
 sensus diuisus. Si uero determinabile alteri determinationi  
 p̄pinqui⁹ fuerit: & ordinat cū p̄pinquiori, fitus est magis de-  
 bitus, ut uidi imaginē hoīs, aureā uestē habētē. Malus: inter-  
 dū artifex bonus est. Si autē cū remotiori: fitus est minus de-  
 bitus, ut uidi imaginē hoīs aureā: uestē habētē. Malus inter-  
 dū artifex: bonus est. ¶ Fallacia autē cōpositionis, est fallacia  
 in dictione: qua male arguēdo, p̄ceditur à sensu diuiso in an-  
 tecedēte ad cōpositū in cōsequēte: à quo nomē sortitur. Cui⁹  
 quidem tres sunt modi. ¶ Pri- mus, qñ fallacia, puenit ratione  
 modi, ut albū possibile est esse nigrū: ergo possibile est album  
 esse nigrū. Sed entē possibile est ambulare: ergo possibile est  
 sedentē ambulare. ¶ Secūdus, quādo, puenit ratiōe determi-  
 nationis, ut quicunq; scit literas nunc didicit illas, at grāmari-  
 cę peritus scit literas, ergo grāmari cę peritus nunc didicit il-  
 las. Maior est distinguenda. nā diuisa uera est, & cōposita fal-  
 sa: cōclusio tñ in sensu cōposito infertur. ¶ Tertius, quādo fal-  
 lacia, puenit ratione determinabilis, ut sit prau⁹ artis mecha-  
 nicę peritus: & nullus artis iperitus, sit bonus. Malus: artifex  
 bonus est, ergo malus artifex est bonus. Nā antecedēs est ue-

IO

II

rum & cōsequens falsum. ¶ Fallacia autē diuisionis, est qua arguitur à sensu cōposito in antecedente, ad diuisum in consequente à quo ipsa fallacia nomen habet. Cuius similiter tres sunt modi. ¶ Primus, cū fallacia ex parte modi, puenit: ut impossibile est ambulās esse quiescēs: ergo ambulās impossibile est esse quiescens. Et hic in disciplinis frequēs est: in qbus modales sunt cōpositæ. Sophistę autē trahūt eas ad modales diuisas & à disciplinis reiectas, ut cōsequētia bona est: cuius antecedēs esse uerū cōsequēte existente falso est impossibile: & ceteræ, ppositiones in disciplinis sensum habent cōpositum. ¶ Scds, qñ puenit ratione cōiūctionis copulatiuę, aut diuisiuiuę, prius copulātis inter terminos & deinde inter ppositiones, ut quinq; sunt duo & tria: ergo qnq; sunt duo & quinq; sunt tria. Omne aial est ratiōale uel irrationale, sed nō omne aial est rationale, ergo omne aial est irrationale. ¶ Tertius, quādo fallacia puenit ratione determinatiōis aut determinabilis, ut quocūq; uidisti hunc percussum, hic percussus est: sed uidisti oculo hunc percussum: ergo oculo hic percussus est. Ablatiuus oculo, si ponitur cū uidisti: sensus est cōpositus & uerus: si cū participio percussus: diuisus & falsus. Si r sit aliquis probus, artis imperitus: & omnis prauus, artis etiā imperitus: nō sequitur. Malus artifex, est bonus: ergo malus, artifex est bonus. Antecedens uerum & cōsequens falsum: in antecedente quidem sensus est cōpositus, nā artifex determinabile ordinatur cum propinquiori: in consequente uero sensus est diuisus, quia determinabile ponitur cum remotiori.

¶ Accentus, est extensio, remissio uel syllabarum quædam moderatio secundum prolatae dictionis euphoniā.

¶ Accētus acut⁹, grauis, circūflexus, lōgus, breuis, indifferēs, aspiratus, nō aspiratus.

¶ Accentus acutus, est extensio syllabæ.

¶ Accentus grauis, est syllabæ remissio.

¶ Circūflexus, est medio modo se habēs.

¶ Dictio monosyllaba naturaliter lōga circūflectitur, alias acuitur.



¶ Omnis vox dissyllaba, cuius prima est naturaliter longa, & secunda breuis primam circumflectit, alias quomodocumque acuit.

¶ Omnis polysyllaba, cuius penultima breuis est, tertia ante finem acuitur.

¶ Si penultima longa est natura & vltima breuis, penultima circumflectitur; & si vltima breuis non fuerit, acuitur.

¶ Cæteræ syllabæ quæ non acuiuntur aut circumflectuntur modo qui dictus est, grauatur.

¶ Fallacia accentus, est fallacia in dictione ex parte accentus proueniens.

¶ Fallacia accētus acuti, est fallacia accētus non acuti in acutum conuersi, grauis, & circumflexi, & reliquorum similiter.

¶ Fallacia figuræ dictionis est fallacia in dictione ex parte multiplicis phantastici proueniens.

¶ Finis, prædicamentum, significatio, oratio.

¶ Accētus, est debita syllabarum secundam extensionem aut remissionem, platio, secundam platiæ dictionis euphonia, sonoritate siue uocallitatem. Et is apud Græcos exactissime seruat. Apud primos etiam lingue latine auctores olim seruabatur, quæ accentuum notas & signa in scripturis seruanda tradiderunt, quæ admodum Græci obseruauerunt: sed illorum obseruatio iam ab usu latinorum exoleuit. Quo fit, ut apud Latinos non seruetur accētus nisi in penultima aut antepenultima syllaba, & in cantu certæ modulatiōes, quæ omnino à Græcorum accētū & prisconum latinorum aliena sunt. ¶ Diuisiō autem accentus in accentum grauem, acutum, & circumflexum, longum, breuem, indifferentem, aspiratum, non aspiratum. Accētus acutus, est syllabæ extēsiō: hoc est uehementiore, præctiorēque spiritu prolatio. Accētus grauis, est syllabæ remissio, id est leniore cō-

tractiorēq; spiritu platio. Accentus circumflexus, est syllabæ  
inter extēſionem & remiſſionē moderata, platio. Accētus lō-  
gus, est ſyllabæ lōgæ platio. Breuis, est ſyllabæ breuis, platio.  
Indifferēs, est ſyllabæ cōmunis & ancipitis (quæ interdū lōga  
est, & interdū breuis), platio. Accētus aspirat⁹, est ſyllabæ aſpi-  
rata, platio. Nō aſpirat⁹, est ſyllabæ nō aſpirata, platio. ¶ Po-  
nūtur deinde regulæ accentus, quæ à Francisco nigro in ſuæ  
grāmaticæ æditiōe itidē tractātur. ¶ Primæ regulæ exem-  
plū: ut flos, res, dictio est lōga naturaliter: q̄re accētum habet  
circūflexū. Lōga aut poſitiōe: ut poſt, trās: aut breuis, ut ab, in:  
habet accētū acutū. ¶ Secundæ exemplū: ut gramen, muſa, flu-  
men, primā habet naturaliter longā, & ſecūdā breuē: q̄re i pri-  
mā habet accentū circūflexū. Si autē primā habeat lōgā poſi-  
tiōe, aut primā breuē & ſecūdā lōgā, aut ambas lōgas, aut am-  
bas breues, ut iuſt⁹, ferox, rupes, bene: habet in prima accentū  
acutū. ¶ Tertiæ regulæ exemplū, ut ſcribere, uox est polyſylla-  
ba: habet em̄ plures ſyllabas q̄ duas: cui⁹ penultima est breuis:  
ergo antepenultima habet accētū acutū. ¶ Exemplū q̄rtē, ut ri-  
dere penultimā habet lōgā naturaliter & ultimā breuem: q̄re  
ei⁹ penultima circumſectū. dictio autē clamarēt habet penul-  
timā naturalit lōgā, & ultimā etiā lōgā: ergo eius penultima  
acutū. Cæterę autē ſyllabę quę nō habet accentū acutū aut cir-  
cūflexū, ſicut nunc dictū est, habent accentū grauē. ¶ Falla-  
cia accent⁹, est quę puenit ex mutatiōe uni⁹ accent⁹ in alium:  
& ſumit nomen ſpeciale ab accentu, in quem alius mutat: ut ſi  
nō acut⁹ in acutū mutet, uocat fallacia accent⁹ acuti: ſi nō lō-  
gus in lōgū cōuertat, fallacia accent⁹ lōgi: ſi nō aſpirat⁹ i aſpi-  
ratū mutet, erit fallacia accent⁹ aſpirati. ¶ Et assignatur falla-  
cia accent⁹ tres modi. Primus, qñ ſyllaba lōga in breuē muta-  
tur, & ediuerso: ut om̄e malū est fugiendū, & pomū est malū:  
ergo pomū est fugiendū. Malū uariat ſcđm accentum lōgum  
& breuem: & modo prauū modo pomū ſignificat. Secundus,  
qñ uariatur aſpiratio: ut qñcunq; ab eo, ab aliq̄ loco recedo, at  
cum qd poſſideo illud habeo: ergo cum qd poſſideo ab aliquo  
loco recedo. A eo em̄ ſine aſpiratiōe ſignificat diſcedo, cum  
aſpiratione uero poſſideo. Tertius modus est, qñ una dictio  
in duas diuiditur: ut quicq; fit inuite, fit coacte: at uinū fit in-  
uite: ergo uinū fit coacte. Inuite em̄ una dictio, aduerbiū est,  
& ſignificat nō ſponte. Cum autem duę ſunt dictiōes, ſcilicet  
p̄poſitio in, & ablatiuus nominatiui uitis, ſignificat in uinea.  
¶ Fallacia figurę dictiōis fit ex eo q̄ ppter aliquā ſimilitudi-  
nē dictiōis cū dictiōe, dictio creditur in aliq̄ cū altera cōue-

14

15

71

nire in quo tñ discōuenit. Et eius sunt quatuor modi p̄ quor  
 uocabula artis denotati. ¶ Primus modus, qñ p̄pter cōueniē  
 tiā in finali terminatione dictio creditur aliqd habere qd nō  
 habet: ut dolus & olus eodē modo terminant, sed dolus est ge  
 neris masculini & secūde declinationis, ergo & olus. ¶ Secū  
 dus, qñ sub distributiuo unius prædicamēti sumit dicibile al  
 terius: ut quicqd heri uidisti, hodie uides: sed uidisti heri al  
 hū, ergo albū hodie uides. Nō recte sub distributiuo substātie  
 sumitur qualitas. ¶ Tertius, qñ p̄pter cōuenientiam dictionis  
 cum dictione in aliquo: etiā dictio putatur cōuenire in signi  
 ficatione: ut uidere & docere eiusdem sunt gñis apud grāma  
 ticos, utpote actiui. at docere, actionē significat: ergo & uide  
 re. Si iter operari & secari, cōsimiliter terminātur. at secari,  
 passiue significat: ergo & operari. ¶ Quartus, qñ p̄pter simi  
 litudinē orationis cū oratiōe putatur oratio habere aliqd, ut  
 oppositiōnē, cōuersiōnē, & q̄pollentiā, qualitātē, quantitatem,  
 aut cōsequentiā, & tñ nō habet: ut q̄ hæ duæ sunt contrariæ,  
 omne aial est substātia, & nullū aial est substātia: si putentur hæ  
 duæ etiā esse contrariæ, omne animal fuit in arca Noe, & om  
 ne animal non fuit in arca Noe: quando animal distribuitur  
 pro generibus singulorū solum. Et hic modus est periculosiss  
 simus, & scdm quem etiā periti decipiuntur: nescientes discer  
 nere inter similitudinē & dissimilitudinē.

- ¶ Fallacia extra dictionē, est fallacia que si  
 ne cōsideratione dictionis puenire potest.
- ¶ Fallacia accidētis, est fallacia extra dictio  
 nem proueniens, eo q̄ quicquam videtur  
 esse syllogismus & non est.
- ¶ Attributum, accidēs, res subiecta, anteces  
 dens, conclusio. Attributum, maior extre  
 mitas. Accidens, minor extremitas. Res  
 subiecta, medium.
- ¶ Fallacia secūdum quid ad simpliciter, est  
 fallacia extra dictionem: eo proueniens  
 q̄ quicquā videtur esse enthymema totū

tius in modo aut suæ partis & non est.

¶ Dīctū simpliciter, est terminus ad seipm cum determinatione cum qua prius nō sumebatur sumptum, comparatus.

¶ Dīctū scđm quid, est aggregatū ex dīcto simpliciter & determinatione constitutū.

¶ Per fallaciā à dīcto scđm quid ad dīctum simpliciter cognoscitur fallacia à diffinitione ad diffinitū, à descriptione, interpretatione, à toto in quantitate, à toto vniuersali & cæteræ similes, ad eamq̄ reducuntur: vt enim accidens, syllogismum apparentem: ita hæc fallacia, apparens enthymema communiter continet.

¶ Fallacia ignoratiōis elenchi, est fallacia extra dictionē ex omissione alicui⁹ quatuor particularū, ad idem, scđm idem, similiter, & in eodem tempore, proueniens.

¶ Fallacia petitionis principij, est fallacia extra dictionē, cuius antecedens nō pbat consequens. Falsum, ignotū, magis ignotum, æque ignotum.

¶ Fallacia nō dicitur extra dictionē, q̄ nō cōstituitur ex dictionibus: id em̄ falsum est, cum æque ex dictionib⁹ cōponatur paralogismi fallaciarū extra dictionē, sicut in dictione: sed q̄ nō sumit suā causam apparētiæ ex parte dictionis, neq̄ alius cuius cōpetētis signo ad placitū significātū: & sine illius consideratione, puenire potest: ut in argumentationibus mentalib⁹ ultimatis. Et ergo per fallacias extra dictionē potius decipit q̄ apud se cōsiderādo. Per fallacias uero in dictione: cum alio

disputādo. Prima fallaciaꝝ extra dictionē, est fallacia accidētis, q̄ est quādo aliq̄ argumētatio uidet̄ esse syllogismus, & tñ non est. Cuius modi inuunt̄ p uocabula artis subiūcta. ¶ Pri-  
 mus, quādo defectus syllogismi est ex maiore extremitate. ut omne aīal substāria non est, & oīs homo est aīal: ergo null⁹ homo est substāria. Maior extremitas substāria, sumit̄ parti-  
 culariter in maiore, & uniuersaliter in cōclusionē. ¶ Secundus quādo defectus syllogismi est ex parte minoris extremitatis ut nullū dextrū est sinistrum, & cuiuslibet hoīs oculus est sin-  
 ster: ergo nullius hominis oculus est dexter: ibi oculus, pars minoris extremitatis, particulariter sumit̄ in minore: & uniuersaliter in cōclusionē. ¶ Tertius modus, quādo defectus syllogismi est ex parte mediꝝ: ut cuiuslibet cōtradictionis altera pars est uera, & hō est asinus est cōtradictionis altera pars: igitur hō est asinus est uera. Ibi cū terminus cōtradictio, solū uniuersaliter sumat̄ in maiore, debet esse totū mediū in minore p quintā regulā artis syllogismorū prius dictā: & non hoc ag-  
 gregariū, cōtradictionis altera pars. ¶ Quartus modus, quādo defectus syllogismi, puenit ex parte ācedētis, nō debet̄, aut q̄litate, aut quantitatē seruātis: ut aīal est hō, & oīs equus est ani-  
 mal, ergo equus est homo. Ibi arguitur maiore particulari in prima figura directe. ¶ Quintus modus, quādo defectus syllogismi, puenit ex parte cōclusionis, non seruātis debet̄ aut q̄litate, aut quantitatē: ut oīs hoīo est rationalis, & oīs homo est aīal: ergo omne aīal est rationale. Ibi concludit̄ uniuersaliter in tertia figura. ¶ Fallacia scđm quid ad simpliciter committit̄, quādo aliq̄ argumētatio uidet̄ esse à toto in modo ad suā partē: aut à parte in modo ad suū totū, & tñ non est. Dicit̄ em̄ simpliciter, est terminus sumptus sine determinatione, in cōparatione ad seipsum sumptū cum determinatione q̄li cum q̄, siue diminuēte siue non diminuēte. Cōtrā uero, dicit̄ secundum quid, est terminus sumptus cū determinatione q̄licūq̄, in cōparatione ad seipsum sumptū sine illa determinatione. ut hō est dicit̄ simpliciter: non em̄ ei addit̄ aliq̄ determinatio sed hō mortuus, homo pictus, hō sanus, unūquodq̄ eorū est dicit̄ scđm quid, quia est aggregatum ex dicto simpliciter scđm licet hō, & determinatione mortuus, pictus, sanus, constitutū. Hinc constat oē totum in modo esse dicit̄ simpliciter, non tñ ediuerso: & omnē partē in modo esse dicit̄ scđm quid, non tñ contrā: quia in parte in modo, determinatio debet esse non di-  
 minuens: hoc uero non requiritur in dicto secundum quid.

¶ Huius autē fallaciæ quinq; sunt modi. Primus est, quādo arguitur à toto in modo particulariter sumpto ad eius partē. ut **18**  
 æthiops est hō, ergo est homo albus. Secundus, quādo arguitur à  
 parte in modo ad suū totū uniuersaliter sumptū: ut æthiops  
 non est hō albus, ergo æthiops non est hō. Tertius, quādo de-  
 terminatio est ampliās, ut Adā est homo mortu<sup>9</sup>, ergo est hō,  
 & similiter ex opposito consequētis. Quartus, quādo deter-  
 minatio est distrahēs, ut imago est hō pictus: ergo est hō. Ar-  
 gumētatio sophistica, est argumentatio apparens, ergo est ar-  
 gumentatio. Quintus, quādo determinatio est diminūēs, scđm  
 dum partē integralē, locū aut tēpus, ut æthiops est albus scđm  
 dēres, ergo est albus. Bonū est interficere patrem apud Triba-  
 los, ergo bonū est interficere patrē. bonum est proijcere mer-  
 ces in mare imminēte naufragio: ergo bonū est, p̄icere mer-  
 ces in mare. Et sub hac fallacia comprehendunt omnes malæ ar-  
 gumētationes enthymematicæ, q̄ uident esse scđm aliquē lo-  
 cum dialecticū, & tñ non sunt: ut quādo non recte arguitur per  
 locū à diffinitione ad diffinitū: à superiori ad inferiū, aut e-  
 cōtra: sicut oēs syllogismi apparētes cōrinent sub fallacia ac-  
 cidētis, & peccāt penes eā. ¶ Fallacia autē ignorātiæ elenchi **19**  
 fit, quādo omittit aliq̄ istarū q̄tuor particularū, ad idē, scđm  
 idē, similiter, & in eodē tēpore, postatē in diffinitione elen-  
 chi: & ad rectā cōtradictionē req̄sitā. Cuius q̄tuor sunt mo-  
 di. Primus, quando omittit particula ad idē. Ut duo sunt dup-  
 plū ad unū, & non sunt duplū ad tria: ergo duo sunt duplū &  
 non duplū. Secundus, quādo omittit particula scđm idē: ut  
 sit corpus a bipedale scđm longitudinē & latitudinem, & cor-  
 pus b bipedale scđm longitudinē, sed pedale tārū scđm lati-  
 tudinē: a est æq̄le b scđm longitudinē, & a non est æq̄le b scđm  
 latitudinem: ergo a est æq̄le b & non æq̄le. Tertius, quādo om-  
 mittit particula similiter, ut cognosco Ioānem, & nō cognos-  
 co Ioānem uenientē: ergo cognosco Ioānem & non cognosco  
 Ioānem. Quartus, quādo omittitur particula in eodē tempo-  
 re, ut sit a tempus, plationis primæ p̄positionis, & b tempus  
 secundæ: manus mea est clausa in a, & non est clausa in b, igit  
 manus mea est clausa & non clausa. Non sequit: quia copula  
 nō accipit p̄ eodē tēpore. ¶ Fallacia petitionis principij cō **20**  
 mittit, quādo in bona cōsequētia ācedēs uidet, p̄bare conse-  
 quēs, & tñ non, p̄bat, cū non sit notius, neq; in ueritate manife-  
 stius cōsequente. Cuius q̄tuor sunt modi. Primus, quādo āre-  
 cedens est falsum, ut hō est asinus: ergo hō est aial. Secundus,

quādo ātecedēs est ignotum siue dubiū: ut equus regis ābulat  
 ergo equus ābulat. Tertius, quādo ātecedēs est magis ignotū  
 cōsequēte: ut rex sedet, ergo aliq̄s hō sedet. Est em̄ cōsequens  
 ex sensu cognitum, ātecedens aut̄ minime: q̄re ātecedens est  
 ignotius cōsequēte. Quartus, quādo ātecedens est æq̄ ignotū  
 sicut cōsequēs. ut aliq̄s hō nauigat in seq̄na, ergo aial rationa  
 le nauigat in seq̄na. Qui em̄ dubitat ātecedēs: dubitat & cōse  
 quēs. Et hæc fallacia peccat contra p̄bationem in disciplinis:  
 ubi quicquā demonstratiue, uel dialectice suscipit p̄bandum  
 sum mopere uitāda. nā omnem p̄bationem reddit infirmam.

¶ Fallacia consequētis, est fallacia extra dic  
 tionem, eo quōd cōsequētia uidet̄ con  
 uerti & non conuertitur, proueniens.

¶ Positio cōsequētis, destructio ātecedētis

¶ Fallacia nō causæ ut causæ, est fallacia ex  
 tradictionē ex interēptione p̄missæ sup̄  
 flue syllogismi ad impossibile proueniēs.

¶ Syllogismus ad īpossibile, est syllogism⁹  
 p̄cedēs ex cōtradictorio p̄positionis ne  
 gatae cū vno manifeste vero, ad inferēdū  
 vnū manifeste falsum: ob cuius falsitatem  
 fit regressus ad falsitatem p̄missæ falsæ, ex  
 cuius falsitate per principiū contradicto  
 riorum concluditur veritas propositi.

¶ P̄missa sup̄flua syllogismi ad īpossibile,  
 est p̄missa q̄ posita, uel remota nihil omnia  
 nus remanet syllogismus ad īpossibile: &  
 illa eadem p̄missa, non causa dicitur.

¶ Fallacia secundum plures interrogatio  
 nes ut unam, est fallacia extra dictionem  
 ex eo quidem proueniens quod ex vna

respōsione ad interrogationes plures data, non bene concluditur.

¶ Interrogationes plures ut una, sūt cū plura de uno, aut unū de plurib<sup>9</sup>, aut plura de pluribus interrogant. Singulare, plurale.

¶ Interrogamus plura, cū interrogamus copulatum, aut copulato æquiualens.

¶ Fallacia cōsequētis fit, quādo aliq̄ cōsequētia uidet cōverti & ecōtra ualere: & tñ nō cōuertit. Tunc aut̄ cōuertit cōsequētia, quādo sicut ad antecedens sequitur cōsequens: ita ediuersotia, quādo sicut ad antecedens sequitur cōsequens. ut sicut bene sequitur, homo est aīal, ergo aīal est hō: ita e contra, aīal est homo, ergo homo est aīal. Vbi antecedens primæ est cōsequens scđæ, & cōsequens primæ antecedens scđæ: p analogiā cōuersionis, p positionum categoricarū. Tunc aut̄ non conuertitur, quādo ad antecedens qdem sequitur cōsequens, sed non e contra: ut bene sequitur, homo sedet, ergo animal sedet: sed non contra sequitur, animal sedet, ergo hō sedet. Et in huiusmodi cōsequentijs fit hæc fallacia, & non in primis. ¶ Huius autē fallaciæ duo sunt modi. 22  
Primus, quādo in cōsequētia, q̄ non conuertit, arguit à positione cōsequētis ad positionē antecedētis: ut si hō est, aīal est: ergo si aīal est, hō est. In cōsequētia aut̄ q̄ conuertit recte, fit argumētatio à positione cōsequētis ad positionē antecedētis, & sine fallacia. ut si hō est, rationale est: ergo si rationale est, hō est. Secundus, quādo in cōsequētia, q̄ non cōuertit, arguitur à destructione antecedētis ad destructionē consequētis, ut si hō est, aīal est: ergo si nullus hō est, nullū aīal est. In consequētia uero q̄ conuertit recte, fit argumentatio à destructione antecedētis ad destructionē cōsequētis: ut si hō est, rationale est: ergo si nullus hō est, nullū rationale est: neq; in tali cōmittit̄ hæc fallacia. ¶ Fallacia nō causē ut causē fit, qñ syllogismus ad impossibile addit pmissa sup̄flua & nihil faciens ad integritatem, cōpositionemq; syllogismi: & ppter falsitatem cōclusionis interimit̄ huiusmodi pmissa sup̄flua ac si esset causa falsitatis cōclusionis, cū tñ nō sit causa: quādoq; de ea remota, & nulla alia eius loco posita: æque bene sequitur falsum sicut ipsa posita, ut in hac argumentatione, omne animal est scibile, & omne animal est equus, & omnis homo est animal:



ergo ois hō est equus. Conclusio est falsa, ergo aliq̄ p̄missa  
 & non ista: ois hō est aial, ergo ista, omne aial est sensibile, est  
 falsa. Hic dato syllogismo ad impossibile omne aial est equus,  
 & ois homo est aial: ergo ois homo est equus, addit hęc p̄m̄  
 missa, omne aial est sensibile, q̄ est superflua. nā ipsa remota,  
 & nulla alia eius loco posita, remanet syllogismus ad impossi  
 bile integer æq; sicut ipsa posita: & illa p̄missa interimif ac si  
 esset causa falsitatis cōclusionis, cū tñ non sit causa: quādoq̄  
 ipsa remota, æq; seqtur falsum sicut adiūta: & ergo eadē uo  
 cat p̄missa non causa ut causa, debet aut̄ p̄missa superflua conue  
 23 nire cū syllogismo ad impossibile in aliq̄ termino. ¶ Et sic tres  
 sunt istius fallaciæ modi. Primus quando huiusmodi p̄missa  
 conuenit cū syllogismo in medio. ut in p̄dicto exēplo, aial, est  
 mediū syllogismi, & subiectū p̄missæ superflue. Secūdus, quā  
 do huiusmodi p̄missa conuenit cū syllogismo in maiore ex  
 tremitate, ut si dato syllogismo addat̄ p̄missa omne hinnibū  
 le est equus, cuius p̄dicatū equus, est syllogismi maior extre  
 mitas. Tertius, quādo huiusmodi p̄missa cōuenit cū syllogis  
 mo in minore extremitate, ut si dato syllogismo adiungatur  
 p̄missa superflua, ois homo est risibilis: cuius subiectum hō, est  
 syllogismi minor extremitas. Et habet hęc fallacia cōuenien  
 tiā cum sc̄do peccato cōtra syllogismos: sicut fallacia petitiō  
 nis principij cū primo. ¶ Fallacia sc̄dm plures interrogatio  
 nes ut unā, fit, quādo ad interrogationē plures, dat̄ una respō  
 sio: ex q̄ non recte data, falsum & inconueniens concluditur,  
 ut demonstrato uno stāte, & altero sedente: suntne hi stantes,  
 uel sedentes? si quis responderit, nō sunt stātes: ex data respō  
 sione una, nō bñ cōcluditur: ergo hic (demonstrato sedēte) nō  
 stat: si respōderit nō sedentes: nō recte etiā cōcludetur: ergo  
 (demonstrato sedēte) nō sedet: & quis nō recte cōcludit: appa  
 rēter tñ cōcluditur, eo q̄ datur unica respōsio. si em̄ duæ da  
 rētur respōdēdo, hic stat & iste sedet, siue iste non stat mon  
 phista qđ apparēter colligeret. ¶ Interrogatiōes autē plures  
 ut una, tripliciter sūt. Primo qñ plura p̄dicata interrogant̄  
 de uno subiecto, ut demonstrato scuto, p̄ media parte albo, &  
 p̄ media nigro, estne hoc albū uel nigrū? Et demonstratis uno  
 ceco & uno uidēte, sūtne hi uidētes uel ceci? Sc̄do, qñ unum  
 p̄dicatū interrogat̄ de plurib⁹ subiectis, ut demonstrato uno  
 albo & altero nigro, estne hoc & hoc albū? Sifr demonstratis  
 duob⁹ cecis & duob⁹ uidētib⁹: sūtne hi & hi uidētes? Ter

tio, quando plura prædicata interrogantur de pluribus subiectis: ut demonstratis uno albo & altero nigro: estne hoc & hoc album uel nigrum? Sic demonstratis duobus cæcis & duobus uidentibus: suntne isti & illi uidentes uel cæci? Et unusquisque triū modorum adhuc dupliciter fit. Primo, quādo interrogatio plures, fit in singulari numero. Secūdo, quādo eadē fit in plurali numero: ut superius adducta declarant exēpla. ¶ Et secūdum hoc sunt duo huius fallaciæ modi, qui innūntur per uocabula artis: singulare, plurale. Primus est, quādo ad interrogationē plures, in singulari numero factam, male datur una responsio. Ut demonstrato scuro pro media parte albo & pro reliqua nigro, si quærat, estne hoc album uel nigrum? Si quis responderit album: ergo quā media parte nigrum est, est album. Et consimili ratione dicendum est nigrum: cum tantundē habeat unius coloris quantū alterius: ergo nigrum est album, quod est inconueniens. Si uero respondeatur totū esse nigrum: ergo media parte album est nigrum, & eadem quoque ratione dicendum esset album: quare album est nigrum, quod iterum est inconueniens. Fuit itaque respondendum: totum esse partim quidem album & partim nigrum. ¶ Secundus modus est, quādo ad interrogationem plures, in plurali numero factam inconuenienter datur una responsio. Ut demonstrato uno cæco & uno uidente: si quærat, suntne hic cæci uel uidentes? Si respondeatur eos esse cæcos: ergo hic uidens est cæcus. Si uidentes respondit fuerit, protinus subinfertur, ergo hic cæcus est uidens. Non ita sanē respondendum erat: sed ut interrogatio erat plures: ita & responsio esse deberat hoc pacto: hic est uidens, & hic est cæcus. ¶ Interrogatur autem plura in proposito, quando interrogatur copulatum: hoc est, ex diuersis dictionibus per coniunctionem complexum, ut suntne hic & hic uidentes? aut quando interrogatur copulatum æquiualens: cuiusmodi est terminus pluralis includens coniunctionem copulantiem suam singulare geminatum, ut utriusque hic (demonstrato uno uidente & uno cæco) sunt uidentes? Vbi subiectum æquiualeat huic copulato: hic & hic. ¶ Unde si demonstrantur unus uidens & unus cæcus, ista est falsa, isti sunt uidentes, si pronomen isti includat coniunctionem copulatiuam diuiniue sumptam, & geminet suum singulare respectu eiusdem prædicati in propositione copulatiua. Nam sensus est, iste est uidens, demonstrato primo, & iste est uidens demonstrato secundo. Quæ quidem copulatiua, gratiā alterius partitis falsæ, est falsa. Et tiam ista est falsa, isti non sunt uidentes, cæcis falsæ, est falsa.

piendo p̄nomen eodem modo quo prius. Nam sensus est, iste non est uidens, & iste non est uidens: quæ quidem copulatiua etiã gratia alterius partis falsæ, est falsa. Neq; datæ duæ propositiones cõtradicunt: quin potius sunt adinuicem cõtrariæ. Nam coniunctio copulatiua diuisiue sumpta, æquipollet signo uniuersali. & copulatũ per eam, resoluitur & explicatur per signum uniuersale: quare propositio isti sunt uidentes æquipollet huic, uterq; istorum est uidens. Et hæc, isti non sunt uidentes: huic, uterq; istorum non est uidens: cum distinctio includens cõiunctionem copulatiuam, ex quo negationem præcedit, non per eam inuitatur à priori acceptione. At propositiones, uterq; istorum est uidens, & uterque istorum non est uidens, sunt cõtrariæ per diffinitionem: ergo & suæ æquivalentes: isti sunt uidentes, & isti non sunt uidentes sunt cõtrariæ. Nam de æquivalentibus idem est iudicium. Cæterũ cũ cuilibet propositioni assignanda sit cõtradictoria: huius, isti sunt uidentes, cõtradictoria est hæc, non isti sunt uidetes. Vt enim manente eodem signo in cõtradictorijs negatio debet præponi signo: sic manente illo quod idem includit signũ: negatio illi debet præponi. At subiectũ isti (ut ostensum est) includit signum uniuersale, & reddit propositionem uniuersalem: igitur ad dandam datæ propositionis cõtradictoriam debet negatio præponi subiecto, & ea impedit coniunctionem copulatiuam, mutatq; eam in coniunctionem distinctiuã diuisiue sumptã. quare hæc: nõ isti sunt uidetes, sic explicatur: iste nõ est uidens, uel iste nõ est uidens: quæ distinctiua gratia alterius partis est uera: igitur & hæc ei æquiualens non isti sunt uidetes, etiam est uera. Sic cõtradictoria huius, isti non sunt uidetes: est hæc, non isti non sunt uidetes: cum uniuersalis modus dandi cõtradictionem, est toti propositioni præponendo aut præpositã auferendo negationẽ. Et illa explicatur p̄ distinctiuã uã, iste est uidens, uel iste est uidens, gratia alterius partis uera: quare & eius æquiualens, scilicet, propositio explicata est uera. Vnde hæc: nõ isti non sunt uidentes, est particularis affirmatiua: sicut sua æquiuales, alter istorum est uidens. Et hæc, nõ isti sunt uidentes particularis negatiua: sicut & sua æquiualens, alter istorum non est uidens. Nempe utriusq; de extremis pluralibus propositionis subiectum, includit cõiunctionem distinctiuã suum singulare geminatum connectentem. Quare ut hæc quatuor propositiones, uterq; istorum est uidens, & uterq; istorum non est uidens, alter istorum est uidens, &

alter istorum non est uidentis, inter se habet quatuor oppositio-  
 num species: sic & hæc quatuor eis ostensæ æquivalentes, isti  
 sunt uidentes, isti non sunt uidentes, non isti non sunt uidentes,  
 non isti sunt uidentes, inter se quadrifariam opponuntur. Verum  
 si in prima data, propositione, isti sunt uidentes, demonstratis  
 si in prima data, propositione, isti sunt uidentes, demonstratis  
 p̄ subiectū uno uidente & altero cæco, pronomen includit con-  
 iunctionē copulatiuam collectiue sumptam, & quæ geminet  
 suū singulare collectim acceptū: ipsa est falsa. Nam sensus est,  
 isti simul sunt plures uidentes: quod non est uerū, cum sit solum  
 unus uidentis, & est singularis affirmatiua. Pronomina em̄ pri-  
 mitiua & pluralia cōiunctim accepta includentiæ cōiunctio-  
 nē collectim sumptā, sunt termini singulares: & loco subiecti  
 posita, reddunt, propositionem singularem. Eius autē contradic-  
 toria est, isti non sunt uidentes, sumendo, pronomen isti, colle-  
 ctim: ut in altera sumebat. Et hæc singularis, est negatiua ue-  
 ra, cū sensus sit, isti omnes simul non sunt uidentes: quod uere  
 est. cū p̄ hypothesin sit unus non uidentis. Etiam datæ proposi-  
 tionis cōtradictoria est hæc, non isti sunt uidentes, capiēdo, p̄  
 nomen isti, collectim, cū æquipollet priori singulari negati-  
 uæ, isti non sunt uidentes: quādoquidē nullum sit discrimen an  
 negatio termino singulari præponatur an postponatur. Et ne-  
 gatio præposita pronomini collectim sumpto, non demutat ip-  
 sum à pristina acceptione, neq; facit sumi disiunctim: cū nega-  
 tio cadēs in terminū singularem, nullam in ipsam agēdi uim  
 habeat, sed intactum, intrāsmutatū meq; relinquat. Neq; ex di-  
 ctis sequitur duas istas propositiones: isti sunt uidentes, capiē-  
 do subiectū diuisiue in una, & in altera collectiue, æquipol-  
 lere: quia eandē habeāt cōtradictoriam, non isti sunt uidentes.  
 Nam hæc negatiua non est eadem scdm nomen & rem, cum  
 utriq; cōtradicit. Vt enim contradictoria primæ, est particu-  
 laris negatiua, includens coniunctionē disiunctiuam diuissim  
 sumptam. Vt uero contradictoria scdæ: est singularis negati-  
 uā includēs coniunctionem copulatiuā collectiue sumptam.  
 Neq; sequitur: isti non sunt uidentes, capiēdo subiectum colle-  
 ctim, ergo iste non est uidentis: quāuis sequatur subiecto diuissim  
 sumpto: cum demonstrato per subiectum consequentis uiden-  
 te, & seruata hypothesi p̄posita, antecedēs est uerum & conse-  
 quēs falsum. Nā quāuis à copulato diuissim sumpto, sicut & à  
 tora copulatiua cui æquipollet ad partem copulati ualeat cō-  
 sequentia: non tñ à copulato cōiunctim sumpto, cū ad ipsum  
 non sequitur copulatiua, Vt non sequitur: isti trahunt nauem,

demonstratis quatuor simul trahētibz, ergo iste, demonstrā  
 to uno, trahit nauem: sumendo in antecedente subiectū colle  
 stiuē. Imō si essent nouē uidētes & unus cæcus, illis decē de  
 monstratis, uerū est dicere, isti non sunt uidentes, & q̄ plures  
 sunt nō uidentes q̄ uidentes: nā decem sunt nō uidētes, & solū  
 nouē uidentes. Et summarim quādo plura diuerso & opposi  
 to modo se habentia demonstrātur: de illis collectim sumptis  
 uere negatur terminus pluralis alterū illorū designans: imō  
 utrunq; relatiue, priuatiue, aut cōtrarie oppositōze, aut repu  
 gnantiū de illis uere negatur. Vt si sit unus stans & alter sedēs,  
 hæc est uera, isti non sunt stantes. & etiā hæc, isti non sunt se  
 dentes. Sic de duobus quorū unū est albū & alterū nigrū uere  
 dicitur: hæc nō sunt alba. similiter hæc nō sunt nigra. In præ  
 dicatis autem contradictorie oppositis secus euenit: quorum  
 si terminus pluralis finitus de aliquo quod est, negatur: eius  
 terminus infinitus de eodem affirmabitur: cum non possint  
 ambo dicibilia contradictoria simul de eo quod est, negari.  
 Sed his amplius q̄ par fuerit immoratum est: cum solum ad  
 sophismata applicationem habeant.

**¶ Recta solutio, est defectus uel defectuū  
 malæ argumentationis manifestatio.**

**¶ In paralogismis, omne multiplex indi  
 stinctum parit confusionem.**

**¶ Omnis propositio argumentationis sophi  
 sticæ in qua est multiplex, ratione cuius  
 prouenit fallacia, est distinguenda.**

**¶ Fallacia æquiuationis, amphibologiæ,  
 compositionis, diuisionis & accentus, solu  
 uitur multiplex distinguendo, & defectū  
 aut defectus manifestando, item & conse  
 quentiam distinguendo.**

**¶ Fallacia figuræ dictionis soluitur, conse  
 quentiam negando & defectum similiter  
 dinis manifestando.**

¶ Hæc fallaciarum periculosissima est, & multæ impietatis sedes.

¶ Fallacia accidentis, a secundum quid ad simpliciter, ignorantia elenchi, consequentis, non causæ ut causæ, secundum plures interrogationes ut unam, soluitur consequentiam negando, & defectum aut defectus manifestando.

¶ Fallacia petitionis principij soluitur, aut antecedens negando, aut dubitando, aut defectum manifestando.

¶ Nō minoris est artis recte paralogismos soluere, q̄ eos componere: idcirco dato q̄cūq; paralogismo soluēdo: respiciēdū est an unū solū habeat defectū cōtra rectā argumētationē, quē manifestādo datur recta solutio, ut paralogismi oīs canis est currēs (intelligēdo de cane domestico) & sid⁹ celeste est canis: ergo sidus celeste est currēs: recta solutio est ostēdēdo mediū equo ce sumi in maiore & minore: & idcirco argumētationē esse malā. Vel utrū datur paralogism⁹ plures uno habeat defectus: quos iterū oīs manifestādo datur recta solutio, ut aīal est hō, & oīs equus est aīal: ergo oīs equus est homo. Cuius recta quidē solutio est nō ualere paralogismū, primo, quia maior est particularis in prima figura, scđo, quia ex p̄missa particulari syllogizatur cōclusio uniuersalis. ¶ At quia multorū paralogismorū & argumētationū sophisticarū defectus contingūt ratione multiplicis, siue p̄positiōis plures sensus habētis: ideo cōsequēter ponitur regula q̄ in argumentariōibus sophisticis, p̄positio multiplex non distincta in diuersos sensus q̄s habet, facit fluctuationē intellect⁹, ambiguitatē, & incertitudinē. Est em̄ multiplicitas, ut tenebrę aliquē locū occupantes, q̄ ambulāti in ipsis faciūt errorem & ignorantiā, ut nesciat oīno quō uadat. ita multiplici nō distincto, intellectus qd uerū & qd falsū sit, discernere nequit. Proinde om̄ne multiplex, quicquid etiā in om̄i sensu sit uerū, est distinguēdū, ut canis est substantia. Tollit em̄ distinctio cōfusionē sicut lumē illatū depellit tenebras. Quod p̄ sequētē regulā aptius docet, q̄ dicit q̄ oīs

ppositio siue posita in antecedere argumētationis sophistice  
 siue in cōsequēte, in qua quidē ppositione ponitur multiplex  
 ratione cuius uenit fallacia, est distinguenda, ut si multiplex  
 ponatur solū in maiore, sola maior est distinguēda. Si solū in  
 minore, distinguenda est minor. Si in cōclusionē: cōclusio. Si  
 in maiore & minore: maior & minor distinguēde sunt: & sic  
 de alijs. ¶ Sequētis uero regulę qnq; sunt partes. Prima. Falla  
 cia æquocatiōis, soluitur multiplex distinguendo, & defectū  
 aut defectus manifestādo, ut oīne sanū est aīal, & urina est sa  
 na: ergo urina est aīal. Sanū æquiuocū est. Primo quod habet  
 sanitatē, & sic maior est uera & minor falsa. Secūdo: quod si  
 gnificat sanitatē, & sic maior est falsa & minor uera. & utro  
 q; modo ex altera pmissā: falsa, sequit cōclusio falsa. Si ue  
 ro in maiore primo modo & in minore scdo modo accipiat:  
 ex pmissis ueris sequit cōclusio falsa: sed cōmittitur fallacia  
 æquiuocationis, ppter mediū æquiuoce acceptū. ¶ Scda pars  
 est. Fallacia amphibologię soluit multiplex distinguēdo, &  
 defectū aut defectus manifestādo: ut oīs liber Aristorelis pos  
 sidetur ab Aristotele, sed logica Sortis est liber Aristorelis:  
 ergo logica Sortis possidet ab Aristotele. oratio, liber Aristo  
 relis, est multiplex. Priō denotat habitudinē causę efficiētis,  
 & significat idē qđ liber cōpositus ab Aristotele: & sic maior  
 est falsa & minor uera. Scdo denotat habitudinē possessionis,  
 & significat idē qđ liber possessus ab Aristotele. & sic ediuer  
 so maior est uera, & minor falsa. Et utroque modo ex altera  
 pmissā: falsa, sequitur cōclusio falsa. Si uero in maiore secūdo  
 modo & in minore primo modo capiat: utraq; pmissā: uera  
 est & cōclusio falsa, sed ob fallaciā amphibologię qđ tūc cōmit  
 titur. ¶ Tertia pars. Fallacia cōpositiōis, soluit distinguendo  
 multiplex & defectū manifestādo, ut qcūq; scit literas nūc,  
 didicit illas, atqui grāmaticę peritus scit literas: ergo nūc di  
 dicit illas. Oratio, qcūq; scit literas nūc didicit illas, est mul  
 tiplex. Priō cōposita, ut aduerbiū nūc, determinat uerbū di  
 dicit: & in eo sensu falsa est, ex eaq; recte sequitur cōclusio fal  
 sa. Scdo est diuisa, ut in ea aduerbiū determinat uerbū pꝛe  
 cēs scit, & in eo sensu est uera, sed nō recte sequitur cōclusio ob  
 mutationē sensus diuisi in cōpositū. ¶ Quarta pars. Fallacia  
 diuisionis, soluit distinguēdo multiplex: & defectū, aut defe  
 ctus manifestādo, ut qcquid uiuit semp, est. Sortes aut uiuit,  
 ergo Sortes semp est. maior est duplex. Vel cōposita, ut ad  
 uerbiū semp, determinat uerbū pꝛcedens, & sic uera est: sed nō

recte datā inferēs cōclusionē ob trāslationē determinatiōis  
 ad aliud uerbū. Vel diuisa, ut in ea aduerbiū determinat uer-  
 bū sequēs, & sic est falsa & recte inferēs cōclusionem falsam.  
 ¶ Quinta pars. Fallacia accētus, soluiſt diſtinguēdo multiplex,  
 & defectū manifeſtādo. Vt omne malū est fugiēdū, pomū autē  
 est malū; ergo pomū est fugiēdum. malū penes accētū, uariū  
 est. Primo in priore ſyllaba accētū habet breuē: & sic maior  
 est uera & minor falſa. Scđo in eadē ſyllaba accētū habet lon-  
 gū, & sic maior est falſa & minor uera. & utroq; modo bene  
 ſequitur cōcluſio. Si autē in maiore accētū habeat breuē & in  
 minore longū, ex utraq; pmiſſa; uera, inferitur quidē cōclu-  
 ſio falſa, ſed nō recte ob accētus mutationē. ¶ Sequentis regu-  
 la de ſolutione paralogiſmō; fallaciæ figurę dictiōnis exē-  
 plū, ut dolus & olus in eandē exeunt terminationē: ſed dolus  
 est maſculini generis & ſecundæ declinationis, ergo & olus:  
 Cuius admiſſa maiore & minore: negandum est conſequens  
 & cōſequentia. quia eſt data nomina in terminatione conue-  
 niunt: nō tamen oportet ipſa idcirco in genere & declinatio-  
 ne cōuenire. ¶ Hæc autem fallaciæ; periculoſiſſima dicitur, 29  
 quia opponitur loco dialectico efficaciſſimo ad quidpiā pro-  
 bādum, ſcilicet loco à ſimili, qui innititur analogiis, quod ſa-  
 ne docēdi genus facillimū est & ſciētis accōmodatiſſimū. Et  
 ſicut argumentādo in hiſ, penes q̄ est ſimilitudo, puenitur ad  
 digniſſimas cognitiones: ita cōtrā argumētādo in hiſ in qui-  
 bus est diſſimilitudo (quod fit p fallaciā figurę dictiōnis præ-  
 ſeferentē speciē loci à ſimili, ſed ab eo lōge declinātem) quis  
 deuoluitur in errorem & ignorāciam, hinc multę impietatis  
 ſedes dicitur. ¶ Subiuncta autem regula docet omnes fallacias 30  
 extra dictiōnem (excepta fallacia petitionis principi) eodē  
 modo ſoluendas eſſe, ſcilicet negando cōſequentiā, & defectū  
 manifeſtādo. ¶ De fallacia accidētis exēplū, ut cuiuſlibet con-  
 tradictiōis altera pars est uera, at ppoſitio, hō est aſin⁹, est cō-  
 tradictiōis altera pars: ergo ppoſitio hō est aſin⁹, est uera. Cu-  
 ius cōceſſa maiore & minore, negādū est cōſequēs est & cōſe-  
 quētia, q̄a in eo pl⁹ ſumit p medio in p̄dicato mioris q̄ fuerit  
 diſtributū in ſubiecto maioris q̄a est contra naturā ſyllogiſ-  
 mi. ¶ De fallacia ſcđm qd ad ſimpliciter exēplū, ut Adam est  
 ens intelligibile, ergo Adā est ens. Cuius admiſſo añcedente,  
 negetur cōſequens & cōſequentia, quia in eo fit argumētatio à  
 parte in modo ad ſuū totū cum determinatione ampliante,  
 quod est contra illius loci rectitudinem. ¶ De fallacia igno-



stantiæ elenchi: ut quatuor sunt duplū ad duo, & non sunt duplū ad tria: ergo quatuor sunt duplū & nō sunt duplū. Cuius utraq; antecedētis parte admīssa, negādū est cōsequens & cōsequētia: quia omittitur particula, ad idem, requisita ad cōtradictionem. ¶ Fallaciæ cōsequentis exemplū. Vt si pluit, terra est madida: ergo si terra est madida, pluit. Cuius cōcesso antecedēte, negādum est cōsequēs & cōsequētia: quia in data cōsequētia, quæ nō cōuertitur, nō recte ex cōsequente sequit̄ antecedens. ¶ Fallaciæ nō causæ ut causæ exemplū: ut omne animal est substātia, & omne animal est irrationale, omnis autē homo est animal: ergo omnis homo est irrationalis. Conclusio est falsa, igitur & aliqua præmissarū: & nō hæc, oīs homo est animal, igit̄ ista, omne animal est substātia. Cuius admīssio toto assumpto, negādū est cōsequens & cōsequētia: quia male interimitur præmissa superflua, omne animal est substātia, cum nō sit causa falsitatis cōclusionis: sed fuerat interimenda præmissa falsa, omne animal est irrationale. ¶ De fallacia scđm plures interrogationes, ut unam, exēplum, uno demōstrato ut cæco, & uno uidentē, sūntne hī uidentes uel cecī? Si dixeris nō uidentes: ergo hic (demōstrato uidente) nō uidet. si responderis non cæci: ergo hic (demōstrato cæco) non est cæcus, negatur consequētia: quia ex illa respōsione una data: nō bene concluditur. antecedēs enim uerū & cōsequens falsum. ne tamen sophista in talibus interrogationibus apparenter cōcludat: dādæ sunt plures respōsiones: ut hic uidet & hic cæcus est. ¶ In fallacia deniq; petitionis principiū (ut ultima docet regula) si antecedēs est falsum: soluitur paralogismus, negādo ipsum antecedens: ut omne animal est lapis, ergo omnis homo est lapis. Cuius cum falsum sit antecedens: minime probat cōclusionem. Si uero antecedēs fuerit dubiū, æque ignorū uel magis ignorū cōsequēs, soluitur paralogismus dubitādo antecedens: ut æthiops est ambulās, ergo aliquis homo est ambulans. Cuius dubitandum est antecedēs, cū nequaquā cōstet eius ueritas. Similiter homines habitantes in India sedēt, ergo homines sedēt. Antecedens cum ignotius sit cōclusionē, dubitandum est.

### Ars obligationum.

¶ Obligatio

Positio

Depositio

Positio dubitationis

Positio distinctionis,

¶ Positio

Categorica	tiua
Hypothetica	Singularis affir.
¶ Categorica	Singularis nega
Vniuersalis affirma	tiua
tiua.	¶ Hypothetica
Vniuersalis negatiua	Conditionalis
Particularis negatiua	Copulatiua
Particularis affirma	Disiunctiua.

**O**bligatio, est ad aliqd ppositū ostē  
dēdū, scdm aliquē rñdendi modū  
deuinctio. Deuinctio, ligatio.

¶ Modi respondēdi, sunt cōcedere,  
negare, dubitare, distinguere. Propos  
itio, propositum, enūtiatio, enuntiabile.

¶ Positio, est ad aliquod propositum cōce  
dendum obligatio.

¶ Depositio, est ad aliquod propositū ne  
gandum obligatio.

¶ Positio dubitationis, est obligatio ad ali  
quod propositū dubitandū. Positio distin  
ctionis, est obligatio ad aliquod propo  
situm distinguendum.

¶ Positio categorica, est ad ppositionē ca  
tegoricam concedendam obligatio.

¶ Positio vniuersalis affirmatiua, est ad vni  
uersalem affirmatiuā cōcedēdā obligatio.

Et cætera per analogiam.

¶ Diuiditur primū obligatio in quatuor species ordine superpositas. Quarum quælibet subdividitur sicut enuntiatio siue propositio aut positio, in positionē categoricā & hypotheticā. Positio categorica, in positionē uniuersalē affirmatiuā uniuersalē negatiuā, particularē affirmatiuā, particularē negatiuā, sub qua & indefinita cōtinet, singularē affirmatiuā singularē negatiuā. Positio hypothetica diuidit in positionē cōditionalē, copulatiuā & disiunctiuā. Alię tres obligatiōis species cōsimiliter diuidātur. ¶ Deinde ponit obligatiōis diffinitio, in qua deuinctio, gñis locū obtinet, idem significans qđ ligatio, restrictio, siue cōartatio qua opponēs astringit respondētē ad aliqd propositū, hoc est propositionē ostendendā: scđm aliquem respondendi modū, scilicet uel cōcedendo, uel negādo, uel dubitādo, uel distinguendo. Scđm qđ qđem quatuor respondendū modos, sumūtur quatuor species obligatiōis. ¶ Ois aut obligatiō, ex nota obligatiōis cōstat & obligato. Nota obligatiōis est uerbū qđ opponēs obligatiōnē rñdendi insinuat: ut pono tibi istā, est nota positionis. depono tibi istā: nota depositiōis. dubie pono tibi istā: dubiæ positionis. pono tibi istam distinguendā: nota est positionis distinctionis. Obligatū aut, est propositio in obligatiōe cū nota obligatiōis sumpta: ut pono tibi istam ois homo est dormiens. propositio, ois homo est dormiens, est obligatū. Obligatio ʒo, est aggregatū ex nota obligatiōis & obligato. ¶ Propositū aut hoc in loco, est propositio obligatiōnem, proposita & ostendenda. Et uocat interdū propositio, interdū enūtiatio, interdū enūtiabile: que qđem quatuor hic idem significāt. ¶ Deinceps obligatiōis species diffiniūtur: quarū prima scilicet positio, est obligatiō ad cōcedendā, propositiōnem, propositā: ut pono tibi istā, ois homo est uigilās, hoc est, obligo te ut eā cōcedas. Depositio ʒo, est obligatiō ad negādū, propositiōnem, propositā: ut depono tibi istā: aliqđ homo nō est uigilās, hoc est, obligo te ut eā neges. Positio dubitationis, est obligatiō ad dubitandū, propositiōnem, propositā, ut dubie pono tibi istā, ois homo habitās in India dormit: hoc est, obligo te ut eā dubites. Positio distinctionis, est obligatiō ad, propositiōnē, propositā distinguendā: ut pono tibi hanc distinguendam, ois canis est aīal, hoc est, obligo te ut eā distinguas. Positio categorica, est ad, propositiōnem categoricā cōcedendam positio, & hypothetica ad hypotheticā. & ita de alijs speciebus: ut speciale nomen positum ad diffinitū, etiā ponatur in diffinitione, quod per analogiam facile factū.

## ¶ Regulae.

- 1 ¶ Nunquam duæ adinuicem cōtradictorie sunt simul concedendæ aut negandæ.
- 2 ¶ Impossibile nunquam concedendum est: aut necessarium negandum.
- 3 ¶ Quoties positū infra tēpus obligatiōis tibi ppositū fuerit: ipsum est concedendū.  
¶ Positum, est propositio per positionem concessa.  
¶ Tēpus obligationis, est tēpus totius disputationis aut quousque ad repugnans opponens obliget respondentem.
- 4 ¶ Omne sequens exposito, infra tempus obligationis concedendum, & repugnans negandum est. Consequens sequens, & pertinens sequens, idem.

¶ Prima regula obligationum, intelligitur de duobus cōtradictorijs nunq̄ simul & in eadem obligatione aut concedendis aut negandis: q̄a in diuersis obligationibus nihil prohibet utranq; cōtradictoriarū concedere aut negare: cum diuersæ obligatiōes ab eodē fiant p̄ diuersis t̄pibus: quare illarū propositionū in diuersis obligatiōib; ppositarū copulæ nō accipiuntur pro eodē t̄pe: & ergo reuera non sunt cōtradictoriæ.  
¶ Si q̄s igitur unā cōtradictoriarū in obligatione cōcesserit: nō debet durāte t̄pe illius obligationis etiā in altera temporis particula alterā concedere. Qm̄ omniū p̄positionū infra tēpus obligationis, ppositarū, copulæ pro eodē tēpore accipiuntur & ita cōcedendæ aut negandæ sunt, p̄positiones ac si omnes in eadē temporis parte essent, ppositæ. Vt si ista sit concessa per obligationē, omnis homo dormit: deinde interiecto aliquāto tempore & interea alijs, p̄positionibus propositis, proponatur in eadem obligatione ista, aliquis homo non dormit, non est ipsa cōcedenda: quoniam si cōcederetur, admitteretur es-

se uera, p eodē penitus tēpore p q̄ sua cōtradictoria fuerat cō  
 cessa: q̄re duæ contradictoriae essent simul ueræ. Similiter si  
 fuerit hec negata, ois homo uigilat: non est sua cōtradictoria  
 etiã post interpositã temporis morã negãda. Alioq̄ duæ con  
 tradictoriae admitterent esse simul falsæ. ¶ In sc̄da regula, im  
 possibile idē est quod, ppositio impossibilis, q̄ nunquã in obli  
 gatione est cōcedēda, cū p diffinitionē sit semp̄ falsa, ut ois ho  
 mo est lapis. Necessariū uero, idem est quod, ppositio necessa  
 ria, q̄ in obligatione nunquã est negãda cū p diffinitionē sit se  
 per uera, ut ois homo est aīal. ¶ Propositio aut̄ possibilis: cum  
 primo loco pposita fuerit, semp̄ est cōcedēda, quãuis etiam  
 sit falsa, ut si primo ponat̄ ista, ois homo est ambulās: tamen si  
 falsa sit, tñ est concedēda. Deinde ceteræ ppositiones q̄ sub  
 ante, pponent sc̄dm̄ habitudinē ad primo positã, ppositionē,  
 aut cōcedēdæ sunt aut negãdæ: euitandūmq̄ est ut quauis  
 fuerit cōcessum falsum: quia tamē possibile est, ex eo nō cōce  
 dat̄, neq̄ permittat̄ seq̄ impossibile. ¶ Tertiæ regulæ exēplū.  
 Ut pono tibi istam, ois homo dormit. cōcedat̄, quia possibilis  
 est. deinde ppono tibi istã, tu es homo. cōcedat̄, quia est impo  
 tinēs uera. Deinceps ppono hãc, tu dormis: concedat̄ quia se  
 q̄tur ex posito & cōcesso. deinde ppono hanc: tu scribis. nege  
 tur: quia est repugnās concessio. Iterū ppono tibi istã, ois ho  
 mo dormit: concedat̄, quia est ppositio prius p obligationem  
 cōcessa. Deinde ppono hãc, nullus homo uigilat: concedat̄, q̄  
 seq̄tur ad positū p locū à repugnātibus. Postea ppono istam,  
 tu non uigilas: concedat̄, quia seq̄tur ex concessio p locū à toto  
 in quãritate. deinde ppono hãc, tu uides: neget̄, quia repugnat  
 concessio. Postea hãc, tu respōdes ad positū: neget̄. Inde hanc:  
 tu disputas p obligationem neget̄, quia repugnās cōcesso. De  
 m̄q̄ ppono ppositionē primo, ppositã ois homo dormit: ite  
 rum ea concedat̄. Et si deinde interuallo tēporis facto, alijq̄  
 ppositis, ppositionibus eadem denuo, pponat̄, est concedēda  
 q̄t̄iescunq̄ etiã id fiat. ¶ Quoniã si prius p positionē concessa  
 postea in eadē obligatione negaret̄: idem simul cōcederet &  
 negaret̄, quod est cōtra primã regulã: cum tūc simul concede  
 rent, aut negarent duæ ppositiones cōtradictoriae. Tempus  
 autem obligationis, est totū tēpus q̄ opponens, p obligationē  
 factã, disputat cum respondēte: aut quisq̄ ex cōsensu opponē  
 tis finit obligatio prior, & opponēs obligat respondētē alia  
 obligatione ad aliud, ppositū. Quod cū facit opponēs, dicit re  
 spondētī cedat tēpus obligationis: q̄ q̄dem admissio, incipit no

3

2

3

4

ua obligatio & nouū obligationis tempus. ¶ Quarta regula, 4  
 duas habet partes. Prima, omne sequēs exposito infra tēpus  
 obligationis, est cōcedēdū. Sequēs exposito, est ppositio q̄ se  
 q̄tur ad positū. Vt si ponat ista, oīs homo est Romā: admitta  
 tur, quia possibilis. Deinde pponat ista, nullus homo est Pari  
 sī: concedat, quia sequitur ad positum, oīs homo est Romā, per  
 locū à repugnātibus. Similiter si ponat ista, oīs homo est mor  
 tuus, admittat: quia possibilis. Deinde pponat ista, nullus ho  
 mo est uiuēs: est cōcedēda, quia sequitur ad positū, p locū à re  
 pugnātibus. ¶ Vnde cōstat aliter in obligatione respōdendū 5  
 esse, q̄ extra obligationem. Nā aliq̄ ppositio in obligatiōe est  
 cōcedēda: q̄ extra obligatiōē esset negāda: ut in priore exē  
 plo ppositio, null⁹ homo est Parisī, est cōcedēda, quia sequēs  
 exposito, extra tñ obligatiōē esset negāda, quia falsa. Verū  
 in obligatione non tā ueritatis, aut falsitatis, ppositionum ha  
 bet ratio, q̄ habitudinis eaz̄ ad ppositionem positā, aut ppo  
 sitiones pri⁹ ppositas. Considerādū est em̄ utrū ppositiones  
 posterius ppositæ sunt consequentes, repugnātes, aut impti  
 nentes ad ppositiones antē ppositas: & scdm̄ illius exigentiā  
 sunt concedendæ, aut negādæ. ¶ Ad quod facile & prompte 6  
 cognoscendū, opus est p̄p̄titudine & exercitatione in locis  
 dialecticis & cæteris argumentationū formis. Ad quas p̄spi  
 ciendas si quis tardiusculus fuerit: facile ab acroponente du  
 cet ad incōueniens. Similiter aliq̄ ppositio in obligatione est  
 negāda, q̄ extra obligatiōē esset cōcedēda, ut cū hæc fuerit  
 posita oīs homo est Romā, & admissa: pponat ista, aliq̄s ho  
 mo est Parisī, est negāda, quia repugnāsposito, & tñ extra ob  
 ligatiōē esset concedēda, quia uera. ¶ Scda pars est, Omne  
 repugnāsposito infra tēpus obligationis est negandū. Repu  
 gnansposito, est ppositio q̄ non potest simul esse uera cū posi  
 to. ut posita hac ppositione, oīs homo est Romā, & admissa,  
 quia possibilis: pponat hæc, aliq̄s homo est Parisī: neganda  
 est, quia repugnansposito. Non em̄ possunt hæc duæ simul esse  
 ueræ, oīs homo est Romā, & aliq̄s homo est Parisī. ¶ Quo fit 7  
 ut multū intersit q̄ ordine & loco quæq̄ ppositio in obliga  
 tione pponatur: nam aliq̄ ppositio in obligatione primo lo  
 co posita, est concedenda: q̄ si scdo loco, pponeret esset negan  
 da. Et ppositio scdo loco, pposita est neganda: q̄ si primo loco  
 pponeret, esset concedenda, ut si ista ponat primo, oīs homo  
 est Romā, est concedenda: & deinde pponat ista scdo loco, a  
 liq̄s hō est Parisī: est neganda quia repugnāsposito. si cōtrā,

O

primo loco ponatur ista, aliquis homo est Parisius: est concedenda, quia  
possibilis. & secundo loco subinde, proposita ista, omnis homo est Ro-  
mae: est neganda, quia repugnans posito. Et huius ratio est, quia  
uariatio ordinis & loci, propositionis, proponenda mutat habitum  
dinem eius ad alias, propositiones. ut in prima obligatione pri-  
ma, propositio, omnis homo est Romae, quia primo loco posita, non  
est repugnans posito. In secunda uero obligatione & conuersa, ipsa  
secundo loco proposita: est repugnans posito. Et in prima obli-  
gatione, secunda propositio, aliquis homo est Parisius, est repu-  
gnans, propositioni prius posita: ideoque, neganda. In secunda uero,  
est propositio primo posita & possibilis: ergo admittenda.  
Quare multum refert, quod ordine propositiones disponantur.

¶ Ad impertinens, infra tempus obligationis & extra similiter est respondendum.

¶ Impertinens alicuius, est quod ad ipsum nec sequitur, nec repugnat.

¶ Omnis propositio sequens a te concessio, est con-  
cedenda. & eius opposita, aut repugnans  
infra tempus obligationis est neganda.

¶ Quicquid sequitur ex posito, aut concessio  
si cum opposito bene negati, infra tempus  
obligationis est concedendum.

¶ Repugnans posito & opposito bene ne-  
gati, infra tempus obligationis est negandum.

¶ Quinta regula docet ad impertinens siue positi, siue concessio, &  
aut cuiuscunque alterius in obligatione propositi: eodem modo re-  
spondendum esse infra tempus obligationis sicut extra, & ac si nul-  
la facta esset obligatio. nam si impertinens est uerum: ipsum est  
concedendum. si uero falsum: negandum. ut si ponatur ista, omnis  
homo est dormiens, & admittatur, deinde, proponatur ista, tu  
es homo: est concedenda, quia est impertinens posito & uera, non  
enim sequitur ad positum, omnis homo est dormiens neque ei repu-  
gnat, cum possent ambae simul esse uerae. Similiter si ponatur  
ista, omnis homo est Romae, & admittatur, quia possibilis, deinde  
de, proponatur ista, tu es Romae (demonstrato eo qui est Parisius)

fit) est neganda, quia est impertinens posito & falsa. neq; em̄  
 ista, tu es Romæ, sequitur ad hanc, ois homo est Romæ, neq;  
 ei repugnat. nam potest simul cū illa stare in ueritate. Quod  
 non sequitur, patet, quia non bene sequitur, ois homo est Ro-  
 mæ, ergo tu es Romæ, cum possibile sit antecedens esse uerū,  
 consequente existente falso, posita scilicet hypothesi, quod tu  
 non sis. Quod si quis obijciat ibi esse argumentationem à to-  
 to in quantitate ad suam partem: respondendum est huiusmo-  
 di argumentationem esse inuolidam, quia per prædictum lo-  
 cū affirmatiue arguēdo, debet in antecedēte poni constantia  
 partis in quantitate, in uulgaribus saltem, ppositionibus q̄les  
 sunt hę in quibus sunt obligationes. ¶ Nam in propositioni-  
 bus ad disciplinas p̄inentibus: minime obligatio faciēda est. 8  
 Sunt em̄ hę ad dignas contemplationes & æternas ueritates  
 cognoscendas ordinandæ: non ad leuem hanc doctrinam, &  
 nullius momenti artem accommodandæ. In data autem argu-  
 mentatione constante ex ppositionibus uulgaribus, huiusmo-  
 di constantia p̄termittitur: q̄re non est bona. ¶ Sexta regula  
 6 duas habet partes. Prima, ois ppositio sequens à te concessio,  
 est concedenda. Nec ab re q̄dem, nam concessio antecedente:  
 & consequens concedere necesse est. ¶ Propositio sequens à te  
 concessio, est propositio q̄ sequitur ad propositionem à te in ob-  
 9 bligatione concessam, p̄sertim eam q̄ non est posita, quia de  
 posito intelligit quarta regula, ut si ponat ista, omnis homo  
 est uigilans & concedatur, quia possibilis: deinde proponatur  
 ista, tu es uigilans (demonstrato uigilante) est concedenda  
 (quia impertinens posito & uera) p̄ quintam regulam. Dein  
 de proponatur ista, aliquis homo est uigilans: est concedēda,  
 quia sequitur ad concessum, tu es uigilans: ab inferiori ad supe-  
 rius. Deinde proponatur ista, non omnis homo est dormiens,  
 etiam est concedenda, quia sequitur ad concessum aliquis ho-  
 mo est uigilans, p̄ locum à repugnantibus, deinde propona-  
 tur ista, non omne animal dormit: est concedenda, quia sequi-  
 tur ex concessio cum hypothesi subiecti hoc modo, non ois ho-  
 mo est dormiens, & aliquis homo est (quæ sequitur ex concessio  
 aliquis homo est uigilans) ergo non omne animal est dormi-  
 ens: ab inferiori cum constantia subiecti antecedentis, ad su-  
 perius particulariter sumptum. ¶ Sc̄da pars est. Oppositum,  
 aut repugnans ppositionis sequentis ad ppositionē à te cōces-  
 sam, est negandū. Et merito, nam si una contradictoria, aut  
 repugnātiū conceditur uera: altera simul est neganda, ut in



O

p̄dicto exēplo si post hāc p̄positionē, tu es uigilās & cōcessam  
 p̄ponat ista, nullus homo est uigilans, est negāda: quia est op  
 posita istius, aliqs homo est uigilans, q̄ seq̄tur ad p̄positionē,  
 tu es uigilans, à te cōcessam. Similiter si eodem loco & ordi  
 ne p̄ponat ista, ois homo est dormiens, est neganda. q̄a est op  
 posita istius, aliqs homo est uigilans, q̄ seq̄tur ad p̄positionē,  
 tu es uigilans, à te concessam. ¶ Quod si quis post hanc conce  
 sam tu es uigilans, gratia exercitationis cōcedat istam, null⁹  
 homo est uigilans. sic argumentandū est. bene seq̄tur, tu es  
 uigilans, ergo aliqs homo est uigilans, antecedēs cōcessū est,  
 est igit̄ cōcedendū & consequens. Et simul ista est cōcessa, nul  
 lus homo est uigilans, q̄ est cōsequētis p̄dicti cōtradictoria.  
 concedunt igitur duæ cōtradictoriae, quod est contra primā  
 regulam. Et insup, si quis post istam concessam, tu es uigilans  
 cōcesserit istā, ois homo est dormiens: sic cōtra eū est argumē  
 tandū, tu es uigilans, ergo aliqs homo est uigilans, ab inferio  
 ri ad superius particulariter sumptū: antecedēs aut̄ est cōces  
 sum: ergo & concedendū est consequens. Et ista simul est con  
 cessa, ois homo est dormiens sua repugnans, quia non potest  
 simul esse uera cū dato cōsequēte: ergo duæ repugnantes sūt  
 simul ueræ quod est cōtra diffinitionē repugnantū. ¶ Nā ex  
 illo seq̄tur duas cōtradictorias simul esse ueras. Cū em̄ hęc duę  
 sint repugnantes, ois homo est dormiens, & aliqs homo est ui  
 gilans: ergo oppositum cōtradictoriū secundi repugnantis,  
 seq̄tur ad primū repugnans. Quoniam si duæ p̄positiones  
 fuerint repugnantes: oppositum primi seq̄tur ad scđm, & op  
 positū secūdi ad primū idēdem seq̄tur. Recte igitur hoc  
 modo syllogizare licet, ois hō est dormiēs: ergo nullus hō est  
 uigilās. Atqui cōcessum est antecedēs uerū: ex q̄ cōsequēs astrui  
 tur: & ista simul cōcessa est uera, aliquis hō est uigilās. Sūt igit̄  
 tur cōcessę duę adinuicē cōtradictoriae: qđ est cōtra primā re  
 gulā. Quare si cōcedūtur duę repugnātes, simul cōcedunt duę  
 cōtradictoriae. ¶ Septia regula etiā duas habet partes: ad q̄z  
 primā intelligēdā, p̄mittit̄ hęc regula ex quarta & sexta cō  
 posita. Om̄is p̄positio sequēs exposito & cōcesso infra tēpus  
 obligatiōis, est cōcedēda. Nā p̄positio sequēs exposito, est cō  
 cedēda p̄ quartā: & p̄positio sequēs ex cōcesso, etiā est cōcedē  
 da p̄ sextā: ergo p̄positio sequēs exposito & cōcesso sim̄l̄ as  
 sumptis, est cōcedēda. Nēpe nmōi copulatiua cui⁹ prima pars  
 est positū & scđa cōcessum, est copulatiua cui⁹ utraq; pars est  
 cōcessa, cū om̄e positū sit cōcessum, sed non ediuerso: ergo &

tōra cōpulatiua est concessum. At quicquid sequitur ex concessio, infra tempus obligationis est concedendum: igitur huiusmodi copulatiuæ cōstitutæ exposito & concessio cōsequens est cōcedendum: ut si ponatur tibi ista: omnis homo est in India: & admittatur, quia possibilis. Deinde proponatur ista, tu es homo: concedenda est, quia impertinēs uera. Deinde proponatur ista, tu es in India: concedenda est, quia impertinēs uera. Nam bene sequitur: omnis homo est in India, & tu es homo, igitur tu es in India. Quod si immediate postpositum fuisset ista secūdo proposita loco, tu es in India, fuisset negāda: quia impertinēs falsa. Et deinde si tertio loco fuisset ista proposita, tu es homo, fuisset negāda, quia repugnans positō & oppositō bene negari. Similiter si proponatur ista, nullū animal loquitur: admittēda est, quia possibilis. Deinde proponatur ista, omnis homo est animal: admittēda est, quia impertinēs uera. Tertio proponatur ista, nullus homo loquitur: cōcedenda est, quia sequitur exposito & concessio. sic in secūdo primæ. nullū animal loquitur, & omnis homo est animal, ergo nullus homo loquitur. Quarto proponatur ista, tu es homo. cōcedenda est, quia impertinēs uera. Quinto proponatur ista, tu nō loqueris, etiā est cōcedenda. sequitur enim ex duobus prius concessis sic, nullus homo loquitur, & tu es homo: ergo tu non loqueris. Si deinde proponatur ista, tu respōdes ad propositionē in obligatione tibi propositā: est negāda, nā ex ea sequitur oppositū concessi, nam recte sequitur, tu respōdes, ergo tu loqueris. Similiter ergo aliquis homo loquitur & etiā ergo aliquod animal loquitur, quarū oppositæ sunt concessæ. Si deinde proponatur ista, tu negas propositionē tibi propositā est neganda, quia ex ea sequitur oppositum concessi & positi. ¶ Modō omnis propositio ex qua sequitur oppositū concessi aut positi, est neganda. Patet, quia repugnans positi aut concessi est negandum, ut prima regula satis declarat. At huiusmodi propositio ex qua sequitur oppositum positi aut concessi, repugnat positō & concessio: sicut & oppositū positi aut concessi: nam cuiuscūq; repugnat consequens, eidem repugnat & antecedens: sicut quicquid repugnat cōsequenti repugnat & antecedenti. Est igitur propositio ex qua sequitur oppositum positi aut concessi neganda. Istis presuppositis, prima septimæ regulæ pars est. Quicquid sequitur exposito cū opposito bene negari: infra tempus obligationis est concedendum. ¶ Oppositum bene negari, est propositio opposita alteri propositio.

12

13

EE

positioni prius bene negatæ. Patet: quia quicquid sequitur ex  
 posito cum cōcesso: infra tempus obligationis est cōcedendū.  
 At quicquid sequitur ex posito cum opposito bene negati: se-  
 quitur ex posito cum cōcesso. Nam si aliqua propositio est be-  
 ne negata: eius contradictoria est æquivalenter cōcessa: ergo  
 quicquid sequitur ex posito cum opposito bene negati: infra  
 tēpus obligationis est cōcedendum: ut ponatur ista: omnis ho-  
 mo est Romæ, & admittatur, quia possibilis. deinde propona-  
 tur ista, tu es Romæ, demonstrato eo qui est Parisi, est negan-  
 da, quia impertinēs falsa. Deinde proponatur ista, tu nō es ho-  
 mo, est cōcedēda: quia sequitur ex posito & opposito bene ne-  
 gati, hoc modo: omnis homo est Romæ, & tu non es Romæ,  
 ergo tu nō es homo. Maior est positū, ergo & cōcessa. Minor  
 est oppositū bene negati, & ergo etiā cōcessa: ergo & cōclusio  
 est concedenda. Contra, si posita hac propositione, omnis ho-  
 mo est Romæ, proponatur ista, tu nō es homo: ipsa est negati-  
 da, quia impertinens falsa. Deinde proponatur ista, tu es Ro-  
 mæ, est cōcedēda, quia sequitur ex posito cum opposita bene  
 negati hoc modo, omnis homo est Romæ, & tu es homo: ergo  
 tu es Romæ. Maior est concessa, quia positū, & etiam mi-  
 nor, quia oppositū bene negati: ergo & cōclusio est cōceden-  
 da, & hoc secundum exemplum est cōuersum ad primū. ¶ Se-  
 cunda pars est. Quicquid sequitur ex cōcesso cum opposito  
 bene negati: infra tempus obligatiōis est cōcedendum. Nam  
 quod sequitur ex cōcesso cū opposito bene negati: sequitur ex  
 cōcesso cum altero cōcesso sumpto: siue ex duobus cōcessis.  
 At quod sequitur ex duobus concessis simul sumptis, est con-  
 cedendū. Nam cōcesso antecedere & cōsequēs cōcedere oportet:  
 ergo quod sequitur ex cōcesso cum opposito bene negati  
 est cōcedendū, ut si ponatur ista, nullū animal uigilat, admit-  
 tatur, quia possibilis. deinde proponatur ista, omnis homo est  
 animal: est cōcedenda, quia est impertinēs uera. Rursum pro-  
 ponatur ista, nullus homo uigilat: est cōcedenda, quia sequēs  
 ad duo prius cōcessa: hoc modo. Nullum animal uigilat, & om-  
 nis homo est animal: ergo nullus homo uigilat. Deinceps pro-  
 ponatur ista, tu nō es homo, est negatāda, quia impertinēs falsa.  
 Deniq; proponatur ista, tu nō uigilas: est cōcedēda, quia sequi-  
 tur ex cōcesso cū opposito bene negati hoc modo. Nullus ho-  
 mo uigilat, & tu es homo: ergo tu non uigilas. Maior est con-  
 cessa, similiter & minor, quia est oppositum bene negati tu  
 non es homo: ergo & cōclusio est cōcedenda, ¶ Octava regu-

Ia dicitur quod propositio repugnans copulatiue constituta ex po-  
 sito, una eius parte, & opposito bene negati altera eius parte,  
 est neganda. ¶ Unde propositio categorica repugnat copula- 14  
 tiue quando repugnat alterutri partium copulatiue, nam quic-  
 quid repugnat consequenti, repugnat & antecedenti: ut huic co-  
 pulatiue, omne sedens est animal, & omnis homo est sedens, re-  
 pugnat ista, aliquis homo est ambulans: quia ipsa repugnat se-  
 cundae parti copulatiue quae sequitur ad totam copulatiuam.  
 Aut quando ad illam categoricam sequitur oppositum siue repu-  
 gnans alterius partis copulatiue, ut ad istam, aliquis homo est  
 ambulans, sequitur ista, non omnis homo est sedens, quae est oppo-  
 sita & repugnans secundae parti copulatiue: ergo eidem secun-  
 dae parti repugnat datum antecedens, nam cuiuscumque repugnat con-  
 sequens, eidem repugnat & antecedens. ¶ Tertio, si ad datum, p- 15  
 positionem cum una parte copulatiue propositae sequitur oppo-  
 situm alterius partis: illam copulatiue repugnare est necesse.  
 Quae sic ostenditur. Sit data copulatiua, omne animal est uigi-  
 lans, & omnis homo est animal, & praeter eam, proposita propo-  
 sitio, quidam homo non est uigilans: ad quam cum secunda parte copula-  
 tiue datae sequitur oppositum primae partis in quinto tertiae  
 sic, quidam homo non est uigilans, & omnis homo est animal: er-  
 go quoddam animal non est uigilans. Dico propositionem, quidam  
 homo non est uigilans repugnare datae copulatiue. Nam si non  
 repugnet, fiet igitur cum data copulatiua: poterit ergo simul  
 esse uera cum ea, per definitionem simul stantium. Itaque ponat si-  
 mul esse uera, erit igitur data propositio uera simul & copula-  
 tiua uera, quare per definitionem utraque pars copulatiue est  
 uera, igitur prima eius pars, omne animal est uigilans est uera,  
 similiter & secunda pars, omnis homo est animal. Tunc sic, bene  
 sequitur per hypothesin, quidam homo non est uigilans, & omnis  
 homo est animal, ergo aliquod animal non est uigilans. Maior  
 concessa est uera, similiter & minor: ergo & conclusio est uera.  
 Et simul eius contradictoria concessa est uera: sunt igitur duae  
 contradictoriae simul uerae, quod est impossibile. Similiter con-  
 stetit eius conuersa. ¶ Si data propositio copulatiue, repugnet:  
 ad illam cum una parte copulatiue sequitur oppositum alte-  
 rius partis. Ut propositio, quidam homo non est uigilans re-  
 pugnet huic copulatiue, omne animal est uigilans, & omnis  
 homo est animal. Dico ad datam propositionem cum secunda  
 parte, omnis homo est animal: sequi oppositum primae partis, &  
 hic esse bonam consequentiam: quidam homo non est uigilans, &

○

16 omnis homo est animal, ergo quoddam animal non est uigilans. Nam si non sequatur, sit gratia disciplinæ antecedens uerū & consequens falsum. Cū cōsequens sit falsum, eius cōtradictorium, omne animal est uigilans, per principiū cōtradictorium, est uerū. Et quia antecedens est uerum per hypothesein, & sit una copulatiua, eius utraq; pars est uera. Quare prima pars, quidā homo non est uigilans, est uera: & etiā secūda omnis homo est animal. Tunc sic. Ista est uera, omnis homo est animal, & ista similiter, omne animal est uigilans: ergo data copulatiua, omne animal est uigilans, & omnis homo est animal, utraq; pars est uera: quare per diffinitionem tota copulatiua est uera, & simul ista ostēsa est uera, quidā homo nō est uigilans: quæ posita est repugnare copulatiuæ. Sunt igitur duæ ppositiones repugnātes simul ueræ, quod est cōtra repugnatiū diffinitionem. ¶ Itaq; illa propositio repugnat posito & opposito bene negati: cuius oppositū sequitur ad positum & oppositum bene negati. ¶ Nam si ad duarum ppositionum primam sequitur cōradictoriū secūdæ: & ad secūdā cōradictoriū primæ, illas inter se repugnare est necesse. Quod sic demonstratur. Sint datæ propositiones, nullum animal est uigilans, & aliquis homo est uigilans. Ad quarum primam sequitur contradictorium secūdæ sic, nullum animal est uigilans, ergo nullus homo est uigilans: & ecōtra ad secūdam sequatur contradictoriū primæ sic, aliquis homo est uigilans, ergo aliquod animal est uigilans ( si enim ad duarum ppositionum primam sequitur contradictoriū secūdæ, necesse est, & ad secūdam sequi cōradictorium primæ ex opposito cōsequētis ) dico data propositiones inter se repugnare. Quod si quis dubitet: ponat gratia disciplinæ eas non repugnare: ergo per diffinitionem possunt simul esse ueræ. Ponatur itaq; ueræ in eodem tempore quod sit a. Per hypothesein bene sequitur, nullum animal est uigilans, ergo nullus homo est uigilans, ad primam scilicet contradictoriū secūdæ. Sed antecedens concessum est uerum, ergo & consequens. Et eius contradictoria aliquis homo est uigilans, etiā cōcessa est uera. Sunt igitur duæ cōradictoriæ simul ueræ, quod est impossibile. Cōsimiliter ostēditur huius propositionis cōuersa quæ est: si duæ ppositiones adinuicem repugnant: ad primā sequitur cōradictoriū secūdæ, & ad secūdā cōradictoriū primæ. Vt sint hæ propositiones, nullum animal est uigilans, & aliquis homo est uigilans adinuicē repugnātes. Dico bene

sequi: nullum animal est uigilans, ergo nullus homo est uigilans. item & bene sequi, aliquis homo est uigilans, ergo aliquod animal est uigilans. Patet, quia si non sequatur primū: sit antecedens, nullū animal est uigilans uerū, & cōsequens nullus homo est uigilans falsum p̄ diffinitionē malæ cōsequētiæ. Quia cōsequens est falsum p̄ hypothesin, eius cōtradictoriū, aliq̄s homo est uigilans est uerū, & ipsum est positū repugnās propositioni nullū animal est uigilans, etiā positæ ueræ. Sunt igitur due repugnātes simul ueræ quod est incōueniens: quare data cōsequētia erat bona. Secunda patet ex opposito cōsequentis primæ. ¶ Sed ad ppositā octauæ regulæ declarationē reuertēdo, eius tale sumatur exēplū. Sit hæc posita nullus hō est Parisi, & cōcessa, quia possibilis. Deinde, pponatur ista, tu nō es homo, est negāda quia impertinēs falsa. Postea, pponatur hæc tu es Parisi, ipsa est neganda nā repugnat posito & opposito bene negati: cū eius oppositū tu nō es Parisi, sequatur ad positū & oppositū bene negati hoc modo. Nullus homo est Parisi, & tu es homo, ergo tu nō es Parisi. At ista, tu es Parisi, repugnat cōsequenti cum sit eius cōtradictoria, ergo etiā repugnat antecedēti: cuius prima pars est positū, & secunda oppositū bene negati. Similiter fit hæc posita, oīs homo dormit & cōcessa. Deinde, pponatur ista, tu nō es homo: est neganda quia impertinens falsa. postremo, pponatur ista, tu non dormis: est neganda per hanc regulam.

- 9 ¶ Depositū, infra tēpus obligationis est negandū. Depositū enim est propositio que per depositionem est negata.
- 10 ¶ Antecedēs depositi est negandū: & eius oppositū infra tēpus obligationis est concedendū. Antecedens depositi, est propositio ad quā depositum sequitur.
- 11 ¶ Positum dubitationis, infra tempus obligationis est dubitandum. Positum dubitationis, est propositio per positionem dubitationis dubitata.

¶ Antecedens dubie positi, est aut dubitan-  
dum, aut negandum. Dubie positum, posi-  
tum dubitationis.

¶ Antecedēs dubie positi nō est cōcedēdū: 13  
neq; eius oppositum negandum est.

¶ De positione uero distinctionis, non est  
alia difficultas in obligatione quam extra  
obligationē: ideo de eanihil meminerūt:  
nec de ea formādæ sunt regulæ.

¶ In arte obligatoria, aliq̄ uniuersalis est cō- 14  
cedēda, & q̄libet eius singularis negāda.

¶ Vniuersalis est neganda, cuius quælibet 15  
singularis est concedenda.

17 ¶ Nona regula docet depositū infra tēpus obligatiōis esse ne-  
gādū. Nēpe depositū & positū sunt opposita: quorū hoc in as-  
sirmatione, illud uero in negatione est: quare eorū eadē est p-  
analogiā disciplina. Et sicut possibile (quāuis falsum) positū  
est admittēdū: ita possibile nō necessariū, quāuis uerū, si depo-  
sitū fuerit, est negandū. Ut depono tibi istā, aliquod animal uig-  
ilat, id est ppono eā tibi negādā. Et cū respōdēs admiserit ei  
depositionē siue eā negauerit: tunc ppositio, aliquod animal  
uigilat, est depositū: quia est ppositio per depositionē negata &  
infra tēpus obligationis quotiescunq; pposita fuerit est negā-  
da: & eius opposita cōcedēda: imō quicquid ad eius oppositū  
sequitur, est cōcedēdum. ¶ Decimæ regulæ exēplum, ut de- 10  
posita hac ppositione, aliquod animal uigilat: si pponatur ista:  
aliquis homo uigilat, est negāda. nā est antecedens depositi.  
cū ad eā sequatur depositū per locū ab inferiori ad superius.  
Quod quidē antecedens si cōcederetur, & cōsequēs quod est  
hic depositū simul esset cōcedendū: quare eadem ppositio si-  
mul cōcederetur & negareretur, quod est incōueniēs. Opposi-  
ta autē antecedētis depositi est cōcedēda. nā si unū opposito-  
rū negatur: alterū simul cōcedi est necesse. Per analogiā autē  
regulæ de positione possent formari aliæ regulæ de depo-

- 11 **fitione.** ¶ Undecimæ regulæ exēplū. Vt dubie pono tibi istā. 18  
Denarij in bursa mea sunt pares. Respōdēs ubi se dixerit du-  
bitare: tunc, ppositio, denarij in bursa mea sunt pares, est po-  
sitū dubitationis quia est, ppositio p positionē dubitatiois du-  
bitata, & infra tēpus obligatiōis est dubitāda. ¶ Duodecimæ  
12 regulæ exēplum, ut si fuerit hęc dubie posita, denarij in bur-  
sa mea sunt pares & dubitata. deinde, pponatur ista, denarij  
in bursa mea sunt sex: est dubitāda, cū nō cōstet de eius uerita-  
te, aut falsitate: nā est antecedēs dubie positi. Similiter dubie  
posita ista & dubitata, rex nō sedet: pponatur ista nullus ho-  
mo sedet ( cuius manifeste & p experiētiā cōstet falsitas) est  
negāda, quia est antecedēs dubie positi. ¶ Decimæ tertie re-  
13 gulæ exēplū, ut cū hęc, denarij in bursa mea sunt pares, fuerit  
dubie posita, nō est ista cōcedenda: denarij in bursa mea sunt  
sex, q̄ est antecedēs dubie positi. Nā si cōcederetur p̄dictū an-  
tecedēs: necesse esset etiā cōcedere cōsequēs, denarij in bursa  
mea sunt pares: & ipsum est dubie positū: eadē igitur, pposi-  
tio cōcederet & dubitaretur, qđ repugnat, neq; dicti antecē-  
dētis cōtradictoriū est negādū: nā si negaretur, oporteret ei⁹  
cōcedere cōtradictoriā quę est antecedēs dubie positi qđ est  
incōueniēs. ¶ Ad positionē autē distinctiōnis eodē modo re-  
spōdendū est in obligatione & extra obligationē, scilicet di-  
stinguēdo, ppositionē, ppositā in diuerfos sensus. Vt si pon-  
tur hęc distinguēda, milia hoīm sunt in manu mea. Multipli-  
citas distinctiōnis millia ( qđ aut grana aut mille significet) ostē-  
14 dēda est: idcirco de ea nō ponitur regulæ. ¶ Decimæ quartæ 19  
regulæ exēplū, ut sint solū tres hoīes in mūdo. Sortes Plato  
& Cicero, qui sint Parisj. Et ponatur ista, oīs hō est Romæ:  
ipsa est cōcedēda quia possibilis. Deinde, pponatur ista, Sor-  
tes est Romæ: est neganda quia, ppositioni uniuersali positæ  
est impertinēs & falsa. Ira, pponatur ista Plato est Romę: ip-  
sa ob eandē causam est negāda. Demū, pponatur ista, Cicero  
est Romę, pari ratione est negāda. quare oēs datæ uniuersa-  
lis singulares sunt negādæ: & uniuersalis, scđm regulas artis  
obligatoriæ, cōcedēda: igitur in arte obligatoria uniuersalis  
est cōcedēda: cuius q̄libet singularis est negāda, quod est ppo-  
15 situm. ¶ Decimę quintę regulę exemplum, ut sint solum tres 20  
homines, Sortes Plato & Cicero, qui sint Parisj. Et depon-  
tur ista, omnis homo est Parisj, ipsa est negāda, quia non est  
necessaria. Nō necessarium autem per depositionem est ne-  
gandum. Deinde proponatur ista, Sortes est Parisj: ipsa est



cōcedēda per quintā regulā, q̄a uera & impertinēs deposito.  
 ¶ Singularis em affirmatiua nō seqtur ad suā uniuersalē affir  
 matiūā, nisi posita cōstātia subiecti singularis: q̄re singularis  
 affirmatiua sumpta sine cōstātia nō seqtur ad suā uniuersalē,  
 & eadē nō repugat suā uniuersali, ut notū est, cū possit simul  
 esse uera cū ea: igit est ei impertinēs. Deinde pponat ista, Plato  
 est Parisi; ipsa similiter est cōcedēda, q̄a impertinēs uera. Demū  
 pponatur hæc, Cicero est Parisi, ipsa eadē (qua cæterę singu  
 lares) ratiōe est cōcedēda. Et istę tres sunt oēs singulares uniu  
 uersalis negatæ per hypothesin: quarū quēlibet est cōcedēda,  
 igit aliqua uniuersalis est negāda, cuius quēlibet singularis est  
 cōcedēda, qd̄ est ppositū. ¶ Et hæc duę ultimę regulę solū itelli  
 gunt de uniuersali affirmatiua, ex q̄ scdm se & solitarie sum  
 pta nō inferē sua singularis, & non de uniuersali negatiua: q̄a  
 ad illā sine cōstātia bene seqtur sua singularis. Solū etiā appli  
 cādæ sunt hæc duę regulæ ad artē obligatoriā & nō discipli  
 nis: qm̄ i illis ad uniuersales tum affirmatiuas tum negatiuas  
 sequitur quælibet singularis etiā sine posita cōstātia singula  
 ris. Et ergo si uniuersalis ibi est cōcedēda, & quēlibet singula  
 riū eius. Et si uniuersalis est negāda: aliqua singulariū eius est  
 negāda: ut omne aīal est substātia, omne animal est irrationale.

22

¶ Ars insolubilem.

Insolubile	Particulare
Simile insolubili	Vniuersale
¶ Insolubile	¶ Hypotheticum
Categoricum	Copulatiuum
Hypotheticum	Disiunctiuum
¶ Categoricum	Conditionale
Singulare	Exponibile.
Indefinitum.	

**I**nsolubile, est ppositio quæ cū ex casu  
 se ipsam falsificet, cum falsa ponitur, vi  
 detur statim se ostēdere verā: & cū ue  
 ra, falsam. Et ppositio insolubilis, est res

flexiua. Propositio reflexiua, est cuius veritas aut falsitas de ipsamet intelligitur.

¶ Propositio si sibi insolubili, reflexiua non est, sed ex casu cum ponitur vera, se declarat debere esse falsam: & cum falsa debere esse veram.

¶ Insolubile categoricum, est propositio insolubilis: quae propositio categorica est. Et reliqua intellectu sunt (ut suo consimili modo diffiniuntur) quam facillima.

¶ In arte insolubili, duo propositio generum potissimum determinantur, scilicet propositio insolubilis & propositio similis insolubili: & quod inter ea iter sit, diffinitiones ostendunt. Propositio insolubilis diuiditur in eadem membra in quae propositio: utpote in insolubile categoricum & hypotheticum. Insolubile categoricum in insolubile singulare, indefinitum, particulare, uniuersale. Hypotheticum uero insolubile diuiditur in copulatiuum, disunctiuum, conditionale, & exponibile: siue quod est propositio exponibilis. Simile insolubili per eadem penitus membra diuiditur. ¶ In diffinitione insolubilis, propositio generis locum tenet, nam communione habet acceptionem, cum insolubile denotet propositionem per quam accipitur, habere soluendi difficultatem: & insolubile dicatur quasi difficile solubile: sicut incorruptibile quod difficile corrumpitur.

¶ Propositio autem seipsam falsificat, quoniam ex ipsa posita uera sequitur eam esse falsam, siue eius existentia repugnat suae ueritati: sic quod non potest esse in aliquo tempore, & pro eodem tempore esse uera: ut nulla propositio est negatiua, nulla propositio est uera: ex qua statim sequitur quod ipsamet non est uera: omnis propositio est falsa, ex illa enim (cum sit propositio) sequitur eam esse falsam. Neque possunt homini, propositiones esse uerae pro eo tempore in quo sunt. Ex hoc tamen non sequitur quod non possint esse uerae. Nam huiusmodi argumentatio sophistica, est a parte in modo ad suum totum uniuersaliter sumptum. ¶ Neque admittendum est huiusmodi propositiones esse impossibiles secundum diffinitionem impossibilium in arte enuntiationum positam: sed possibile, nam licet non possint esse uerae pro tempore in quo sunt, tamen possunt esse uerae pro tempore in quo non sunt, ex quo

recte sequitur quod possunt esse uerae per locum a parte in modo ad  
 suum totum particulariter sumptum: quare per locum a diffinitione  
 sequitur eas esse possibiles. ¶ Ad quod clarius intelligendum, praeco-  
 3 gnoscere oportet quod propositio dicitur esse uera in eo tempore in quo  
 ipsa existit. Si enim non est propositio: ipsa non est uera. Sed dicitur  
 propositio esse uera pro eo tempore pro quo eius copula accipitur: ut  
 Ioannes ambulauit heri, est uera pro tempore hesterni: quia eius co-  
 pula pro illo capitur: unde aliqua propositio est uera pro eo tempore  
 re in quo ipsa est, & est uera: ut si per totam horam praesentem (quae  
 uocetur a) Ioannes sedeat: ista propositio, Ioannes sedet in a, p[ro]n-  
 tiata in hora praesenti est uera pro tempore a: & uera in tempore a  
 in quo ipsa per hypothesin existit. ¶ Aliqua uero propositio est  
 4 uera pro eo tempore in quo ipsa non est, & in quo ipsa non est uera.  
 Quod de propositionibus de praeterito & futuro manifestum est:  
 ut haec hodie solus plata, Ioannes ambulauit heri, est uera pro tem-  
 p[or]e hesterni, in quo tunc non est, neque est uera. Si iterum Ioannes ambu-  
 lauit cras, hodie solus plata est uera pro die crastino (in quo per  
 hypothesin Ioannes ambulaturus sit) & tunc non erit uera in die  
 crastino: quia tunc per hypothesin non erit. ¶ Etiam in propositionibus  
 5 de praesenti hoc uerum esse cognoscitur: ut istae, ego taceo, ego ni-  
 hil dico, ego bibo, sunt uerae in tempore quo sunt: sed pro illo non  
 sunt uerae. Contra sunt uerae pro tempore quo non sunt, in quo tunc  
 non sunt uerae. Diuidatur enim tempus praesens a b in duas partes, prio-  
 rem a, & posteriorem b: & in prima parte dicatur a me ista proposi-  
 tio ego taceo: cuius copula accipiat pro tempore b in quo nihil  
 loquar: propositio ego taceo est uera in tempore a, in quo est plata:  
 sed non est uera pro tempore a: quia pro illo copula non inte-  
 ligitur accipi. est igitur uera in aliquo tempore pro quo non est ue-  
 ra. Eadem propositio ego taceo est uera pro tempore b: quia eius  
 copula pro illo accipitur, in quo per hypothesin non loquor.  
 sed non est uera in tempore b: quia in illo non est per hypothesin.  
 Est igitur uera pro aliquo tempore in quo non est uera. ¶ Quod si  
 6 quis contendat in omni propositione de praesenti copula debe-  
 re accipi pro tempore in quo propositio profertur & existit: sequen-  
 retur aliqua propositio cuius non posset dari contradictoria: quia  
 est oppositum principii logici. Quicquid contingit affirmare, con-  
 tingit negare & e contra: si iterum omni affirmationi, est negatio  
 opposita, & omni negationi affirmatio. Nam si quis profertur ista,  
 Ioannes sedet: & alter uolens contradicere, subijgat, Ioannes non  
 sedet: copula affirmatiuae ex hypothesi caperetur pro tempore in  
 quo profertur affirmatiua quod sit a: & copula negatiuae pro tempore

in quo profertur subsequēter negatiua quod sit b. At illæ duę  
 non eodē tēpore pferūtur: sed affirmatiua prior & negatiua  
 posterior. neq; possent eodem tpe simul pferri. Nā nō potest  
 secundus primo cōtradicare, nisi cognouerit qd primus dixe-  
 rit: & id solū cognoscit cū ppositio primi est clara: qre post  
 formationē ppositionis primi, secundus duntaxat suā potest  
 formare propositionem, qua propositioni primi cōtradicat.  
 Itaq; copulæ illarū duarū ppositionū nō accipiūtur pro eodē  
 tpe: ergo nō sunt cōtradictoriæ, cū in contradictorijs copula  
 debeat pro eodē tēpore capi. Neq; potest aliqua alia ppositio  
 esse cōtradictoria propositioni primi q̄ ista, Ioānes nō sedet,  
 prolata à secūdo, quæ (ut probatū est) nō esset eius cōradicto-  
 ria: igit ista, Ioānes sedet pronuntiata à primo, nō habet cō-  
 tradictoriā: qd est impossibile. tunc em̄ rediret opinio Anti-  
 sthenis nō cōtingere cōtradicare. Satius est igit cōcedere ali-  
 quā propositionē de præsentī esse uerā aut falsam pro tpe in  
 quo ipsa neq; est neq; est uera: & istā, Ioānes nō sedet prolata  
 à secūdo esse uerā aut falsam pro tpe a, pro q̄ affirmatiua eius  
 cōtradictoria est uera aut falsa: licet negatiua non sit in tē-  
 pore a: pro tēpore autē b ipsam negatiuā ut affirmatiuę con-  
 tradictoriā neq; uerā neq; falsam esse: licet ipsa sit i tēpore b.  
 ¶ Hoc supposito, diuidat tēpus præsens in duas partes. priorē 7  
 a, & posteriorem b: & in prima parte proferat ista, nulla pro-  
 positio est uera: cuius tamen copula non accipiatur pro tem-  
 pore a, sed pro tempore b: in quo solū sint istæ tres proposi-  
 tiones, homo non est animal, equus est asinus, homo est lapis.  
 Data propositio, nulla propositio est uera, pro tempore b est  
 uera: cum in illo per hypothesin solum sint propositiones  
 falsæ: & ipsa significet nullam propositionem in tempore b  
 esse ueram: & est uera in tempore a in quo profertur. Est igit  
 prædicta ppositio in aliquo tempore uera: ab inferiori  
 ad superius particulariter sumptum: ergo ipsa potest esse ue-  
 ra per eundem locum: igitur ipsa est possibilis à diffinitione.  
 Est enim propositio possibilis, propositio quæ potest esse ue-  
 ra. Et eodem modo dicendum est de istis, omnis proposi-  
 tio est negatiua, omnis propositio est singularis, nulla pro-  
 positio est uniuersalis: quæ omnes sunt possibles, & possunt 8  
 esse ueræ pro tempore in quo non sunt. ¶ Quare non sunt  
 damnandæ neque reiiciendæ diffinitiones propositionis pos-  
 sibilis, contingentis, impossibilis & necessariæ: superius se-  
 cundum Aristotelis sententiam & per analogiam rerum dz

tæ. Neq̄ loco illarū recipiendæ sunt aliæ diffinitiones à recen-  
 tioribus positæ: q̄ p̄positio possibilis sit q̄ q̄litercunq; ipsa si-  
 gnificat ita possibile est esse, & cæteræ cõsimiles. Nā tametsi  
 ueræ esse sint, non tñ sunt logicæ & ex proprijs logicæ terminis  
 cõstitutæ: sed ex syncategorematicis ad nullā disciplinā  
 ptinentibus. Qui tñ illas diffinitiones novas excogitauerunt,  
 p̄moti sunt argumēto p̄dictarū p̄positionū se ipsas falsificatiū,  
 prius datas scđm Aristotelē diffinitiones dicere esse falsas, &  
 alias excudere: quod tñ argumentū nullius esse efficaciz ostē-  
 sum est. Sunt igit diffinitiones Aristotelis loco principiorum  
 habendæ & p̄culdubio ueræ esse cõcedendæ & defendendæ. cū  
 nihil uerius sit principijs scientiarū, & nihil falsius oppositis  
 9 corz. ¶ Ad diffinitionem ergo insolubilis declarandā reuertamur.  
 Duplex quidem est p̄positio se ipsam falsificans: q̄dam  
 non ex casu, q̄ scilicet nullo casu posito se falsam reddit: ut  
 ois p̄positio est particularis: nulla p̄positio est categorica:  
 & talis p̄positio se falsificās non est insolubilis: cum nō habeat  
 soluedi difficultatem. Alia est p̄positio se falsificās ex  
 casu, q̄ propter casum positum se falsam reddit: nullo aut casu  
 posito, aut casu immutato non se falsificat. ut ego dico falsum,  
 posito casu q̄ solā illā dicā propositionē: se falsificat ex  
 casu: nā uariato casu q̄ solū dicā istā, homo est lapis, non aplū  
 se falsificat: & p̄dicta p̄positio est insolubilis, nā si ponatur  
 uera, uidetur se ostendere falsam: & si falsa, uerā. Si enim ista,  
 ego dico falsum, ponatur uera: igitur ita est sicut per eā signifi-  
 ficatur, ita est ergo q̄ dicā propositionē falsam: sed nullā aliā  
 dico q̄ istam, ego dico falsum: igitur ipsa est falsa. Si autē ipsa  
 ponatur falsa: tñ ita est sicut per eā significatur. Per eā enim  
 significatur q̄ dicā propositionē falsam: & ita est cū dicā istā  
 10 ego dico falsum, quæ est posita falsa: ergo ipsa est uera. ¶ Ois  
 aut p̄positio insolubilis est reflexiua: nam ex casu habet re-  
 flexionē supra se: ut ego dico falsum, si illam solā proferam,  
 hæc est falsa demonstrādo se ipsam: quia ex casu ueritas aut fal-  
 sitas insolubilis de ipsamet intelligitur. Non tamē ecōtra om-  
 nis p̄positio reflexiua est insolubilis. Nam aliq̄ est reflexi-  
 ua non ex casu: ut nulla p̄positio est negatiua, omnis p̄po-  
 sitio est negatiua, quæ nullo casu posito est reflexiua: & tamē  
 non est insolubilis, cū si ponatur falsa non uidetur se ostēdere  
 uerā, neq; ex casu se falsificat. ¶ De p̄positione reflexiua exē-  
 plum. ut omnis p̄positio est falsa, nulla p̄positio est uera,  
 hæc enim p̄positionū falsitas de ipsismet intelligitur, cum

seipſas ſignificēt, propter aliquod earum extremū quod pro  
 ipſis propoſitionibus accipitur. Similiter aliqua propoſitio  
 eſt particularis, aliqua propoſitio nō eſt affirmatiua, aliq̄ pro  
 poſitio eſt affirmatiua, ſunt propoſitiones reflexiuæ: cum ea  
 rum ueritas de ipſiſinet intelligat: nam ſeipſas ſignificāt & ſe  
 uerificant. ¶ Quare aliq̄ eſt reflexiua, quæ neq; eſt inſolubilis,  
 neq; ſeipſam falſificans: ut propoſitio ſe uerificans quam pro  
 tēpore in quo eſt, neceſſe eſt eſſe ueram, Et non eſt propoſitio  
 ſeipſam uerificās neceſſaria: quia poteſt pro tempore in q̄ nō  
 eſt, eſſe falſa: ſicut neq; propoſitio ſe falſificans eſt impoſſibi  
 lis. ¶ Propoſitio autem ſimilis inſolubili, neq; ſuapte natura,  
 neq; ex caſu eſt reflexiua: ſed ex caſu cum uera ponit, uideſ  
 ſe oſtendere falſam, & ecōtra. ut debeat Sortes Platonī pecu  
 niā, & Plato in ea pactū cū Sorte, q̄ ſi Sortes in prima propo  
 ſitione quā protulerit dixerit uerū, Plato remittet ei debitū:  
 ſi uero dixerit falſum, non remittet. Et Sortes dicat Platonī,  
 tu non remittes mihi debitum: illa eſt ſimilis inſolubili. quia  
 non eſt reflexiua. quæ ſi ponat uera: cum Sortes dixerit ue  
 rum, Plato ex pacto remiſſurus eſt debitum Sorti: ergo uideſ  
 debere eſſe falſa. Si uero ponat eſſe falſa, ergo Sortes dicit fal  
 ſum: quare Plato ex pacto non remittet debitum: propoſitio  
 igit Sortis erit uera. ¶ Membra uero diuidētia inſolubilis,  
 diffiniunt facile poſito nomine ſpeciali in diffinitione quod  
 addit ad diffinitum: ut inſolubile categoricum, eſt propoſi  
 tio inſolubilis quæ eſt propoſitio categorica. Inſolubile hypo  
 theticū, quod eſt propoſitio hypothetica. Inſolubile ſingula  
 re, eſt inſolubile categoricum quod eſt propoſitio ſingula  
 ris: & cætera: quorum omnium exempla poſtea ſubiungunt.

### ¶ Regula.

- 1 ¶ Inſolubilia & inſolubilium oppoſitæ, per  
 ſuas æquiuales & ſuarum æquiuale  
 ntium oppoſitas, ſunt cognoscendæ.
- 2 ¶ Omnis propoſitio ſequitur ad ſeipſam.
- 3 ¶ Ad omnē propoſitionē ſeq̄t ipſā eē uerā.
- 4 ¶ Si antecedens ſequantur plura conſequē  
 tia, ad ipſum ſeq̄tur copulatiua ex illis cō  
 ſequentibus conſtituta.

¶ Omnis propositio æquiualeat copulatiuæ  
in qua verum de termino præcise pro ea  
supponente affirmatur, constitutæ.

¶ AEquivalentia sunt, quæ eiusdem veri-  
tatis sunt aut falsitatis, & quæ se conuer-  
tibiliter consequuntur.

- ¶ 3 Prima regula duas habet partes. Prima. Insolubilia p suas  
æqualètes sunt cognoscèda. Nam insolubilia sunt obscura, &  
soluendi difficultatem habètia. Earum uero æqualètes mani-  
festiores & an ueræ sint aut falsæ, notiores. Debet ergo inso-  
lubiliū ueritas, aut falsitas ex ueritate, aut falsitate suarū æq-  
ualentium cognosci: sicut minus manifestum ex magis mani-  
festo. ¶ Scda pars est, q insolubiliū oppositæ & cōtradictō-  
riæ p oppositas & cōtradictōrias suarū æqualèrium sunt co-  
gnoscèdæ. nam insolubiliū oppositæ obscuriores sunt: sicut &  
insolubilia. Suarū autem æqualètium oppositæ manifestiores  
sicut & ipsæ æqualentes. Implicitum autem p explicās, & mī-  
nus notum p magis notū manifestādum est: ergo ueritas, aut  
falsitas positarum insolubiliū cognoscèda est p ueritatē,  
aut falsitatem contradictōriarum ipsarum æqualentium. nā  
inter se æqualēt: & si æqualètium una est uera, & altera: & ita  
de falsitate. ¶ Scda regula est, q oīs propositio seqtur ad seip-  
sam. ut bene sequit, homo currit, ergo homo currit. Si enim  
non seqtur: ponatur gratia disciplinæ antecedēs esse uerum &  
cōsequens falsum. Cum consequens sit falsum: eius oppositū,  
nullus homo currit, est uerum. & ipsum itidem est antecede-  
tis oppositum, quod antecedens positum est uerum. Sunt igit  
duæ cōtradictōriæ simul ueræ, quod est impossibile. Aut bre-  
uius. Cōsequens est falsum & idem concessum est uerum. put  
est antecedens. igit eadem, ppositio est simul uera & falsa. qd  
etiam est impossibile. ¶ Tertia regula. Ad omnem ppositio-  
nē seqtur ipsam esse uerā. ut bene seqtur: homo currit, ergo  
homo currit est uerū. Sit a, qcūq; ppositio: si nō seqtur a er-  
go a est uerum, sit p diffinitionē malę cōsequentia antecede-  
uery, & cōsequens falsum. Cū cōsequens sit falsum, eius cōtra-  
dictōriū a non est uerū, est uerum. At bene seqtur, a nō est ue-  
rū, & a est ppositio, igit a est falsum p locum a contrarijs im-  
mediatis. sed maior est uera & etiam minor ex hypothesi: et

go & cōclusio. & a cū sit antecedēs, postum est uerū: igit eadē  
 ppositio est simul uera & falsa: quod est impossibile. ¶ E diuer  
 so: ad quamlibet ppositionē esse uerā: ipsa eadē sequitur. ut be  
 ne sequitur, homo currit est uerū, ergo homo currit. Si em̄ non  
 sequitur: sit gratia disciplinę antecedēs uerū & consequēs falsū.  
 Cōradictorium igit cōsequētis, nullus homo currit est uerū  
 rū: & particularis affirmatiua homo currit in ātecedēte etiā  
 cōcessa est uera: igit duę contradictorię sunt simul uerę, qđ  
 est impossibile. Et hanc tertiam cū sua cōuersa inuuit Philo  
 sophus in p̄dicamentis in quinto modo prioris: cum dicit q  
 rem esse & ppositionē esse ueram cōuertunt, & rem ipsam es  
 se est causa, quare ppositio significans est uera: & ergo res est  
 prior ueritate, aut falsitate propositionū quinto modo prio  
 ris. ¶ Quarta regulę exemplū, ut ad hoc ātecedēs, homo cur  
 rit, sequunt seorsum & sigillatī plura cōsequētia: primo hoc 16  
 cōsequens homo mouet, sic: homo currit, ergo homo mouet.  
 Scđo alterę cōsequēs: animal currit, hoc modo, homo currit,  
 ergo animal currit. ad ipsum igit idem antecedēs homo cur  
 rit, sequit copulatiua, homo mouet & animal currit: ex illis cō  
 sequentib⁹ cōstituta. ut recte sequit, homo currit, ergo homo  
 mouet & animal currit. Sit a, quod cūq; antecedēs, & sequatur  
 primo, a ergo b: secūdo sequatur, a ergo c. dico q̄ bene sequi  
 tur, a ergo b & c. Quod si quis dubitet: ponat gratia discipli  
 nę antecedēs esse uerū & cōsequēs falsum. Cū cōsequēs sit fal  
 sum, & sit una copulatiua, altera eius pars est falsa per diffini  
 tionē. Sit igitur b prima eius pars falsa: cū bene sequatur per  
 hypothesin, a ergo b: & a antecedēs sit uerū: b eius consequēs  
 etiā est uerū. Est igitur b eadē propositio simul uera & falsa:  
 quod est impossibile. Et ita proceditur, si quis dixerit c̄secun  
 dam partē copulatiuę esse falsam. ¶ Pro quinta regula intelo  
 ligēda cognoscere oportet quod æquialētia siue propositio 17  
 nes æquialētes dicunt quę sunt eiusdē ueritatis, aut falsita  
 tis: id est q̄rum si una est uera, & altera: & si una falsa, & alte  
 ra: & quę se cōuertibiliter cōsequunt, id est ad quarū primā  
 sequit secunda & e diuerso ad secūdā prima, uocātūq; æqui  
 ualētia in cōsequēdo. ut omnis homo est susceptiuus discipli  
 nę, & omne animal rationale est susceptiuum disciplinę, hoc  
 modo æquialent: nam sunt eiusdē ueritatis, aut falsitatis.  
 Est enim eaz; utraq; uera: & se cōuertibiliter cōsequuntur.  
 Est bene sequitur, omnis homo est susceptiuus disciplinę et  
 go omne animal rationale est susceptiuū disciplinę, & e contra,



18 omne animal rationale est susceptiuum disciplinae: ergo omnis homo est susceptiuus disciplinae. ¶ Dicit ergo quinta regula q̄ omnis propositio æquale in consequendo uni copulatiuæ: cuius ipsamet est una pars, altera autē pars est propositio categorica in q̄ prædicatum uerum affirmatur de termino præcise pro illa data propositione supponente, ut ista propositio, homo currit, æquale isti copulatiuæ, homo currit, & homo currit est uerum. Quæ sic ostenditur. Sit a, data quæcūq; propositio, dico q̄ a æquale isti copulatiuæ, a & a est ueræ. Patet, nam per secundā regulam bene sequitur, a, ergo a, & per terriā bene sequitur: a, ergo a est ueræ, ergo per quartā bene sequitur, a, ergo a & a est ueræ, ad datam propositionem huiusmodi copulatiua. Et e cōtra sequitur, a & a est uerum, ergo a: ad huiusmodi copulatiuā data propositio, nam ad datā copulatiuā de necessitate sequitur altera eius pars: igitur propositio data & copulatiua ex ea & propositione in qua uerum affirmatur de ea cōstituta, cōuertibiliter se sequuntur. Quod autē sint eiusdē ueritatis, patet: quia si data propositio sit uera, necesse est copulatiuā esse uerā. Nam bene sequitur, a ergo a per secundam: sed antecedēs est ueræ, ergo & cōsequens: quod est prima copulatiuæ pars. Similiter bene sequitur, a ergo a est uerum per tertiam, sed antecedēs est uerum, ergo & cōsequens, quod est secunda copulatiuæ pars, quare istius copulatiuæ, a & a est ueræ, utraq; pars est uera, per diffinitionē: igitur tota copulatiua est uera. Aliter: ad illam datā propositionem sequitur illa copulatiua: ergo si antecedens est ueræ, & consequens. E cōtra si copulatiua est uera: data propositio est uera, Nam si copulatiua est uera, p̄ diffinitionem utraq; pars eius est uera. At data propositio est una eius pars: igitur data propositio est uera. præterea ad copulatiuam sequitur data propositio, modo si antecedens est uerū, & consequens. Sunt igitur data propositio & copulatiua eiusdem ueritatis. Quod autem sint eiusdem falsitatis, patet. nam si data propositio est falsa: & copulatiua est falsa. Nā si data propositio est falsa, cum ipsa sit una pars copulatiuæ, una copulatiuæ pars est falsa. quæ per diffinitionem & tota copulatiua. E diuerso si copulatiua est falsa, & data propositio est falsa: nam ad datam propositionē sequitur copulatiua, ut prius ostensum est: modo si consequens est falsum, & antecedens falsum esse est necesse. Sunt igitur data propositio & copulatiua secundū huius regulæ exigentiam cōstituta eiusdem ueritatis aut falsitatis: quare per

diffinitionē sunt æquivalentes. ¶ Nec obstat q̄ pars æqualeat  
 suo toti, quia nō est incōueniens q̄n pars æqualeat separatim  
 cuilibet parti totius, q̄ etiā æqualeat toti: imō est necesse: ut  
 ista, ppositio, homo sedet, æqualeat huic, rationale sedet, etiā  
 huic, risibile sedet: necesse est igitur q̄ ista, homo sedet, æqua  
 leat toti copulatiuæ, rationale sedet & risibile sedet. Alioquin  
 eadem ppositio simul esset uera & falsa: ut ex quartæ regulæ  
 ostensione cōsimiliter pbari posset. ¶ Ex hac quinta regula cō  
 stat quomodo cuiuslibet insolubilis sumēda sit æquivalēs: per  
 quā (ut prima docuit regula) insolubile cognoscendū est: ut  
 posito casu q̄ dicam solum hęc, ego dico falsum, quę uocetur  
 a: tunc insolubile datū, ego dico falsum, æqualeat huic copu  
 latiue, ego dico falsum, & a est uerū cōstitutæ ex ipso eodem  
 insolubili & ppositione in qua prædicatū uerū affirmatur de  
 a termino præcise supponēte pro dicto insolubili. Et ueritas  
 aut falsitas insolubilis, est cognoscēda à ueritate aut falsitate  
 huiusmodi copulatiuę æquivalētis & manifestioris. Dara etiā  
 copulatiua æquivalens est falsa, nam eius secunda pars est ma  
 nifesta falsa, scilicet a est uerum, quæ si ponatur uera cū solū  
 dicam a, dico igitur uerum: ergo non dico falsum, qđ primæ  
 partis est oppositum, similiter ex prima parte, sequitur secū  
 dæ partis oppositum, nam recte sequitur, ego dico falsum &  
 nihil dico nisi a per hypothesin, igitur a est falsum, illa igitur  
 copulatiua ex partibus repugnantibus constituitur, quare est  
 falsa: ita & datum insolubile est falsum. Et eodē modo cuius  
 libet insolubilis probāda est aut ueritas, aut falsitas. ¶ Et quia  
 copulatiuæ contradicit disiunctiua de partibus cōtradictōri  
 bus: ut isti, Sortes currit & Plato disputat: hęc, Sortes nō cur  
 rit uel Plato nō disputat, huiusmodi copulatiuæ æquivalētis  
 insolubili cōtradictoria est disiunctiua de partibus illi copu  
 latiue cōtradictōribus. ut datę copulatiuę, ego dico falsum, & a  
 est uerum: hęc cōtradicit disiunctiua, ego nō dico falsum uel  
 a non est uerū, per quā quidē disiunctiua opposita insolubilis  
 a non ego dico falsum est explicanda & cognoscenda per  
 primā regulā, nā ei æqualeat. Si enim duę propositiones ad  
 inuicē æquivalēt, & earū cōtradictorię adinuicē æqualebūt.  
 Et quia huiusmodi disiunctiua est uera (nā cōtradictoria co  
 pulatiuæ falsæ) cōtradictoria insolubilis nō ego dico falsum  
 illi disiunctiue æquivalēs etiam est uera. Et hoc modo insolu  
 bilium oppositæ per disiunctiuam de partibus cōtradictōri  
 bus copulatiuæ cui æqualeat insolubile, sunt cognoscendæ.

1

¶ Insolubilia.

Sortes dicit falsum. Casus. Sortes illam solā  
dicat propositionem.

Sortes dicit falsum, Plato dicit falsum. Ca.  
sus. Sortes & Plato simul hæc alter de al-  
tero dicant.

Sortes dicit falsum, Plato dicit verū. Casus. 3

Sortes & Plato de alterutro hæc dicant.

Hæc propositio est vera. Casus. Demōstre  
tur contradictoria illius propositionis. 4

- 21 ¶ Insolubiliū singulariū (quæ ceteris præponuntur) primū est:  
Sortes dicit falsū, posito casu q̄ Sortes illā solā dicat, p̄posi-  
tionē. Q̄d quidē si ponat uerū: sic arguit. Ista est uera, Sortes  
dicit falsū: ergo ita est sicut per eā significat, scilicet q̄ Sor-  
tes dicat aliquā p̄positionē falsam: sed nō dicit aliā q̄ istā, Sor-  
tes dicit falsum: ergo ista est falsa, Sortes dicit falsum. Si ue-  
ro ponatur falsa: sic arguitur. Propositio illa significat Sortē  
dicere, p̄positionē falsam, & ita est, cum dicat istā, Sortes di-  
cit falsum posita falsam: ergo sicut ipsa significat, ita est: igit̄  
per diffinitionē ipsa est uera. ¶ Responso. Propositū insolubi-  
le est falsum: quia ex casu seipsam falsificat, & casus repugnat  
sue ueritati. Q̄d ex eo cōstat: nam æquiualens eius per quintā  
regulam supra quæ est, Sortes dicit falsum & a (quod sit no-  
men, p̄priū insolubilis, p̄positi) est uerū, est falsa: cū sc̄da eius  
pars sit falsa & repugnās primæ. Et distinctiua de partibus cō-  
tradictōribus illi copulatiuæ, scilicet Sortes non dicit falsū, uel  
a nō est uerū, est uera: cū eius sc̄da pars sit uera. Et hæc cōtra-  
dicit insolubili. Propositio autē similis prolata ab altero: ut  
si Plato dicat, Sortes dicit falsum, est uera, sed nō est omnino  
eadem, neq̄ similis habitudinis cū dato insolubili, ut ostēde-  
tur in solutione paralogisinoꝝ qui fiunt ad insolubilia. Vbi  
etiā parebit solutio rationis probantis ipsum insolubile esse  
uerū. ¶ Sc̄dm insolubile. Dicat Sortes de Platone, Plato dicit  
falsum: & Plato de Sorte, Sortes dicit falsum. Si propositio  
Sortis ponat uera, scilicet Plato dicit falsum: cū Plato dicat  
solū hæc, Sortes dicit falsum: ista, Sortes dicit falsum est falsa. 2

quare pria posita uera, falsificat scđam. Si uero ppositio Pla-  
 tonis ponatur uera, scilicet, Sortes dicit falsum: cū Sortes so-  
 lū dicat istā, Plato dicit falsum. igitur ista, Plato dicit falsum  
 est falsa. quare scđi posita uera falsificat primā. Sic prima po-  
 sita falsa, ostendit secundā debere esse ueram. & secunda po-  
 sita falsa, declarat primā debere esse ueram. Et quod una de  
 altera ostendit: idem facit & de seipsa à simili ratione cū om-  
 nino sit eadem ueritatis, aut falsitatis causa unius & alterius.  
 quare utraq; earum uidetur debere esse uera & falsa. ¶ Res- 22  
 sponſio. Tam propositio Sortis q̄ Platonis est falsa. Nam cū  
 duæ propositiones omnino similes habent causas ueritatis  
 aut falsitatis, ut non sit propter aliquam causam una dicen-  
 da uera aut falsa: quin propter eandem & altera consimiliter  
 ponenda sit. tunc si una est uera: & altera. & si una falsa: & al-  
 tera. Datæ autem duæ ppositiones sunt huiusmodi. nam non  
 est assignanda ratio ppter quam propositio Platonis sit falsa,  
 quin propter eandem propositio Sortis sit falsa. Et econtrā,  
 nulla danda est ratio propter quam propositio Sortis sit fal-  
 sa: quin ppter eandem & propositio Platonis sit falsa. igitur  
 si una est falsa, & altera. At una, ut propositio Sortis est falsa,  
 cum seipsam mediate falsificet. ergo & altera scilicet propo-  
 sio Platonis: q̄re utraq; est falsa. quod est ppositum. ¶ Ter-  
 tium insolubile. Dicat Plato de Sorte, Sortes dicit falsum. &  
 Sortes de Platone, Plato dicit uerum. Si propositio Platonis  
 est uera: ita est sicut significat. Sed ipsa significat Sortem dice-  
 re ppositionem falsam, igitur Sortes dicit propositionē fal-  
 sam. Atqui Sortes nihil aliud dicit nisi quod Plato dicit uerū.  
 igitur falsum est quod Plato uerū dicat, & per cōsequēs pro-  
 positio Platonis est falsa. Si autem propositio Platonis pona-  
 tur esse falsa: ergo propositio Sortis est uera scilicet Plato di-  
 cit uerum. Sed Plato non dicit nisi istam Sortes dicit falsum:  
 igitur illa est uera quæ modo posita erat falsa. Ita ad utranq;  
 partem de propositione Sortis argumentandū est. ¶ Respon-  
 sio. Vtrunq; insolubile est falsum. Et neutrū eorum seipsam  
 immediate falsificat: sed primum habet reflexionem in secū-  
 dum, & secundum in primum. q̄re se mutuo falsificant. Me-  
 diate uero & ultimate etiam seipsam falsificant. Earum æq̄-  
 ualētes & oppositæ sumant eo modo quo prius in quinta re-  
 gula ostēsum est. ¶ Quartum. hæc propositio est uera: demō-  
 strādo per subiectū, ipsius insolubilis cōtradictoriū. Quod q̄-  
 dem si ponat esse uerum, ergo ppositio demōstrata per sul-

ictum etiā est uera, cui id significet propositio. Et illa per hy  
 pothesin est dati insolubilis cōtradictoria: igitur duæ cōtra  
 dictoriæ sunt simul ueræ, quod est impossibile. Quod si insol  
 ubile ponat falsum ergo suū cōtradictoriū p̄ principiū cōtra  
 dictoriorum est uerum. Id autē significatur per p̄positū  
 insolubile: ergo ita est sicut per ipsum significatur. & per cō  
 sequēs est uerum. ¶ Responso. Propositum insolubile est fal  
 sum: quia ex casu seipsum falsificat, significando suū cōtradi  
 ctoriū esse uerū. Nā copulatiua, cui p̄ quintā regulā æquipol  
 let, scilicet hæc est uera, & a (quod sit præsentis insolubilis  
 nomen) est uerum, est falsa, & ex partibus repugnantibus cō  
 stans, cū una pars inferat alterius oppositū. Recte em̄ sequit,  
 hæc est uera: ergo a nō est uerū. si r̄ sequit, a est uerū: ergo hæc  
 nō est uera. nā si una cōtradictoria sit uera, altera est falsa.  
 23 ¶ Dati autē insolubilis cōtradictoria nō est ista: hæc nō est ue  
 ra: quia uel in ea, p̄nomē hæc demonstrat p̄dictam affirmatiuā: &  
 tūc nō caperetur uniuoce in utraq; . q̄re nō esset cōtradictio:  
 sed utraq; alterā mutuo, & deinde seipsam falsificaret. Vel p̄  
 nomē hæc demonstraret ipsāmet negatiuā cuius est subiectū,  
 & tunc ex casu seipsam falsificaret & esset insolubilis falsa si  
 cut ista: hæc est falsa demonstrādo p̄ subiectū seipsam. & altera  
 scilicet affirmatiua etiā est falsa. Essent igitur duæ cōtradictio  
 riæ simul falsæ quod est oppositū principiū logici. Nō em̄ mi  
 nus est incōueniens in insolubilibus admittere duas cōtradi  
 ctorias esse simul ueras aut falsas, q̄ in p̄positionibus que non  
 sunt insolubiles. Sed sumitur eius cōtradictoria sc̄dm exigē  
 tiam æquipollentis dicto insolubili: quod si uocetur noīe p̄  
 prio a, tunc eius æquipollens erit ista, hæc propositio est uera  
 & a est uerum. Quare eius cōtradictoria est, hæc propositio  
 non est uera, uel a non est uerum.

¶ Propositio scripta in pariete est falsa. Casus. 5  
 Nihil aliud in pariete sit scriptum.

¶ Aliqua propositio est falsa. Casus. Sit illa 6  
 sola propositio.

¶ Omnis propositio est falsa. Casus. Sit illa 7  
 sola propositio.

¶ Nulla p̄positio est uera. Casus. Sint hæc 8

duæ solę propositiones, homo est asinus,  
nulla propositio est uera.

**S** ¶ Quintum insolubile est indefinitum affirmatiuum, scilicet. 24  
propositio scripta in pariete est falsa. posito casu ꝑ prædicta  
propositio sola sit scripta in pariete. Quod si ponatur uerum  
ergo ita est sicut significat. Nulla autem propositio scripta  
est in pariete ꝑ dictum insolubile: ergo ipsum est falsum. At  
uero si contra ponatur falsum: tunc ita est sicut per ipsum si-  
gnificatur ergo ipsum est uerum. Nā propositio uera dicitur  
quę ita significat ut res sese haber. ¶ Res pōtio. Insolubile pro-  
positiū est falsum, quia ex casu seipsum falsificat: & casus repu-  
gnat suę ueritati. Et copulatiua per quintam regulā ei equi-  
ualens est falsa: disunctiua autē de partibus cōtradictōribus ei  
æquualēs est uera. Neq; militat obiectio, qua probaretur in-  
solubile esse uerū. quia bene sequitur, hæc propositio (demon-  
strato insolubili) scripta in pariete est falsa: ergo, propositio scri-  
pta in pariete est falsa, per locum ab inferiori ad superius. At  
qui antecedens est uerum: ergo & consequens, quod est inso-  
lubile. Similiter bene sequitur: hæc propositio (demonstrato  
insolubili) est falsa, & hæc est propositio scripta in pariete, er-  
go propositio scripta in pariete est falsa per syllogismum ex-  
positorium affirmatiuum. Sed maior est uera & etiā minor,  
ergo & cōclusio quę est insolubile. Si enim utriusq; dararum  
argumentationum cōsequēs sit insolubile propositum, negan-  
dum est ibi rectā esse argumētationē. nam ex non reflexiuis  
in antecedente positis non sequitur cōsequēs reflexiuū. Neq;  
ibi seruatür similis forma ad formam argumentandi doctri-  
nalem loci ab inferiori ad superius & syllogismi expositorij:  
cum dissimilitudo penes reflexionem aut non reflexionē mu-  
tet formā. Si uero ambarum consequentiariū consequens non  
fuerit insolubile, sed propositio ab aliquo prolata similis inso-  
lubili: sic utraq; cōsequentia concedenda est: & ex antecedēte  
uero infertur consequens uerum: quod non est reflexiuum ut  
neq; antecedens. ¶ Sextū insolubile quod est particulare af-  
firmatiuum. Aliqua propositio est falsa: posito casu ꝑ illa so-  
la sit propositio. Quę si ponatur uera, ergo ita est sicut ipsa si-  
gnificat, scilicet ꝑ aliqua propositio sit falsa. Sed nulla alia est  
per casum ꝑ ipsum insolubile: igitur ipsum est falsum. Si ue-  
ro insolubile ponatur falsum, quia ipsum est propositio: igitur  
aliqua propositio est falsa. quare ita est ut per ipsam signi-

ficatur, & per consequens est uerum. ¶ Responſio: datū inſolubile (ſicut & præcedēs ei cōſimile) eſt falſum, quia falſificat ſeiſum ex caſu qui ſuæ repugnat ueritati. Sed mutato caſu ut ꝑ ſimul eſſet hæc ꝑpoſitio, homo eſt lapis, ꝑpoſita ꝑpoſitio eſſet uera & non inſolubilis. Et eius æquiuales ꝑ quinta regula 7  
 lā eſt falſa, cōtradictoria autē eius uera. ¶ Nō tamē poſſet huiusmodi æquiuales & cōtradictoria dari in tēpore caſus. Alio qui nō ſola eſſet ꝑpoſitio, ꝑpoſita quod repugnat caſui. Sed de bēt formari extra tēpus caſus, & earū copula accipi ꝑ tēpore caſus: ut ad cōtradictionē & æquiualeſtiā requiritur. ¶ Septimū inſolubile eſt uniuerſale affirmatiuū. Ois ꝑpoſitio eſt falſa, poſito caſu ꝑ illa ſola ſit ꝑpoſitio. Quod ſit ponatur uerū ſic arguitur: bene ſequitur, omnis ꝑpoſitio eſt falſa. & a (quod ſit propriū inſolubilis nomen) eſt ꝑpoſitio: ergo a eſt falſum. Maior eſt uera ex poſito, & etiā minor, ergo & cōcluſio. Atqui a eſt inſolubile, igitur inſolubile eſt falſū. E diuerſo ſi ponatur eſſe falſum, cū per caſum nulla ſit alia ꝑpoſitio: pro quo cūq; ſupponit ſubiectū, ſupponit & prædicatum: ergo ipſum eſt uerū. Id enim requiritur & ſufficit ad ueritatē uniuerſalis affirmatiuæ. ¶ Reſponſio. Inſolubile ꝑpoſitū, eſt falſum quia ſeiſm ex caſu falſificat: quo mutato nō ſe falſificaret. Et copulatiua eius æquipollēs eſt falſa: cōtradictoria autē utriuſq; uera. Prædicte tamē ꝑpoſitiones alix ab inſolubili nō debent formari in tēpore caſus ſed in alio: copulæ tamē earū debent accipi ꝑ tēpore caſus. Vt tēpus præcedēs caſum ſit a, tēpus caſus b, & tēpus ſequēs caſum ſit c, in tēpore b nō poteſt formari ꝑpoſitio caſus, neq; poſſunt fieri argumētationes: ſed in tēpore a aut c poſſunt quotcūq; ꝑpoſitiones formari. quarū copulæ accipiātur pro tēpore b. Si autē in tēpore a formaretur iſta ꝑpoſitio, ois ꝑpoſitio eſt falſa cuius copula acciperetur pro tēpore b, ipſa eſſet uera & non inſolubilis, neq; reflexiua neque ſe falſificās. ¶ Ad rationē autē ꝑbantē inſolubile eſſe uerū reſpōdetur, id quidē ſufficere ꝑ ueritate uniuerſalis affirmatiuæ nō habētis reflexionē ſupra ſe. Pro reflexiua autē ulterius requiritur quod in quinta regula dictū eſt. Et fere quæcūq; i logica dicūt intelligēda ſūt de nō reflexiuis, aut nō ex caſu ſe falſificatib⁹. Quod ſi applicētur aut diffinitiones, aut regulæ logicæ ad reflexiuas, mala ſit applicatio: quia ſūt alteri⁹ generis ab alijs. Et hoc pacto recte ſoluēda ſunt fere oīa argumēta, quibus ꝑbātur inſolubilia eſſe uera. ¶ Octauū inſolubile quod eſt uniuerſale negatiuū: nulla ꝑpoſitio eſt uera. 8

posito casu q̄ in tēpore casus, quod sit b, sint solū istę duę pro  
 positiones, homo est asinus, & nulla p̄positio est uera quę est  
 insolubile. Quod si ponatur uerū: cū a, quod sit nomē insolu-  
 bilis, sit p̄positio, a nō est uera: quare a est falsa, & per cōse-  
 quēs insolubile falsum. Si uero ponatur insolubile falsum: cū  
 a nō sit uerum & p̄positio homo est asinus etiā nō sit uera:  
 ergo nulla p̄positio est uera p̄ sufficiētē inductionē: sed ante-  
 cedēs est uerū, ergo & cōsequēs. ¶ Res p̄posito, insolubile p̄posi-  
 tū est falsum, & ex casu se falsificās: qui tñ in tēpore hypothe-  
 sis nō est formādus, sed alio, intelligendus tñ p̄ tēpore hypo-  
 thesis b. Neq; in tēpore b formāda sunt argumētatiōes, neq;  
 dāda æquiuales aut cōtradictoria insolubilis. cū hęc oīa repu-  
 gnarēt hypothesi. Sed formāda sunt illa in tēpore c p̄p̄inquo  
 tempore b: & intelligēda est eorū copula accipi pro tēpore b.  
 Quod si in tēpore c formetur hęc c p̄positio, nulla p̄positio  
 est uera, & intelligatur p̄ tēpore b, ipsa nō se falsificat neq; est  
 insolubilis imō uera. ¶ Quare ipsius insolubilis uniuersalis  
 negatiuā nulla p̄positio est uera existētis in tēpore b, p̄dicā- 27  
 tū uero pro nullo supponit: cū solū accipi possit pro ueris in  
 tempore b existentibus pro quo copula accipitur: eo autem  
 tempore nulla est p̄positio uera. Quo fit ut aliqua sit nega-  
 tiua falsa: in qua est terminus pro nullo supponens, etiā in eo  
 tempore pro quo p̄positio est falsa.

- 9 ¶ Plato est asinus uel disiunctiua Sortis est  
 falsa. Casus. Sortes illā solam p̄positio-  
 nem proponat platonī.
- 10 ¶ Plato est animal & copulatiua Sortis est  
 falsa. Casus similis priorī.
- 11 ¶ Si hęc cōditionalis est uera: Plato est asi-  
 n⁹. Casus. hęc demōstret illā cōditionalē.
- 12 ¶ Solus Plato dicit uerum. Casus plato di-  
 cat homo est animal, & Sortes insolubile:  
 & nullus alius aliquid dicat.
- 9 ¶ Nonum insolubile quod est hypotheticū disiunctiuū. Pla- 28  
 to est asinus uel disiunctiua Sortis est falsa: posito casu q̄ Sor-  
 tes illā solā disiunctiuā p̄ponat Platonī.



ergo per diffinitionē altera pars eius est uera: sed non prima pars, ut manifestū est, ergo secūda est uera, scilicet q̄ distiūctiua Sortis est falsa. Sed distiūctiua Sortis, est dictū insolubile, ergo ipsum est falsum. Si uero ponat falsum, tunc ita est ut secūda eius pars significat, cū illa significet totā distiūctiuā esse falsam, igit̄ secūda pars distiūctiuæ insolubilis est uera: quare per diffinitionē & tota distiūctiua est uera. ¶ Respōsio. Insolubile p̄positū, est falsum: q̄a se ipsum ex casu falsificat, & reflexionē habet supra se gratia secūdæ partis habētis imediate reflexionē supra totā distiūctiuā & mediate supra seipsam. Aequiuales eius & cōrādictoria eo modo quo cæterorū insolubiliū sumēdæ sunt: & rationes eius ueritatē p̄hātes, similiter soluēdæ. ¶ Decimū insolubile q̄d est hypotheticū copulatiuū. Plato est aīal & copulatiua Sortis est falsa. posito casu q̄ Sortes illā solā copulatiuā pponat Platoni. Q̄d si ponat uerū: ergo per diffinitionē copulatiuæ uerę eius utraq; pars est uera: q̄re & eius secūda pars scilicet copulatiua Sortis est falsa, etiā est uera: igit̄ copulatiua Sortis est falsa. Nā ad oēm p̄positionem esse uerā: sequitur ipsamet per cōuersam tertię regulæ. sed copulatiua Sortis est datū insolubile: igit̄ ipsum est falsū. Si uero insolubile ponatur falsum: ergo per diffinitionē altera pars eius est falsa: at nō prima (ut notū est) igitur secūda, scilicet copulatiua Sortis est falsa. quare sua cōrādictoria est uera, scilicet copulatiua Sortis non est falsa, igitur per locū a cōtrarijs imediatis copulatiua Sortis est uera. At copulatiua Sortis est insolubile: igit̄ ipsum est uerū. ¶ Respōsio. Datū insolubile etiā est falsum & se ex casu falsificat gratia secūdæ eius partis falsificāris, primo totā p̄positionem & deinde se ipsam. Sed quælibet alia p̄positio similis prædictæ p̄positiōi & de ea intellecta, formata in eodem tēpore bene esset uera & non insolubilis. Eius æquiuāens & cōrādictoria ut in ceteris sumatur. ¶ Undecimū insolubile quod est hypotheticū conditionale. Si hæc cōditionalis est uera, Plato est asinus: posito casu q̄ pronomen hæc, in prima parte positum demonstrat totam cōditionalem. Quod si ponatur uerum, tunc eius antecedēs esset uerū, & consequēs est impossibile: & ergo falsum, igitur antecedens eius esset uerū & consequēs falsum, & per cōsequēs datū insolubile per diffinitionem esset falsum. si uero ponatur esse falsum: ergo per diffinitionē possibile est antecedens eius esse uerum & cōsequēs falsum. Ponatur ergo eius antecedēs esse uerū, cū eius subiectū demonstrat totam

10

29

11

cōditionalē: ergo tota cōditionalis est uera, & ipsa est insolubile: ergo insolubile est uerū. ¶ Respōsio. Propositū insolubile est falsum & seipsum falsificās gratia cōnexiōis primę partis cū secūda, quę sunt dissidētes. Et quīs antecēdēs nō possit esse uerū cōsequēte existēte falso: hoc tñ nō sufficit ubi cōditionalis habet reflexionem supra se, & seipsam falsificat sicut

- 12 ¶ In pposito. ¶ Duodecimū insolubile qđ est exponibile exclusiui. Solus Plato dicit uerū: posito casu qđ Plato dicat istā ppositionē, homo est animal, & Sortes dicat insolubile ppositū, & nullus alius aliqd dicat. Qđ si ponatur uerū: tūc Sortes dicit insolubile dicit uerū, & Sortes est alius à Platone: ergo nō solus Plato dicit uerū: qđ est oppositū insolubilis. Si uero ponat falsum: tunc Plato dicit uerū, & nullus alius à Platone dicit uerū: ergo solus Plato dicit uerū: ab exponētib⁹ ad exponitā. Sed antecēdēs ē uerū, ergo & cōsequēs qđ est insolubile. ¶ Respōsio. Propositū insolubile est falsum, & ex casu & reflexione supra se, seipsum falsificans. ¶ Ad rationē pbantem ipsum esse uerū, respondendū est illas esse sufficiētes exponētēs ppositionis exclusiue ex parte syncategorematis siue signi exclusiui, & ergo sufficiēter explicāt ppositionē similē ppositioni Sortis, nō habentē reflexionē supra se: nō tñ sunt sufficiētes exponētēs ratione reflexionis eo modo quo alię ppositiones insolubiles prius solitę sunt explicari per unā copulariā, ut ostendit quinta regula. Sed si propositio Sortis, nomine pprio uocetur a, sic sufficiēter explicanda est: Plato dicit uerū, & nullus alius à Platone dicit uerū, & a est propositio uera: quarū partium duę primę explicāt exclusionē, tertia uero reflexionē. Modo illa exponens est falsa, cū tertia eius pars sit falsa, igitur & ipsum insolubile.

¶ Similia insolubilibus.

- 1 ¶ Tu proijcies me de ponte. Casus. Plato cum forti custodia custodit pōtem, & iurauit se quemlibet dicentē uerū permittere transire: & dicentem falsum, nō. Sortes dicit prædictam propositionem.

- ¶ Tu nō dabis mihi denarium. Casus. Promisit Plato ac iurauit cui libet sibi dicenti

verum: dare denarium. Sortes dicit illam propositionem.

¶ Ego sum æger. Casus. Quilibet dicēs verum sit sanus: & dicens falsum, æger. Sortes dicit propositionem.

